10 † Tertiũ dictũ est, q̃ natus in sacerdotio, ẽt gñalr̃ illegitime natus ordinari nõ põt, vt est tex. in c. j. de fil. p̃sby. in. vj. de quo p Host. in summa de fi. p̃sby. x. fi. in prin. & in d. c. j. & ij. de fi. p̃sb. in. vj. & no. Old. cõs. ccxv. p̃ũcta breuia. col. iij. Cal. cõs. j. de fil. p̃sbit. & Rot. in. j. decisio. in ti. de filijs p̃sby. in antiquis, & in prima & secũda. eo. tit.
11 in nouis. No. tñ est, q̃ † ẽt filij sacerdotis, & nati in sacerdotio, p̃nt esse legitimi, vt no. p Bal. i l. q̃ ꝯ. C. de incest. nu. i vers. pone Berta. vbi inquit q̃ si mulier accepit maritũ p̃sbyterũ, qui fingebat se laicũ, & ipsa mulier ita credebat, filij, q̃ nascunt, legitimi sunt. q̃a nati in figura matrimonij. & est tex. in c. ij. q̃ fil. sint leg. vbi Abb. dicit
12 † q̃ filius natus dr̃ in figura matrimonij, qñ cõgregatis amicis publice ꝯtũ fuit mr̃imoniũ. & idẽ dicit Io. An. in addi. Spec. in tit. de clande. despõ. in. j. col. Old. cõs. cclvj. Clemẽs episcopus, in fi. & idẽ
13 Abb. post allos in c. cũ inhibitio, de clãde. despõ. † Et tali casu, vt di-
f xi, filius est legitimus[f] d. c. ij. vbi Ant. de Bu. v. no. & i c. ex tenore. in. vj, no. eo. tit. qui filij sint le. Et no. per gl. in c. j. de eo, qui duxit in matrimoniũ quã polluit p adulteriũ. & in d. l. qui ꝯ. in ver. acerrimo. in fi. C. de incep. nup. & Bal. ibi. & no. Bart. i l. eũ q. ff. de sta. ho. & ita cõsuluit Dy. cõs. vj. ex testamẽto. circa fi. & do. Benedictus ca
14 pra cõs. xcvj. & si prima facie col. fi. † Et iõ talis filius, ẽt quo ad or-
15 dines legitimus est, vt Abb. dicit in d. c. ex tenore. p gl. ibi. † Et ẽt in feudo succedit, fm Bal. in c. j. §. naturales. col. iij. ver. pone q̃ ñ te
16 net mr̃imoniũ, in ti. si dẽ feu. fue. cõtro. inter do. & agna. † Similr̃ filius sacerdotis põt esse legitimus p adoptionẽ, vt no. Ange. in l. & q̃ vxores. ff. de adop. quod dicit refert Alex. pro singulari i l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posth. in fi. facit quod no. Bald. Ange. &
17 Alex. in l. si q̃s posthumos. ff. eo. tit. † Similiter filius sacerdotis erit legitimus, si legitimatus fuerit à summo Pontifice, q̃ habet potestatẽ, vt p gl. in c. p venerabilẽ. in ver. adulterinis, q̃ fil. sint legi. & p Host. eo. ti. §. fi. col. iiij. ver. nunq̃ ergo, col. iiij. & tradit Alex. qui
18 cõsuluit cõs. ij. col. v. lib j. & vide in mã q̃ dixi cõs. vltimo. † Alius ẽt casus reperit, in quo ille, qui est in sacris, vxorẽ habet & filij sunt legitimi, vt Abb. tradit in c. veri, i primo no. de cõuer. cõiu. Et aliũ
19 casum ponit Ant. d Bu. i c. lr̃as. de fil. p̃sby. † Ad secũdũ q̃ repellat ille, q̃ occupauit bñficiũ, & ẽt p̃uniat hr̃ i c. ex frequẽtibus. de insti. in c. q̃ q̃s. de ele. & xvj. q. vij. c. si q̃s deinceps. & i c. eũ, q̃. de p̃b. in vj. facit tex. in c. j. de reg. iur. in. vj. Hoc tñ vitiũ purgari põt, si illi, q̃ occupauit, ex certa sciẽtia Papæ p̃uideat, vt no. Dom. in d. c. eũ, q̃. in verbo violẽti. in fi. in ver. no. istud dictũ. facit quod no. Saly. in l. auctoritate. C. vñ vi. ver. q̃ro de q̃st. facti cũ si. vt tradũt Mod. i c. po
20 stulasti. co. pe. j. eodẽ. ¶ † Tertio no.[g] q̃ ad verificationẽ alternatiue
g sufficit alterã partẽ verã esse,[h] vt in r̃a, i alternatiuis. de reg. iur. in.
h vj. i l. si ita q̃s stipulat[9] fuerit. de verb. obl. cũ si. vt tradit ibi Alex. ad idẽ text. in l. si is, q̃ in puteũ. §. hoc interdictũ. ff. quod vi aut clã. vbi
21 Bar. † Et hoc est de p̃prietate sermonis,[i] licet qñq; secus reperiat,
i vt no. Bal. hic. & i l. j. i pri. col. fi. vers. sed, an ad veritatẽ. de iusti. & iu.
22 † Et iõ in alternatiua dispositione vnum in effectu continetur l.
23 eum. ff. qñ dies leg. ced. l. si illud, vbi Bal. de leg. ij. † Vnde qui alternatiue petit, nõ dr̃ p̃cise alterum petere. §. huic aũt. insti. de actio. Et per

ADDITIONES.

a ¶Moder. & ibi Dec. lec. j.
b ¶Ald. Accipitur. Idem dicit Dec. in c. quia gu. de iudi. in princ.
c ¶Ante. Nec veritas, & tenet hic Fr. Ripa. idẽ nouissime Ioã. Cro. in l. filiũ. de sena.
d ¶Syl. Ald. Dicendum. Hæc disceptatio fuit inter Xersem & Ariamenem filios Darij, Ariamenes. n. natus fuerat ante regnum Cyriaphenes patruus arbiter regnum Xersi detulit cuius iudicio acquieuit alter vt refert Iustinus lib. ij.
e ¶Filiũ Hoc nihil facere videt, q̃a qualitas illa filiationis, est successiua, nõ momentanea, statim. n. q̃ q̃s pr̃ adipiscit dignitatẽ senatoriã, verũ est dicere filios esse senatores, si aũt cũ verbo filios adijceret verbũ denotãs actũ principij, vt puta. natus filius senatoris tũc esset inspicienda qualitas t p̃senatiuitatis, quod & verũ puto.
f ¶Syl. Ald. Legitimus. Declara. nisi vterque sciisset impedimentum, nam tunc non sufficeret matrimonium contractum fuisse in sua figura prædicta, ita declarat idem Dec. post alios in consi. cliiij. in prin.
g ¶Tertio no. late hic Fel. nu. 4.
h ¶Ald. Esse. Vide Dec. in c. placuit. nu. 2. de test. in consi. xcv. in prin.
i ¶Syl. Ald. Sermonis. Idem dicit Bar. in d. §. hoc interdictum.

Et per hoc dubitabile videt̃ dictũ Bald. quod Mode. hic, in fi. referũt, & sequuntur in l. quæ sub cõditione. §. si quis ff. de cõd. insti. 24 † vbi inquit, ꝙ ille qui iurauit nõ venire ꝯ ꝯtractũ, põt tñ petere ꝙ pretium sibi suppleatur, in quo deceptus fuit, & si peteret alternatiue pretium suppleri, vel ꝯctũ rescindi, diceret periurus. q̃a illud, quod est prohibitum simpl'r, et alternatiue prohibet̃, per illũ tex. & idẽ Ang. ibi dicit, & Cy. in l. ij. C. de rescin. vendi. in. vj. q̃stio. Sed hoc dictũ nõ v̾r verũ, q̃a ille, qui alternatiue petit, nõ dicitur ꝑcise alterũ petere, vt dictum est. Et quia iste, qui petit alternatiue pretiũ suppleri, vel ꝯctũ rescindi, nõ videt̃ venire ꝯ promissionẽ, quia promisit simpliciter, & absolute non cõtrauenire, intelligitur cõtra voluntatem eius, in cuius fauorem iurauit, sed voluntate eius bene potest, cum ipse iuramentũ remittere possit c. ij. de sponsa. Et iõ petitio alternatiua, q̃ in effectu pendet à voluntate debitoris, q̃ electionẽ habet l. plerunq;, in fi. ff. de iur. do. nõ videt̃ 25 esse prohibita. † Et q̃a nõ est verũ, ꝙ illud, quod prohibitũ est simpliciter, etiã alternatiue prohibeat. Nam in contrariũ est casus in l. adigere. §. j. ff. de iure patro. & in l. fi. §. is, qui. ff. qui, & à quibus. & est gl. no. in c. multorũ. in ver. aut certe. xxij. q. ij. Non ob. tex. in d. l. q̃ sub cõdi. §. j. de quo gl. oppo. in d. c. multorũ, & in d. l. adigere. §. j. q̃a r̃ndet Alb. post Ia. de Bel. in d. l. fi. §. is, qui. ff. qui, & à quib. quod illud est speciale propter cõditionẽ iurisiurãdi, fauore religionis. Et vlterius cõsiderandũ est, ꝙ illa cõditio iurisiurandi, q̃ remittit̃, nõ põt cõsensu partis induci, quia pretor prohibet l. quos prohiber. ff. de post. secus est in q. de qua Bal. loquit̃. vt supradictum est, 26 Et ꝑdicta regula † ꝙ ad verificationẽ alternatiue sufficit alteram partẽ esse verã, procedit in oratione affirmatiua. secus in negatiua, sm̃ Abb. hic. Et idẽ Ang. in d. l. si quis ita stipulatus, & sequitur Alex. ibi, & Maria. cõs. lij. vt verã. col. pe. Et cõclo est, ꝙ nõ sit differẽtia, an negatiue, an affirmatiue alternatiua ꝓferat̃. q̃a vtroq; casu sufficit, si alterũ verificet̃, ad istũ effectũ, vt stipulatio cõmittat̃, & habet locũ, vt ꝓbat̃ in d. l. si q̃s ita stipulatus fuerit. de ver. ob. & no. Dy. in regula, in alternatiuis. ver. ad secũdã partẽ, dicẽs ꝙ in alternatiua affirmatiua sufficit vnũ alternatiue verificari. & in negatiua satis est, ꝙ alterũ negatiue verificet̃, ad hoc vt stipulatio ꝯmittat̃, vt dixi. Sed ad hoc vt stip'lo nõ cõmittat̃ requirit̃ ꝙ neutrũ fiat. Vnde quod Abb. dicit, nõ sum obligatus, si alterũ accidat, debuit dicere, si neutrũ accidat, & hoc sic declarat̃. Nã si alterũ fiat ex alternatiuis, stipulatio cõmittit̃, vt dictũ est. ergo à ꝯrio sensu, si alterũ nõ fiat, nõ cõmittit̃ stipulatio, & vt verũ sit hoc, ꝙ alterũ factum nõ sit, necesse est vt neutrũ fiat, & sic, ꝙ nõ obliget̃ copulatiue, re-27 quirit̃ vt neutrũ fiat. ¶ † Successiue Abb. tractat de natura dictionis, seu,[a] & cõclo eius est, ꝙ de sui natura augere intelligit̃,[b] vt est tex. in l. si q̃s ita legauit. ff. de aur. & arg. leg. ibi, seu ampliandi legat̃, gr̃a appositũ est. Hoc v̾r habere locũ in legatis, in q̃bus fit larga interpretatio. secus est in ꝯtibus, vt dicit Imol. hic, & Mod. sequunt̃ in col. pe. & ita voluit Bal. i d. l. si q̃s, & Abb. hic. facit gl. no. in c. ego Ludouic⁹. ver. seu. lxiij. dist. & ad idẽ facit tex. vbi Bar. in l. cũ iquis decedẽs. §. fi. leg. iij. & not. Bal. in l. pe. in. ix. opp. ver. & hoc facit ar. C. de ver. sign. vbi inquit ꝙ si lego pecuniam, quam habeo Perusij, seu Paduæ, vtraq; pecunia venit in legato. & idẽ Bal. cõsil. lxxxv. statuto. lib. j. Cal. cõs. iiij. in fi. de verb. sig. Io. de Imol. ꝯs. xliij. in casu præmisso. colum. ij. & idem Roma. consi. ccclxiij. petit̃. Frã. crem. no. lv. lego digestum. Alex. cons. cxcij. ex themate. ij. dubio. ij. vo. And. sic. consil. xxxiij. colum. vj. li. ij. Sed aduertendum est, nam ista cõmunis declaratio ad d. l. si quis ita legauit, ꝙ procedat in legatis, quia materia fauorabilis sit, nõ videtur procedere sine dubio, quia regula est in cõtrarium[c], cum in legatis debeat fieri stricta[d] interpretatio vnde in dubio videt̃ legatũ quod minimũ est l. nummis. ff. de leg. iij. l. Iulianũ. aliàs incipit, idẽ Iulianus. §. scio. de leg. j. & quia testator videt̃ minus grauare hæredẽ, quã fieri possit, l. vnum ex familia. §. si rẽ, de leg. ij. & quia tex. in d. l. si quis ita legauerit, videtur ponderare naturã dictionis seu, quæ est ampliare. Vnde si hoc est de proprietate verbi, ita v̾r habere locũ in mate-28 ria odiosa, sicut in fauorabili, † quia etiã in materia odiosa, fit lata interpretatio, quam proprietas verborum requirit[e]. l. cũ lege. vbi Aretinus. ff. de testa. & no. Cald. consi. j. de consan. & affini. Et ideo do. Maria. hic dicebat, ꝙ sibi suaderi non põt, ꝙ si lego alicui fundum talem, siue domũ talem, ꝙ vtrunq; debeatur, quia videt̃ cõtra mentem testatoris. Et istud expresse tenet Bal. hic. versic. pone testator. dicens quod si testator legauit equum album, seu nigrũ, alter tantũ debetur quia voluit tantũ vnum legare ex quo loquit̃ in numero singulari. Et sic limitatur d. l. si quis, vt procedat, quando testator vtitur plurali numero. Ipse dñs Maria. conatur hic defendere intellectum Roge. in d. l. si quis, videlicet quod dictio seu, ibi ponatur inter genus & speciem, & ideo ponitur pro cõiuncta, vt eum plene refert filius eius dominus Bar. Soz. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. vbi ipse non sequitur, sed alium posuit intellectum, dicẽs ꝙ dictio seu, ibi iungitur cum relatiuo, quæ casu auget, & ampliat dispositionem l. ea tñ adiectio. ff. de leg. iij. Sed contra istum intellectum facit ille text. qui facit vim simpliciter in illa dictione seu, quæ ponit̃ gratia ampliandi legatum. ergo non videtur hoc procedere virtute relatiui. Et quia sequeretur ꝙ siue relatiuo ille tex. non haberet locũ, quod videt̃ contra mentẽ Iurisconsulti ibi. Et hoc patet in secũdo exemplo, dum ibi loquitur de vino, vbi dictio, seu, ponit̃ sine relatiuo, & quia alia videtur natura copulę, & alia istius dictionis seu. Vnde postremo cogitabã[f] ꝙ ille tex. intelligit̃ ꝑut loquit̃, videlicet qñ dictio seu, ponit̃ inter illa, quæ habent conformitatẽ, & cõuanientiam, ita ꝙ nõ sunt omnino diuersa. Nam mundus, & ornamẽta mulieris, de quibus loquit̃ in primo exemplo, satis dñr parata gratia vxoris, l. augumẽto. §. ornamẽta. & §. mundus. de aur. & argen. leg. & iõ qñ testator legauit mundũ, ornamẽta, seu q̃ gratia vxoris parata sunt, illa dictio seu, ponitur augumẽtatiue. Similiter in alio exemplo, quãdo testator legauit vina, q̃ erant in vrbe, seu in portu. Nam de portu 29 idem iudicatur, quod † de vrbe,[g] vt not. in l. Cesar. ff. de pub. & in c. vbi periculum. §. porro. de ele. in. vj. † & quia erat vinũ in portu 30 destinatũ ad ciuitatẽ, & ideo reputat̃ esse in ciuitate[h]. vt not. Bal. in l. ex facto proponebatur. ad fi. ff. de hęred. insti. Albe. in l. j. §. j. de off. præfe. vrb. facit l. q̃sitũ. in princ. in l. cui. de leg. iij. Vnde tali casu dictio seu, auget, quando ponitur inter ea, quæ idem sunt c. j. §. ve-31 rum. de statu reg. in. vj. † ibi, ab aliquo principe, seu dño tẽporali & in l. j. ff. de his, quib. vt indig. ibi, legato seu fideicõmisso. & cum dicitur, Alexander, siue Paris, vt per glo. in l. ad protegendum. C. 32 de in li. dan. tuto. † Et quando disiunctiua ponitur inter genus, & speciem, resoluitur in coniunctam[i], vt not. Barto. in l. quintus, in princ. ff. de aur. & argen. lega. facit quod notat Bal. in c. j. de eo, qui sibi, & hæredi. suis. Et sic in d. l. si ita quis legauerit. illa dictio seu, ponitur inter ea, quæ pro eodẽ reputantur, & ideo augmẽtatiue intelligit̃. aliàs ergo secus videt̃. Et sm̃ istũ intellectum dictũ Bal. hic verũ v̾r de equo albo, & nigro, q̃a ponit̃ inter pœnit⁹ diuersa. 33 ¶ † Subsequenter Abb. prosequitur, cujus sit electio in pœnis alternatiuis. Et prima conclusio eius est, si verba ad iudicem referuntur, eius electio sit, vt per glo. in cap. fraternitatis. xxxiiij. dist. cum simi. vt per Abb. hic, & facit quod not. Abb. in cap. ij. in fi. de coha. cle. & mulie. & in c. apostolicam. de regula. cũ si. vt per Mod. hic. adde glo. in l. si soror. C. de colla. cum simi. vt per Alexand. ibi. 34 † Et tali casu iudex, qui habet arbitrium, minorem debet eligere[k], gl. in c. de causis. in verb. certa. de off. dele. cum si. vt per Mod. hic, & adde dictum Bald. in l. quicunque. col. pe. ver. scias etiam. C. de ser. fugi. quod not. Alexand. sequitur in consil. v. in causa inquisitionis. in fin. & in consil. cxj. ponderatis. colum. penul. libr. j. ex quo inferri videtur quòd parum refert, an reus, vel iudex habeat electionem, quia sicut reus verisimiliter minorem pœnam 35 eligeret, ita etiam iudex facere debet. † Et prædicta conclusio ampliatur, vt etiam procedat in dubio, vt electio ad iudicem[l] pertineat, vt Abb. inferius concludit contra Bar. per glo. in d. c. fraternitatis. & in c. sicut, de iude. cum simi. quæ in dubio loquuntur. Et allegat etiam text. in c. quoniam frequenter. in fin. j. vt lit. non contes. ibi, ita videlicet, ꝙ alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio sit contentus. & in cap. quærenti, in fin. de verb. significa. Et quia iudex tanquam minister legis debet imponere pœnam secundum qualitatem loci, temporis, & personæ l. aut facta. in fin. ff. de pen. Et quia reus semper minorem eligeret, & alternatiua nunquam haberet locum. Et idem, quod hic, Abb. tenet

ADDITIONES

a ¶Seu. Adde Alex. in consil. cxciij. nu. 4. in. ij. vol. & Franc. Ripam hic. nume. 44.

b ¶Syl. Ald. Intelligitur. Adde Barto. in l. j. C. de nauicu. li. xj. Archi. in c. ad eius. v. dist. Abb. in c. bone. de postu. præla. Dec. consi. lxix. colum. iiij.

c ¶Syl. Ald. Contrarium. Idem in regula, in testamentis. ff. de reg. iu. sed in contrarium est tex. in l. j. ff. de option. leg.

d ¶Stricta. Adde Deci. in l. semper in stipulationibus. & in l. in testamentis. ff. de regul. iur. Aymo. in consi. xxxij. nu. 3. & in consil. lxxxvj. nu. 10.

e ¶Syl. Ald. Requirit. Idem Deci. in c. eccl. S. Mariæ. col. v. ver. iij. quia. s̃. de constit. & j̃. eod. tit. c. sedes. in. iij. nota.

f ¶Syl. Ald. Cogitabam. Considera, quia intellectus Decij, cum dicit, patitur difficultatem quam ipse obijcit Sozi. nam si Iurisconsult. facit vim solum in dictione seu ad quid considerare conuenientiam & conformitatem, & illum text. aliter declarat Alex. de Alexand. lib. ij. dierum genialium. ca. iij.

g ¶Syl. Ald. De vrbe. Et factum in portu, an dicatur factum in ciuitate, vide Ias. in l. ius autem ciuile, in fi. verbis. ff. de iust. & iur.

h ¶Syl. Aldob. In ciuitate. Adde tex. in c. præsenti. §. fi. de præb. vbi do. Deci. in cõs. dlxxvij. viso copioso. col. ij. Fel. in c. cum adeo. colum. ij. & ibi Dec. in. iiij. no. j̃. eo. Alex. omnino in consi. xcviij. colum. ij. & seq. libro. iij.

i ¶Syl. Ald. Coniunctam. Vide Signo. in consi. cvij. quidam. colum. vij. in fi.

k ¶Syl. Ald. Eligere. Vide Dec. in c. ex literis. col. v. nu. 48. s̃. de constit.

l ¶Iudicem. Et bene indistincte, quidquid dicat Decius.

net in c.à crapula.in fi.de vi.honeſta.clerico. Sed tñ opi.Bar.in d.
l.j.ff.de effrac.verior videt̃,ꝙ in dubio electio ſit rei,vt benignior
interpretatio fiat in penis.l.ſi præſes.ff.de pe.facit regula.l.plerũ-
que.ff.de iu.doti.iuncta.l.omnẽ.ff. de iudi. Non obſtant allegata
in cõtrariũ,quia ea, quæ primo Abb. dicit habent locũ qñ verba
ad iudicẽ referuntur.& ita loquitur tex.in d.c.qm̃.§.fi.& in d.c.q̃-
renti.vt in eis patet.Nõ ob.ꝙ iudex ſit miniſter legis.quia verum
eſt in pœna, quę ſimpl̃r in arbitrio eius cõmiſſa ſit.ſecus vr̃ in pę-
na alternatiua,de qua agit̃.Vel ſecũdo,licet ſi miniſter,debet ſe-
cundũ diſpõnem iuris miniſtrare, quæ eſt ꝙ in alternatiua in du-
bio electio ſit debitoris. Non ob.ꝙ reus ſemper minorem elige-
ret,quia hoc nõ vr̃ inconueniens, ex quo ſtatutũ alternatiue loq̃-
tur.videtur.n.habuiſſe vtranq; pœnam pro ęquipollenti. Et hoc
patet in debitore ex ꝯctu.d.l.plerunq;.ergo idẽ vr̃ in debitore ex
delicto.d.l.oẽm.de iudi.Vel cõcordando opi. diſtingue vt ꝑ Bar.
in d.l.quicunq;.videlicet ꝙ in penis corporalib.ſit electio iudicis,
36 in pecuniarijs in dubio ſit electio rei. ¶†Secũda cõcluſio eſt, ꝙ ſi
verba dirigũtur ad reũ,electio eſt rei.l.quicunq; vbi gl. & Bar.C.
de ſer.fug.cũ ſi.vt pet Mod.hic,& facit gl.in d.l.ſi ſoror.C.de coll.
& in l.Lucio de leg.ij.& notat Bar.in l.j.ij.col.ff.de cõdi.ex lege.Et
hoc ẽt habet locũ in dubio, per ea, quæ ſupradicta ſunt. Limitat̃
tñ iſta cõclo,primo Abb.hic,niſi verba ad reum referantur paſſi-
ue,vt quia dicat̃ ꝙ patiatur iſtam,vel aliam pœnam.& iſta ſm eũ
probat̃ in c.ſicut.cũ glo.de iudę.Sed cõſiderandũ eſt,quia in effe
ctu ſemper reus qui debet pœnã ſuſtinere, ſe habet per modum
patientis,ideo talis diſtinctio nõ cadit.Et ad illum tex.in d.c.ſicut
Mod.ibi in fi. dicunt ꝙ intelligitur in pœna,quæ ſucceſſiue impo
natur.ſed ꝙ priuetur officio, vel excõicetur.ſ.ſi non haberet offi-
cium.Et ad hoc facit ꝙ.j.dicam. ĩ tertia limitatione. Vel dicamus
ꝙ cũ dicatur ibi de excõicatione,quę debet fieri à iudice,eodem
modo altera pars alternatiue intelligitur, ꝙ illud fiat à iudice ar.
37 l.j.& ibi Bar.ff.de reb.dub. † Secũdo limitatur nõ habere locum,
qñ in vna parte alternatiue eſſet mors,[c] quia illam nõ poſſet reus
eligere,ſm Maria.in d.c.ſicut.per tex.no.in l.aut damno in princ.
ver.proinde.ff.de pe.ibi, reo morituro electio mortis à iudice nõ
tribuitur,& illum pro no.alle.Bald.in l.j.C.de his,qui ad lib.ꝑue.
non poſ.Ro.ſing.cccxxxvj.quæro an iudex. & licet ille tex.nõ lo-
quatur in pœna alternatiua, quia ẽt ſi nõ agatur de morte, ſi vna
pœna eſſet pecuniaria,& altera corporalis citra mortẽ, nõ videt̃
ꝙ reus corporalẽ eligere poſſit,quia nõ eſt dñs membrorũ ſuorũ
l.liber homo.ff.ad l.Aquil.c.contingit de ſenten.excõ. Et per iſtã
rõnem Mod.hic reprobant Maria. qui aliter dicit in d.c. ſicut. Et
reperio ꝙ idem tenet Cepo.in l.ſi fugitiui.x.col.C. de ſer.fugi.fa-
cit ꝙ no.Bal.in l.Lucio.ff.de leg.ver.caue tñ, vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutũ
dicat puniatur in cẽtũ, vel manus ſibi amputetur, nõ eſt proprie
alternatiua. ſed pęna corporalis ſubrogata vr̃ in loco pecuniarie
ar.l.ſi quis id ꝙ.ff.de iu.om.iudi. & in l.fi.ff.de in ius voc.Sed tñ in
hac limitatione,& ſupradictis,diligenter cõſiderandũ eſt,quia in
pœna pecuniaria reus habet electionẽ, à fortiori in pœna corpo
rali hoc videt̃ habere,at.l.ſi præſes.iuncta.l.in ſeruorũ.ff. de pe.vt
no.Bal.in l.quicũq;.col.iiij.C.de ſer.fugi. vbi ita arguit.Et ideo vr̃
quòd reus eligere poſſit quam pœnam velit,licet in vna parte al-
ternatiue ſit pœna pecuniaria,& altera corporalis.Et hoc Abb.h̃
tenet,dum format quæſtionẽ, & dicit puniãtur in centũ, vel pes
amputetur.Non ob.d.l.aut damnũ.§. proinde. quia nõ loquit̃ in
pœna alternatiua.Nõ ob.rõ Mod. dum dñt ꝙ reus nõ pñt elige-
re pœnam corporalẽ,quia nõ eſt dñs mẽbrorũ ſuorum, quia re-
ſpondet̃ ꝙ ipſe tali caſu nõ diſponit.ſed ſtatutũ, vel ſnĩa illud fa-
cit,ſicut qñ quis ꝯdẽnatus fuit ad mortẽ,& nõ appellauit,q̃a ſnĩa
tranſit in rẽ iudicatã.l.diui fratres. vbi Bar.ff.de pe.l.j.§.fi.vbi Bar.
38 ff.de q̃ſt. † Nam licet quis nõ ſit dñs mẽbrorũ ſuorũ, reſpublica
tñ habet poteſtatem,& eſt dña membrorũ eius. vt Bart.no.dicit
in l.Titio centũ.§.Titio centũ.el.ij.ver.iij.ratio.ff. de cõd.& demõ.
Non ob.dictum Bal. in d.l.Lucio, quia nõ probatur in iuribus ꝑ
eum alle. quia loquuntur qñ pœna corporalis imponitur in de-
fectum pecuniarie.Illud tamen dictũ ex ęquitate procedere põt
qñ in prima parte alternatiue ponitur pœna pecuniaria.in ſecũ-
da parte ponitur pœna corporalis,per ea,quæ ſtatim dicam.Ter
39 tio limitatur prædicta concluſio, ſm Imo. † hic, niſi veriſimiliter
ex mente proferentis debeat ſeruari ordo ſcripture.c. mãdatum
in fi.de præben.in vj.& in c.Metropolitano. vbi gl.in ver.ex p̃ſby
teris.lxiij.diſt.& in l.cum pater.§.pe.qui inci.à te peto.de leg.ij.Et
40 ad hoc facit, † quia ſi teſtator ſubſtituit aliquem, vel filios, talis
a alternatiua ordine [a] ſucceſſiuo [b] intelligitur,[b] vt no.Bar.in d.l.cũ
b pater.§.pen.& in l.Gallus.§.quidam recte.colũ.ij.de lib. & poſth.
& in l.pen.C.de verbo.ſigni.ad idem tex. in l.hæredes mei.§.fi.ff.
ad Treb.& Rapha.Cu.in conſ.cvj.mater inſtituit maritum Alex.
cõſilio.iij.viſo teſtamento.libro.ij. cum ſimili.vt dixi in conſil.xcv.

41 ¶†Tertia concluſio eſt, ꝙ ſi pœna tranſlata ſit poſt certũ termi-
c num in aliam pœnã, iudex elapſo termino nõ habet electionẽ.[c]
ſm dictũ Bar.in l.cũ duobus.§.idẽ rñdet.el ij.ff.ꝓ ſoc. Nã tali caſu
eſt ius quæſitum fiſco.cui iudex præiudicare non põt.quia tenet̃
ſtatuta ſeruare.ſecus ergo,ſi fiſcus ille vellet pœnã corporalẽ re-
mittere.quia poteſt,cum illud in fauorẽ eius ſtatutum ſit. vt not.
Bal.in l.cõmiſſorie.C.de pac.inter empt.& vendi. & idem Ange.
in l.ſi proprietarius.in prin.ff.de dam.infec.& in l.quicunq;.in fi.
C.de ſer.fugi.vbi dicit Bar.ita conſuluiſſe apud Aſſiſium.& bene
facit d.l.cum duobus.§.idem reſpondet.& Bar.ibi,ſm aliam lect.
hoc tenet.& ad hoc in ſimili adduco quod no.Bal.in l.j.col.vj.C.
42 de his quæ pœnæ nomine. vbi inquit † ꝙ ſi teſtator grauauit hæ-
redẽ,vt det mihi fundum.j.certũ diẽ, ſub pœna centũ, licet poſt
tẽpus ſit cõmiſſa pœna.poſſum tñ fundum petere. allegat Inno.
in c.Raynaldus.de teſta.facit quod no.Are.& Doc.in rub. de eo,
43 qui mit.in poſſ.in vj. † vbi miſſus in poſſeſſionem poteſt petere
debitũ,ſi nõ velit expectare ꝙ poſſeſſor efficiat̃. quod dictũ pro
44 ſingulari tradit Roma.ſing.ccccііj.ſi reus conuentus. † Et ex his,
& quibuſdam alijs conſului Florentiæ, ꝙ datio inſolutũ facta de
quibuſdã bonis poſt certum terminũ,non haberet locũ volente
creditore. vt patet conſi.xij. Et ꝙ dictũ eſt in q̃õne noſtra,etiã te-
net Fran.de Crema.ſing.cij.Titius.& Areti.conſi.lxxxix. placet.
45 & late nouiſſime idẽ tradit Corne. conſ.v.licet. in iij.lib. † Et tali
caſu infra terminũ nõ põt reus prohibere volentem ſoluere pro
eo,vt pœna corporalis euitetur. ideo ſoluens repetit nõ obſtãte
d prohibitione.[d] vt not.Io.and.in c.fin.de foro compe.in vj. Bart.in
l.Stichus.de pecu.leg.cum ſi.vt hic per Moder.& prius Alexan.in
* l.quãuis.ff.ſolu.mat. Sed tñ in ꝯrium eſt regula,* quæ ponit̃ in l.
fin.C.de neg.geſt.vbi ſoluens ꝯ prohibitionem,non repetit.Nec
ob.ꝙ nõ ſit dñs membrorum ſuorũ. quia hic concurrit admini-
46 culũ ſentẽtiæ,vel ſtatuti,vt ſ.dictũ fuit.¶†Quarta & vltima ꝯclo
ꝙ licet pęna alternatiua imponat̃. illa tñ debet imponi,ſm quod
e conſuetũ eſt.[e] iuxta glo.in l.hodie.in glo.fin.ff.de pęn.& in l.quid
ergo.§.pœna grauior.in ver.oneraſſet. ff.de his qui notan.infa. &
no.Bar.in l.fi.in prin.de priua.deli.Bal.ĩ l.quicũq;.col.v. C.de ſer.
fugi.& Abb.in c.licet.de pę.cum ſi.vt tradũt Moder. hic. & idem
Abb.in c.inquiſitionis.in prin.circa fi.de accuſ.Mod.ibi. Et adde
dictum Bal.in c.j.§.iudices.col.iij.verſi. ſed nunquid. de pac.iura.
47 fir. † vbi inquit ꝙ iudex qui non ſequit̃ conſuetudinẽ, facit litem
ſuam. Quod dictum pro no.refert Barba.conſi.xlviij.col.fin.lib.j.
& ꝙ idem tradit de conſuetudine conſi.xxxiij.colum.pen. lib.iiij.
Nec ob.ꝙ Abb.dicebat hic, ꝙ in iſto caſu conſuetudo induci nõ
põt.quia reſpondet̃,vt tradit Imo.in c.ex parte.Aſten.col.pen.de
48 conceſ.præben.¶Poſtremo not.illud quod Mod.dicunt,† quòd
quando alternatiua reſpicit fauorem creditoris,puta ſi quis pro-
miſit infra menſem ſoluere centum,vel dare fideiuſſorem,pote-
f rit cogi ad ſoluendum.[f] vt no.Bar.poſt Guil.de Cu.in l.quãuis.ff.
de pigno.act.quia talis conuentio eſt in fauorem creditoris.ideo
non debet in odium retorqueri.l.quod fauore.C.de legi.Et quia
ſi non poſſet cogi ad ſoluendũ,eſſet in poteſtate debitoris nõ ſol
uere.vt Bar.ibi dicit.& ſequit̃ Pau.de Caſt.in l.cum proponas.C.
de tranſac.Alexand.in l.iiij.§.ſi ex conuentione. ff. de re iudic. &
Moder.hic.Sed iſta deciſio dubitabilis vr̃.quia eſt ꝯ regulã.l.ple-
rũq;.ff.de iure dot. vbi in promiſſione alternatiua eſt electio de-
bitoris. Vnde ſi quis principaliter promittit ſoluere decem, vel
dare fideiuſſorẽ infra menſem, dando fideiuſſorem erit libera-
g tus[g] ab illa promiſſione alternatiua. Nõ ob.ꝙ ſit facta promiſſio
in fauo-

ADDITIONES.

a ¶Succeſſiuo. Et vulgariter tm̃,niſi aliud ex verbis,eorum ue tractu, colligi poſſit.

b ¶Syl.Ald. Intelligitur. Aduerte,quia hic argumentũ Decij nõ procedit. nã ideo ibi intelligitur ſubſtitutio ordine ſucceſſiuo. quia inter illas perſonas cadit ordo caritatis,vt dicit ibi Barto.& ẽt Deci. in d.conſ.xcv. ea igitur ceſſante, ordo ſcripturæ non faceret hoc. ſed vis verborum propria locum haberet.

c ¶Syl.Al. Electionem. Sequitur Alex.in l ita ſtipulatus.in fi.ff.de verb.obli.Fel.in c.ſicut.de iudęis.& hic. & ita fuit relatum Florentiæ.de anno.1509.per do.Nicolaum Altouitam egregium aduocatum Florentinum. & vide Ange.Areti.in tract.malefic.in ver.quos ſi non ſoluerit,amputetur ſibi manus dextera. & vide ibi Ange.de Arimi.& omnino Deci.in conſ.xij.

d ¶Syl.Ald. Prohibitione. Vide omnino Deci.in c.ſi quando.in ij.col. in fi. de off. deleg.& omnino Dec.in conſ.dcxcj. vbi firmat hanc ſententiam,ꝙ ſolutum pro ſalute alicuius etiam eo inuito repetitur.

* ¶Regula. Sed illa fallit hic,quicquid dicat Deci.

e ¶Syl.Al. Conſuetum eſt. Et idem eſt, quando iudex habet arbitrium. nam tunc nõ debet excedere pœnã conſuetam.Deci.in c.ex literis.col.pen.nu.67.de cõſti.

f ¶Syl.Ald. Soluendum. Vide pro hac deciſio.Alex.in l.j.in not.ff.qui ſatiſd.cog. Iaſ.in d.l.cum proponas.C.de tranſac.late Sal.in l.quod fauore.col.fi.C.de legi. Deci.in conſi.xij.colum.ij.circa medium, de hoc tamen dicto dubitauit etiam Iaſ.in d.l.j.ff. qui ſatiſda. cog.

g ¶Liberatus. Falſum eſt,niſi promittat pro alio,vel ex cauſa donationis, & lucratiua. & ſic Fely.bene dicit.

in fauorem creditoris, quia hoc est verum respectu promissionis absolute. sed illa alternatiua non respicit fauorem creditoris. sed debitoris nō ob. ꝙ erit in facultate debitoris nō soluere, quia hoc non attenditur cum satis sit, ꝙ altera pars alternatiue impleatur, nam exigi postmodū poterit à fideiussore. Preterea, dici potest ꝙ debitor postea remanebit obligatus, sicut si à principio promisisset cum fideiussore. Et eodē modo dicendum vr̄ ꝙ si promitto tibi, vt possis incidere, & accipere vnū, vel duo plaustra lignorum in meo nemore, electio sit mei debitoris. de qua quæstione tradunt Mod. in §. plus ver. nunc autem insti. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Exasperare quid significet.*
2 *Turbatur quis ex iniustitia, & mandato iniusto.*
3 *Precepto superioris deuianti ab honestate, nō tenetur officialis parere. sed supersedere, & rescribere.*
4 *Obediendum semper non est papæ, & eius literis, & mandatis.*
5 *Rescripto principis duriorem pœnam continenti non est parendum.*
6 *Executor sententiam iniustā exequi debet, nisi executio esset corporalis. nu. 7.*
8 *Innocentia, si apparet, & contra innocentem aliquid committatur. aut rescribatur, supersedendum est.*
9 *Iussio secunda facit constare voluntatem superioris.*
10 *Clausula motu proprio, & secunda iussio æquipollet.*
11 *Papa si mandat aliquid fieri sub pœna excommunicationis, quod iniustum sit, an ei parendum sit.*
12 *Clausula ex certa scientia, non impedit probari de obreptione.*
13 *Appellari potest à sententia principis male informati.*
14 *Papæ præcepto continenti scandalum, vel hæresim non est parendum.*
15 *Cardinales non tenentur obedire papæ, etiam si illos excommunicaret, quādo concilium impediretur.*
16 *Papa si scribat pro notorie indigno, an sit ei parendum.*
17 *Dispensatio debet expresse fieri.*
18 *Absoluere excommunicatum non videtur papa scienter eidem communicādo, vel concedendo rescriptum. nu. 19.*
20 *Spurius scienter promotus ad episcopatum, an videatur dispensatus.*
21 *Princeps non videtur vti in dubio plenitudine potestatis. Nisi quando aliter actus non valeret. nu. 22.*
23 *Inferiores à principe nō dispensant in consequentiam. sed tantum expresse.*
24 *Testes rationem reddere tenentur si interrogati sint.*
25 *Testes rationem adducentes præferuntur non adducentibus.*
26 *Testibus rōnem non adducentibus non defertur iuramentum in supplemētū.*
27 *Consuetudo vel.*
Statutum quòd credatur testibus malam rationem adducentibus, non valet.
28 *Iudex ratione generalis arbitrij non potest adhibere fidem testibus malam rationem adducentibus.*
29 *Prælatus rationem reddere tenetur.*
30 *Rationem reddere tenetur quilibet administrator.*
31 *Ratio reddi non potest de his quæ pendent à voluntate Dei.*
32 *Ratio non redditur de positiuis.*
33 *Ratio non est quærenda vbi habemus legis dispōnem claram, vel statuti*

SI quando. ¶Sūmatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶In tex. ibi exasperare, 1 † id est, exacerbare, cōmouere, & asperum facere. facit tex. in c. cū pridem. §. propter malitiam 2 aūt. ibi, exasperans est. de renum. ¶†Primo not. ꝙ ex iniustitia, siue ex mandato iniusto quis turbat, & admiratur. ad idem text. in c. cū adeo. j. eo. & in c. solite. de ma. & obe. facit text. in c. vera iustitia. xlv. dist. vbi dicitur ꝙ solent iusti 3 recte peccatoribus indignari. ¶†Secūdo not. ꝙ vbi præceptū superioris prima facie deuiat ab honestate, & iustitia, nō tenet officialis immediate parere. sed supersedere pōt, & rescribere, vt pro 4 batur hic per hunc tex. dicit gl. fi. in c. ij. de fide. p̄sby. † nō semper a esse obediendum literis, vel mandato Papę, [a] & facit glo. no. quā Bal. & Imo. hic adducunt in auc. de man. prin. §. deinde cōpetens. in ver. nuncians, qui arguit prælatos, qui non audent ꝯ lr̄as papæ reclamare, ꝙ facere nō debent. & no. Pet. de Anch. cōsi. ccxlj. per prædicta. & cōsi. cccxiiij. nisi legibus. cū si. vt late congerunt Mod. hic. quorū dictis adde text. no. in l. si vendicari. C. de pe. vbi Ange. 5 † dicit nō esse parendū rescripto principis, qn̄ duriorē pœnā cōtinet, quā delictū videatur postulare. sed debet. xxx. dieb⁹ super b sedere. [b] Et fuit facta illa lex à Theodosio Imperatore ad instantiam diui Ambrosij. xj. q. iij. c. apud Thessalonicā. & de his ēt not. Floria. in l. iiij. §. sed & si quis. ff. si. reg. & Cepol. in cau. vj. nu. 6. col. iij. Bal. cōsi. xxxix. proponitur. lib. iij. Alex. in l. debitorib. colū. iij. ff. de re iud. facit tex. in c. si qn̄. de offi. delg. in l. j. §. fi. ff. de qō. in l. diui fratres. ff. de pe. & aduertendū ꝙ Abb. hic dicit, ꝙ tenet immediate parere, & sic sentit hoc esse in facultate iudicis. Et hoc vr̄ p̄bare hic, dum alternatiue dr̄, ꝙ adimpleat, vel rescribat, & sic vr̄ ꝙ statim exequi possit, si velit. In ꝯriū facit. nā imo vr̄ ꝙ iudex teneatur, & debeat omnino supersedere, per tex. ī l. rescripta. C. de p̄ci. impe. offe. ibi, rescripta ꝯ ius elicita ab omnib. p̄cipimus refutari. facit tex. ī d. l. si vendicari, dum dicit nolumus. Sed rn̄deri pōt cōstaret esse ꝯ ius, vel qn̄ agit̄ de duriori pœna, iudex supersedere debet. secus dr̄, qn̄ iudex ipse suspicat̄, prout loquit̄ tex. hic. Et ad tex. ī d. l. rescripta. ēt rn̄det̄, ꝙ loq̄t̄ in rescripto, ꝙ spāliter p̄hibet̄ in illo casu impetrari. put Bal. ibi in prin. declarat illū text. secus in rescripto, ꝙ simpl'r fit ꝯ ius cōe. Vel ēt aliter text. hic declarari pōt, cōsiderando ꝙ cum ministerio dr̄, ꝙ qualitas negocij debet cōsiderari diligenter, quia licet prima facie videatur mādatū iniustum, tn̄ interius bene cogitādo forte apparebit iustū, & tūc mandatū debet impleri, prout dr̄ ī prima parte alternatiue. Aut finaliter diligenter cōsiderando, mādatū tn̄ vr̄ iniustū, & tūc dēt rescribere, prout dr̄ in secunda parte alternatiue. Et cōclusio, & regula. s. firmata per istum text. vr̄ procedere ī iudice, qui cāę co- 6 gnitionē adhibere debet. †secus vr̄ in executore, qui sententiam iniustā exequi dēt. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. in c. si qn̄ 7 cod. tit. † Et h̄ intell'r, nisi cā esset criminalis corporis afflictiua, vt 8 not. Abb. post Inn. in d. c. † quia vero. & maxime hoc vr̄ hr̄e locū c qn̄ constaret de innocētia. quo casu oīno supersedēdū eēt. [c] l. j. §. fi. vbi Bar. ff. d̄ qō. circa fi. in ver. item no. & no. Bal. in l. j. circa. fi. C. de ꝯfes. vbi allegat Inn. in c. ij. p illū text. de pur. vulg. & no. ēt Bal. in l. addictos. circa fi. ver. dicit ēt Inn. C. d̄ epis. aud. & facit tex. no. in l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil. §. fi. Secūdo, ista regula vr̄ procedere in dubio, put tex. h̄ loquit̄, dū dicit rescribē. esse ad perscrutandum voluntatē superioris. secus ergo si constaret de mente, quia tūc cessaret rō, q̄ hic allegat̄. Et iō inferri vr̄, ꝙ habita secūda 9 † iussione tex. nō hēret locū, quia tunc apparet de voluntate superioris. §. & hoc vero iubemus in auct. vt nulli iudicū, col. viij. Et 10 idē dicendū vr̄, si motu ꝓprio rescriptū emanauit. quia† & secū d da iussio, & cl'a motu ꝓprio ęquiparant̄, [d] vt no. Bald. in l. dānosa. de p̄ci. impe. offe. ꝙ dictū ꝓ singulari no. Ro. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. xxxj. fallē. Alex. in l. iij. in prin. ff. ꝙ quisq; iuris. Sed ꝯ h̄, ꝙ dictū est de motu proprio, vr̄ decisio Car. in ꝯsi. cxlij. col. fi. ver. & si dicatur. cōsi. inci. vr̄ dicendū. vbi vr̄ velle ꝙ iste tex. ēt haberet e locū in rescripto, ꝙ motu ꝓprio cōcedit̄, & Mod. [e] hic sequuntur Sed primū dictū ēt tenet Bal. in c. cum adeo. col. fi. vers. ego puto. j. eo. & hoc verius vr̄, quia cessare videtur ratio, quę in tex. allegat̄. ¶Successiue Abb. quærit an habeat locū iste tex. si mandet papa aliquid fieri sub pęna excōmunicationis, quā incurrat ipso facto 11 si nō paruerit. Et ex dictis eius due ꝯclones colliguntur. † Prima est, ꝙ si dubitatur de mente papę, supersedere pōt, & rescribere, quia hoc facit iure permittente, vt hic. Vnde licet dicat̄, districte p̄cipiendo mandamus, pōt tn̄ ex iusta cā supersederi, vt not. Bal. in c. cū teneamur. de præb. prout illū referunt And. Sic. & Mod. 12 hic. † Et idem vr̄, si ex certa scientia scriptū sit, quia pōt tn̄ proba- f ri de obreptione, [f] vt no. Bal. in l. fi. col. j. C. sen. rescin. non pos. ver. sed an poterit, & facit quod no. Bal. in d. l. fi. col. ij. ver. dicas etiā. & Alex. cōsi. cxxv. viso titulo quæstionis. in fi. lib. ij. Et rō prædictorū oīum vr̄, quia qua ratione superior, qui scribit, deceptus vr̄ in facto principali circa informationē. ita pariter in clausulis accesso- 13 rijs. arg. l. doli. §. diuersum. ff. de nou. † Et ad p̄dicta facit. l. j. §. quęsitū. in fi. ff. de appel. vbi licet à sententia principis non possit appellari, fallit qn̄ fuit male informatus, quia tunc nō vr̄ cognouisse de causa vt ibi dicitur. Et prædicta ꝯclusio procedit, qn̄ est dubium de voluntate, prout Abb. loquit̄. secus si cōnstaret, quia tūc parendum est mandato, licet durum sit. ix. dist. in memoria. vt supradictum fuit. sed hoc limitatur, vt in seq. conclusione dicam. 14 ¶†Secunda cōclusio Abb. est, ꝙ si timetur de scandalo, vel si māg datum continet hęresim, vel peccatū, nō est papę obediendū, [g] vt est dictum no. Inn. in c. inquisitioni. de sen. excō. ꝙ Abb. hic refert. 15 Et per hoc infert do. Abb. in d. c. inquisitioni. † ꝙ Cardinales non tenentur obedire papę, ēt si illos excōicaret, qn̄ cōcilium impediretur. Et idē Abb. in c. cum teneamur. de præben. vbi cōcludit nō esse obediendum isto casu, quāuis in mandato, siue præcepto dictum sit, nō obstante scandalo. & idem Abb. in c. significauit. col. ij. de offic. ordi. in ista enim cōclusione est defectus potestatis, in quæstione præcedenti est defectus voluntatis, vt Baldus. declarat

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Papę. Adde Deci. in c. nam. concupiscentiam. col. ij. de consti.
b ¶Syl. Ald. Supersedere. Et hūc tex. vnicū ī iure dicit Hipo. ī l. j. §. fi. col. xvj. ff. d̄ q̄st.
c ¶Syl. Ald. Esset. Adde Deci. in c. inter cæteras. col. v. de rescrip. in c. in literis. col. ij. de offi. deleg. & vide Hip. Marsi. in d. l. i. §. fi. col. xvi. ff. de quæst.
d ¶Syl. Ald. AEquiparantur. Adde Deci. in consi. cxxxvii. in prin.
e ¶Moder. Scilicet Fely. & bene, quidquid dicat Deci.
f ¶Syl. Ald. Obreptione. Eodem mō pōt probari de subreptione, nō obstante hac declara. Deci. in c. i. in pe. col. de constr vti. vel inuti. & ibi dicit, quòd talis clausula non purgat falsitatem narratorum.
g ¶Syl. Ald. Obediendum. Hæc cōclusio valde disputata fuit in defensione religiosissimi viri Hieronymi Sauonarolæ Ferrarieñ.

rat in l.rescripta.col.ij. C.de præcib.impe.offe.& ad predicta facit 16 quod dicam in seq.q.¶†Ex supradictis Abb.infert ad qõnem.an paredũ sit,si papa scribit pro notorie indigno, vt sibi certũ beneficium cõferatur. & cõsilium eius est, ꝙ sic.si cõstat de mente papæ in quo dispensare potest.Sed ꝯ hanc cõclusionẽ facit,quia di- a spensatio debet expresse fieri [a] per glo.in c.ij. de schisma. † & no. 17 Ant.de But.in c.significauit.in fi.de offi.ordi. ergo non vr̃ cũ notorie indigno dispensatum,nisi exprimatũ. Ad ꝙ bene facit tex.in 18 cle.si summus pontifex. de sen.excõ. † vbi licet papa scienter excõmunicato cõicet,per hoc nõ vr̃ illũ absoluere,& quãuis ex certa scientia nominet aliquem vel tractet sub titulo alicuius dignitatis,nõ per hoc vr̃ dispẽsare,si erat inhabilis,vt in d.cle.habetur. 19 †Et ideo dicit Ang.in l.libertus.& l.ij.ff.de in ius voc.ꝙ licet papa ex certa scientia rescriptum cõcedat excõmunicato,non per hoc vr̃ illũ absoluere,vt agere possit.pro rñsione considerandum est, quòd in summo pontifice,vel in principe,prout Abb.hic loquit̃, & in promotione ad dignitatem,vel alio actu gratioso, cõclusio b Abb.**vera** [b] vr̃.quia princeps habet potestatẽ,& cõstat de voluntate, & illa dispensatio erat necessaria ad validitatẽ actus,de quo 20 agebatur.Et in terminis hoc idem dicunt Bal.& † Ang.de spurio scienter promoto ad episcopatum , in l.imperialis.§.si miles per illum tex.cum gl in ver.oporter.C. de nupt.facit tex.in l.quidam consulebant.ff.de re iud. cum si.vt tradit Rom.consi.cccvij.in ca- 21 su proposite.Mod. in c.præterea. de testi cog. † Et ad hoc ẽt facit, 22 quia licet in dubio non videatur †princeps vti plenitudine pote c statis, [c] vt per Innocẽ.in c.innotuit.de ele.tñ fallit, qñ actus aliter d valere non potest. [d] vt no.dicit Pau.de Cast.in l.ex imperfecto.in fi.C.de testa.& cõsi.cclxxx.aliàs.ccccxiiij. in facto præsenti. Alex. 23 in l.quãquam.C.de testa.mil.† Secus [e] est in inferiorib.à principe e in quibus causę cognitio requiritur, & ideo expressa dispensatio necessaria est,vt Abb.distinguit in d c.ij.de schisma. & ita intelligitur quod in contrarium allegatur de expressa dispensatione. Non.ob.tex.in d.cle.si summus pontifex.quia per illũ tex.coclusio supra facta limitatur procedere, quando verba prolata à principe ostendũr inhabilitatem,vt quia dicatur talem illegitime natum promouemus,aliàs secus. vt not. concludit Anto.de But.in pœ.decreta.col.vj.Mod.sequuntur hic.Et & hoc modo multum restringitur cõclusio Abb.hic. Et ideo in terminis, in quibus ipse loquitur , videtur quòd certa scientia sufficiens sit, vt inducatur dispensatio,quia constat de potestate,& voluntate,vt supradictũ est.Non ob.tex.in d.cle.si summus pontifex, qui loquitur in verbis enunciatiuis quæ non disponunt.secus in quęstione Abb.vbi sunt verba dispositiua,& aliter actus nõ valeret . Non obst.dictũ Ang. quia loquitur in rescripto quod conceditur ad iuris cõmunis obseruantiam.secus vr̃ in actu gratioso,vt.s̃.dixi.¶In gl.ĩ verbo rationabilem. Abb.post gl.& Host.primo concludit ꝙ quis tenẽtur rationem adducere si ex officio sibi incũbit, vt in testibus, 24 à quibus ratio reddi debet.† & hoc intelligit̃,qñ interrogati sunt de ratione.alias vero testes,qui simpliciter deponunt, bene pro- f bant,si de ratione non sint interrogati [f] glo.Bar.& doc.in l.solam C.de testib.& per glo.iiij.q.iij.c.si testes.§. item solum.Innocẽ. & 25 & Doc.in c.cum causam.de testi. † Præferũtur tñ testes,qui rõnẽ g adducunt. [g] & testes qui rationẽ nõ adducunt, nõ sunt idonei ad reprobandum instrumentum, vt no.tradit Bal.in l.præsbyteri.in 26 fi.C.de epis.& cle. † Et talibus testibus, qui rationem non adducunt,dato ꝙ nõ sint interrogati,non defertur iuramentum in defectum probationis,vt no.dicit Bal. in c.j.§.sacramentum.colũ.ij. 27 de cõsue.recti feu.de quo dixi in rub.de proba.in fi.¶†Et notan- h dum est,ꝙ nõ valet consuetudo, vel statutum, [h] quòd credat̃ testibus malam rõnem reddẽtibus,vt inquit Bal.in l.si non speciali 28 in fi.C. de testi. & iudex ratione generalis arbitrij, † quòd habe- 29 ret,non potest credere tali testi & dixi.in c.j.de appel. † Et quod i dictum est de teste, [i] idem est in prelato,vt in gl.hic, quia tenetur reddere rõnem, vt in iuribus in glo.allega. & idem gl.in c.qualiter.el.ij.in ver.rõnem.de accu.facit.tex.xvij.q.ij. in c.sane.nam nõ dicitur modo,qui caret ratione.xxvij.q.ij.c. si homo, cum gl.j. Et vbi maior est ratio,ibi maior auctoritas esse vr̃, vt dr̃ in c.j.iij.dist. 30 † Et idem est in quolibet administratore , qui tenet̃, administra- k tionis rõnem reddere, [k] vt no.Ro. in consi.clxviij.circa prin.in iij. dubio.& consi.ccccxiiij. quo ad primum.Abb.ꝯsi.xij. vt clare mã in vj.dubio.lib.j.Cum consi.lxxxvij.in casu præmisso, in princip. 31 ¶†Secundo Abb. cõcludit ꝙ de secretis Dei ratio reddi non põt vt in iuri.alle.in glo.Vnde si quæratur quare voluit incarnari Xp̃s illo tempore,& nõ prius,ratio reddi non potest,vt per glo.in cle. j.in ver.ex tẽpore de sum.Tri.& tex.no.de pen.dist.iiij.c.si ex bono vbi glo.prima.& facit tex.xj.q.j.in c.sacerdotibus.in fi.†Tertio 32 concludit,ꝙ de iustitia positiua,& de his quæ consistunt in volũ- l tate principis,ratio reddi non põt, [l] vt per glos.in l.j.§.pueritiam, in verbo prætor ratus.ff.de postulan.cum si.vt late tradunt Mod. hic.Et no.etiam Bar.in l.relegati.ff.de pe. vbi dicit quòd in his est pro ratione voluntas.& Bal.in l.Gallus.§.si eius.ff. de lib.& posth. 33 vbi dicit † quòd quando habemus legem vel statutum non de- m bemus vlterius inuestigare [m] rationem.

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Fieri. Facit quod voluit Cardi.in clem.si Romanus. de præbẽ. vbi voluit quòd non censetur dispensatum cum inhabili , cui Papa mandat prouideri de beneficio .

b ¶Hyero.Gig Vera. Adde ꝙ pro opi.Abb.facit ẽt doctrina Bar.in l.Barbarius. in viij.colum.in prin.ff.de offic. præto.

c ¶Potestatis. Adde Deci.j̃.de offi.deleg.c.quoniam abbas.

d ¶Syl. Ald. Non potest. Adde Fely.in c.j.col.viij.in fin. de consti. in c.cum inter. in iij.col.de rescript.Mancel.Galigau.in repe.l.Centurio.col.xxvj. ver.tertio limita.ff.de vulg.& pup.Deci.in c.quoniam.col.vj.de offi.deleg.in c.ij.in quarta colum. de appellationib.

e ¶Secus. Deci.j̃.de elect.c.cum in cunctis.§.inferiora.glos.Gemi. Phil.Fran.c.j.de æta.& qualita.ordinan.in vj.Spec.in tit.de dispensa.§.viij.nu.3.& Panor.cap. diuersis. de cleri.coniuga.

f ¶Syl.Ald. Interrogati. Hoc idem voluit Deci.in cons.c.in prin. vbi dicit hoc habere locum in criminalibus,ꝙ testes non assignantes rationem dicti sui probẽt, cuius contrarium dicit idem Deci.in c.at si clerici.in prin. col.xix.de iudi.

g ¶Hie.Gig. Adducunt. Quòd testes qui rationem adducunt, non adducentibus præferantur, vide etiam per eundem Deci in l.j.col.vj.ff. si cer.pet.

h ¶Hie.Gig. Statutum. Quòd non valeat statutum ꝙ credatur testibus malã rõnẽ reddentibus, vide etiam per Deci.in cons.xxxvij.in ij.colum. in j.volu.

i ¶Teste. Inepta videtur extensio de redditione rationis testis, ad redditionem rationis administrationis.

k ¶Syl.Ald. Reddere. Idem Deci.in cõs.cx.vere vt puto in ij.dubio.in prin.& omnino in cons.364.in prin.Et quando dicatur reddita vel non,Pari.cõs.96.lib.j.

l ¶Syl.Ald. Non põt. Idẽ in rub.de proba.col.j.& faciũt dicta per eũ in rubr. C.de eden.col.fi.& in c.j.in ij.lec.ad fi.de consti.in c.q̃ in ecclesiarũ. col.xiij. de cõsti.

m ¶Syl.Ald. Inuestigare. Adde Imol in c.irrefragabili.in fi.de offi.ord. vbi inquit ꝙ sufficit sic statutum esse.& idem Bald.in l.j.§.si initium.ff. de postu. per quem tex.dicit Bal.in l.de quibus.col.x.ff.de legi. ꝙ de substantia consuetudinis non est ratio,Bal.in cons.clxvj.lib.j.in cons.473.col.ii.lib.v.in rub.de constit.col.ii. vers.constitutio,in l.i.col.iiii.vers.item alle.C.si plu.vna sent. Calc.cõs.iii. post prin.Ias.cons.187.ante fi.lib.ii.Deci.cons.563.duo dubia. col. fi.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ sunt tales, vt in eis possint religiosi priuilegiari à Papa .*
2 *Decimæ quãuis in totum tolli non possint, possunt tñ à Papa aliquibus remitti.*
3 *Priuilegium circa decimas debet strictè interpretari .*
4 *Rescriptum impetratum contra religiosos valet , licet non faciat mentionem de qualitate religionis .*
5 *Specialiter aliquando quid conceditur alicui,quod generaliter competebat .*
6 *Rescriptũ non valet contra priuilegiũ quod dat formã rescriptis impetrãdis .*
7 *Rescriptum impetratum super feudo,nõ facta mẽtione ꝙ sit feudũ,non valet .*
8 *Rescriptum contra scholarem , non facta mentione ꝙ sit scholaris,non valet .*
9 *Feudorum natura separata est ab aliјs , ideo causa feudi non comprehenditur nisi exprimatur .*
10 *Priuilegium restringitur ad eius causam limitatam .*
11 *Priuilegium est stricti iuris , & non extenditur persona ad personam . limita quatuor modis vt ibi.*
12 *Priuilegium ne reddatur inutile, large interpretatur .*
13 *Priuilegium derogans speciali statuto est latè interpretandum ,*
14 *Dispositio generalis personas priuilegiatas includit .*
15 *Citatus an in dubio comparere debeat . Et quid quando constat iudicem non habere iurisdictionem .*
16 *Clericus citatus coram seculari comparere non tenetur .*
17 *Episcopus si citet fratres mendicantes, comparere non tenentur .*
18 *Scholaris à prætore citatus non tenetur comparere .*
19 *Legati quamuis habeant priuilegium insertum in corpore iuris , tamen tenentur comparere .*
20 *Notorium debet allegari ab eo,qui præsens est . secus in absente .*
21 *Iudex debet pronunciare se competentem .*
22 *Iudex omnino incapax , putà laicus contra clericos , nibil agit pronunciando se competentem .*

1 CVm ordinem. ¶†Summatur,& diuiditur. vt hic per Abba. ¶Primo nota,ꝙ super decimis possunt religiosi, & alij à Papa priuilegiari.c.ex parte.el primo.vbi 2 glo.declarat.de decimis.† Et sic licet in totũ tolli non possint, iuxta no. in cap.quæ in ecclesiarum. de constitu.tamen quibusdam personis à Papa remitti possunt , vt glo.not.concludit, quam Hostiẽ.Io.and.& Abb. post alios ibi sequuntur in cap.a nobis.in versicu.exemptus. de decimis . De- 3 bet † tamen tale priuilegium stricte interpretari.vt no. Oldr.cõs. clxxxvj.quæstio est, vtrum priuilegium.Roma.consi.clxxx.si ad- 4 mittimus.in fine, cum similibus . vt dixi consi. cxiij. ¶†Secundo nota . vt Abbas dicit hic, quòd rescriptum impetratum con- a tra religiosos valet. [a] licet non faciat mentionem de qualitate religio-

ADDITIO.

a ¶Syl.Ald. Valet. Aliter videtur loqui Henri.Boyc.hic,quem vide.

§. Inferiora. Summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic, 1 ¶ † Primo no. ibi, inferiora ministeria, id est officia ecclesiastica, & dignitates, vt Abb. hic dicit. & ad hoc est tex. cum gl. in c. ij. j. de conces. præb. & facit tex. in c. quia nonnulli. 2 de cler. non resid. Et † ministerium idem est, quod officium, & sic videt vocabulum generale, vt Abb. hic dicit. pro quo facit tex. in l. item si serui, in fi. & ibi. gl. ff. de edil. edic. & in l. si cui balnei, & in glo. ibi, in verb o, ministerium. ff. quibus mo. vsufr. amit. & ministerium ẽt pro rebus ecclesiasticis accipitur c. ecclesia S. Mariæ. de cõ 3 stitutio. Mysterium vero idem est, † quod sacramentum, vt Abb. hic dicit, per tex. in c. multi. j. q. j. & adde tex. in c. cum Marthę. §. ex eo, in fi. de ce. missa. vbi dicitur mysterium fidei, quia aliud ibi cre 4 ditur, quàm cernatur. ¶ † Secũdo not. ꝙ in promouendis ad officia, & beneficia ecclesiastica, regulariter ętas xxv. annorũ requirit. Et potuit ista regula fundari, q a ætas ista ẽt in magistratu seculari a necessaria est [a] l. ad Rem publicam. ff. de mun. & hon. Et in iudice delegato sufficit ætas xx. annorum. c. cum vigesimum. de officio deleg. ¶ Et idem in arbitro. l. cum lege. ff. de arb. ¶ In aduocato & Doctore ętas xvij. annorũ requiritur l. j. §. pueritiam. ff. de postul. Et idem Card. dicit in clem. j. de magist. in vers. secundo quæro. Dicit tamen idem Card. in proe. decret. s. colum. ij. ꝙ data sufficiẽtia quælibet ætas sufficit, & referunt Modern. in d. c. cum vige si- 5 mum, in fi. ¶ † Tertio not. ꝙ Archid. nõ teneťur facere se promoueri in sacerdotem, sed sufficit ꝙ efficiatur diaconus. secus est in 6 decano, præposito, & † similibus, vt hic & in c. j. de eta. & qual. tex. tamẽ in c. nullus in propositum. lx. di. videtur requirere ꝙ à prin. sit diaconus, qui debet in archidiaconum ordinari, & ꝙ sit sacerdos à prin. qui debet in præpositum ordinari. Sed gl. ibi r̃ndet, sit, id est fiat. Et ista expositio, licet incongrua videatur, tamen probari videtur in c. innouamus. ea. lx. dist. quod c. immediate sequiť 7 post d. c. nullus. ¶ † Quarto nota, ꝙ ætas requisita debet esse tempore collationis. aliàs collatio esset nulla. vt hic, & in c. si eo tpe. de rescr. in vj. in c. licet canon. eo. ti. in vj. Secus est in ordinibus requisitis s̃m naturam beneficij, quia satis est quod prouisus illos postea accipiat. vt hic, & in c. si pro clericis pauperib. de præb. in vj. & in c. ij. de instit. in vj. & not. per gl. in d. c. si eo tempore, in verbo idoneus. de rescript. in sexto, & de hoc infra late videbimus. 8 † Quinto not. ꝙ non faciens se promoueri ad ordinem requisitũ in beneficio, non est ipso iure priuatus beneficio, nec debet pri- 9 uari sine monitione. † vt probatur ibi, moniti. Et ad hoc facit, quia in facto negatiuo de quo agitur hic ad hoc, vt pœna incurrat per b negligentiam, monitio necessaria est, [b] vt est dictum Inn. in c. extirpande. de præb. no. Bald. in auc. hoc amplius colum. iiij. C. de fideicomm. cum si. vt tradit Alex. in l. ita stipulatus, col. v. de verbo. oblig. Hoc hodie fallit in ecclesijs parrochialibus, in quibus ipso iure quis est priuatus, nisi faciat se promoueri intra annum. vt est tex. in c. licet canon. de ele. in sexto, & tali casu, vt ibi dicitur, alia monitio non est necessaria, ad idem tex. in cle. j. §. cæterum, de sta- 10 tu mona. † Et ratio videtur manifesta, quia vbi tempus est appositum, alia monitio nõ requiritur. vt no. Bal. in l. ij. C. de spons. Pet. de Anch. in consi. lxiiij. pro clariori decisione circa fi. & Dom. in d. 11 c. licet canon. §. j. † Expeditis not. Abb. quærit an quod dicitur hic de ætate. xxv. annorum habeat locum in dignitatibus nõ h̃ntibus curam animarum, & concludit ꝙ sic, post Io. An. per text. in c. j. de ætate & qualit. & facit text. in clem. j. §. cæterum. de statu mona. & no. Dom. in c. si eo tpe, in gl. pen. de rescrip. in sexto & idem Abb. in c. super inordinata. de præb. & ibi prosequitur generaliter de ætate quæ requiritur in beneficijs, & ordinibus, & idem Dom. in d. c. si eo tempore. & Cardin. in clem. fin. de eta. & qual. in glo. in 12 verbo, archidiaconum, ibi, anathema est. † Nam anathema, est ex c communicatio solennis, [c] vt gl. dicit in c. ad apostolice, de re iudi. in sexto, in vers. anathematis, & dicitur superna maledictio, vt no. Abb. j. in rub. de sentent. excomm. cum simi. vt dixi in c. cum non ab homine. infra de iud. Et talis excommunicatio solennis reseruatur episcopis, vt gl. hic dicit. Et hoc intelligitur nisi inferior haberet iurisdictionem Episcopalẽ iure speciali. vt dñt Mod. in ca. ij. de excep. Et hoc modo intelligitur text. in c. sicut. de simo. Et hoc modo etiam intelligi potest text. in c. j. j. de eo qui fur. ord. suscep. vbi tex. videbatur probare cõtrariũ, dum loquiť de archidiacono, qui prohibuit ordinationem, sub interminatione anathematis. 13 ¶ † In fi. gl. Abb. cõcludit ꝙ archidiaconus de iure [d] cõi nõ habet d iurisdictionem. ideo non potest excõicare. Sed per consuetudinẽ locorum, in quibus habet iurisdictionem, excõicare potest. Et idẽ in alijs prælatis qui, iurisdictionem habent. & idem Abbas cõcludit in d. ca. j. de eo qui fur. ord. suscep. Et in c. licet, in tertio, & vltimo no. infra de pœnis, & in c. si quis contra clericum. col. antepe. in repet. de foro comp. cum sim. vt dixi in c. super eo. in gl. in ver. 14 archidiaconus, de officio delegati. † De psbyteris curatis an possint excommunicare Abb. hic se remittit ad capitulum si sacerdos, de off. ord. & ibi colum. ij. concludit ꝙ nõ, & idem Abb. in d. 15 c. si quis contra. in rep. in pen. char. ¶ † In glo. in verbo attigerit. Abbas dicit ꝙ in etate episcopus dispensare non potest, & idem not. glo. & Abb. in cap. cum dilectus. colum. penult. infra eod. glo. in clem. fin. & ibi Cardi. in sexta quæstione de ætate, & qualitate. 16 ¶ † Et dum Abb. concludit quòd inferior à principe conferene do dignitatem minori, non videtur dispensare. secus [e] dicit esse in principe.

ADDITIONES.

a ¶Ald. Necessaria est. Hoc fuit ex edicto Augusti, prius enim lege an variatas. 30. annorum exigebatur.

b ¶Syl. Ald. Necessaria est. Adde Alex. in l. si mora, dol. vj. & in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. matrim.

c ¶Ald. Solennis. Et quid sit anathema, & in quo differat ab excommunicatione tradit idem Dec. in c. cum non ab homine. col. v. de iud.

d ¶Syl. Ald. De iure. Vide Dec. in rub. de of. delegat. in prin. & de hac consequẽtia. vide quia aliàs solet disputari an sit meri imperij, vt per Abb. in c. cum contingat. col. iiij. de foro compet. in c. transmissam hoc eo. tit.

e ¶Secus. Vide late Old. in consi. cccxxv. cum multis seq.

principe. Istam distinctionem etiã abb.facit in c.j.in secũda col.j. de schisma.& in c.præterea,col.pen.de testi.cog.& ratio diuersita tis est,sm abb.† quia papa sola voluntate potest dispensare vt no. Inno.in c.cum ad mona.de sta.mona.& sequitur abb.in c.cum ex literis. col.ij.de resti.in inter.& in ca.de multa.de præben.& in d. c.ij.de schisma.sed in inferiore à principe causa requiritur. Et secundum istam rationem esset dicendum ꝙ in casu,in quo etiam à principe causa requiritur,iuxta gl.in c.non est.de vot.ꝙ non videretur dispensatum etiam à principe, & data paritate terminorũ non esset differentia. & de hoc dixi in cap.si quando, de rescri.& Mod.late insistunt in d.c.præterea,de test.cog.¶† In gl.in ver.à canonibus,ibi,in totum, & præcipue in c.si.vbi dicitur ꝙ ordinationes præsbyterorum, & diaconorum, certis tantum temporibus fieri debent,& in c.de eo, de tem.ordi.& tẽpora sunt in Sabbato sancto.in Sabbato medie quadragesime,& in quatuor anni tẽporibus,vt probatur in iuribus dictis,& per gl.in c.si pro clericis pauper.in ver.à iure,de preben.in vj.& in c.literas.in ver.pertinere,de tem.ord.Et † prædicta habẽt locum in ordinibus sacris,sed alij ordines in diebus dñicis & alijs festiuitatibus cõferri possunt.vt no. per gl.in locis superius alleg.vt tradit Host.Io.And.Ant.de But.in c.consultatione. de tem.or.† Et his diebus, quibus dantur ordines,benedictio abbatis fieri debet,sm Host.Io.An.& Ant.de But. in c.cum contingat,de eta.& qua.& no.per gl.in cle.appellanti.§. sancimus ver.& benedi.de sta.mo.quæ tamen dicit secus esse in benedictione abbatisse, quæ dari potest quolibet die. ¶In fin.gl. abb.dicit ꝙ multa interualla, de quibus habetur in præalleg.dist. lxxvij.hodie non debent seruari. vt per gl.in cle.si.de eta.& qualita.& idem not.per gl.in cap.ei,cui.in ver.ætate. de preben.in vj. ¶In glo.remouentur.Abb.prosequitur notabilem, & quotidianam materiam,vtrum ordo requisitus in beneficijs, requiratur ꝙ adsit tempore collationis.¶Et ex eius dictis due not.conclusiones colliguntur.¶† Prima est, ꝙ si fiat annexio ordinis respectu aptitudinis.vt no.hic,vnde promotus ad ecclesiam curatam,quę regi debet per sacerdotem.satis est ꝙ postea ordinetur in sacerdotem. ergo sacerdotium non erat necessarium tempore collationis ad idem tex.c.si clericis pauperibus,de præben.in vj.in c.ij.de institutio.in vj.in c.j.de eta.& qualita.& ibi An.de Bu.& not.Inno.in c.si. col.iiij.de præben.& dixi in consi.clxxij.in fi.Requiritur tamẽ ętas requisita in ordine annexo, ita ꝙ ad illum ordinem tempore collationis ordinari potuisset. Et no.Roman.in consi.cccxxv.quo ad primum, in prin.vbi allegat glo.quæ hoc dicit in cap.cum in illis, in verbo,prouidere.in fin.de præben.in vj.Et hoc intelligitur, & habet locum in ordine sacerdotali.prout est tex.in cap.ei,cui pro uideri,de præben.in vj.Secus est in alijs ordinibus, quia tunc beneficium conferri potest non habenti ętatem in tali ordine requisitam,vt tenet Io.An.ita limitando illum text.in d.c.ei,cui.col.j.& sequitur Domi.ibi colum.ij.& Rom.in consil præalleg.cccxxv.in prin.¶Secunda conclusio principalis est, ꝙ si annexio ordinis in actu requiratur,vt quia statutum dicat ꝙ talis præbenda non conferatur,nisi existenti in sacerdotio.vel etiam si dicatur,conferatur sacerdoti,quia † qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi intelligitur l.si Titius.vbi Bart.ff.de test.mili.l.in delictis.§.in extraneis.ff.de noxalibus.in talibus casibus requiritur quòd tempore collationis sit in sacerdotio.vt abb.dicit post gl.in cle.vt hi, qui, in verbo annexio.de eta.& quali.Et Imol.ibi in fin.not.illam glo. quòd est duplex annexio ordinis ad beneficium. & vna requirit ordinem post assumptum beneficium,& de ista supra dictum est in j.conclu.quędã est annexio quæ requirit ordinem præambulũ vel tẽpore collationis beneficij.ita ꝙ ordo deficiens vitiat collationem.& de ista dictum est in ij.conclusione hic. Et secundũ istam conclusionem consuluit And.sicu.in consi.xxxiij.in ij.dubio lib.ij. vbi loquitur in testatore qui fundauit capellam,& voluit ꝙ conferatur præsbytero,& in effectu doctrina Abb.ad hoc reducitur, ꝙ si ordo requiritur tempore promotionis, non habenti ordinem requisitum collatio fieri non potest. Aut ordo requiritur poste adepto beneficio, & satis est ꝙ postea ordinetur, & de hoc not Dom.in c.si pro clericis pauperibus,de præb.in vj.¶† In gl.in verbo velut, ibi sola voluntas non sufficit. nam in quolibet actu voluntas,& potestas requiritur c.cum super.de offi.deleg.cum sim vt dixi ibi in iiij.no.¶ De vltima q.abb.hic remittit se ad c.dudum el.j.j.eo.vbi tum nihil dicit.Sed no.per gl.in c.j.lx.di.& per Domi. & Doc.in c.si pro clericis pauperibus.de præben.in vj.

SVMMARIVM.

1. *Eligens scienter indignum quibus pœnis subiaceat.*
2. *Eligens indignum præsumitur scienter elegisse, & nu.14.*
3. *Pœna tanquam odiosa verificatur in prima vice.*
4. *Dispensatio tanquàm odiosa terminatur in prima vice.*
5. *Dispensationis verba in sententia pœnali non interpretantur, vt verba sonant, sed restringuntur.*
6. *Periurus ratione periurij respectu certi beneficij priuatur non solum illo beneficio,sed omnibus alijs.*
7. *Pœna duplici quando quis puniatur.*
8. *De delicto eiusdem hominis sæpius non requiritur.*
9. *Nominantes indignum non incurrunt pœnam eligentium.*
10. *Pœna imposita pro delicto non habeat locum nisi consummatum sit.*
11. *Ignorans excusatur si indignum elegit.*
12. *Ignorantia excusat à pœna.*
13. *Accusatio debet continere ꝙ quid scienter factum sit, quando ignorantia excusaret.*
15. *Capitulum supplet negligentiam episcopi in collatione beneficiorum, & eodem modo quando priuat, propter delictum.*
16. *Conferendi beneficij ius quando de vnum deuoluatur.*
17. *Capitulum in potestate conferendi succedit.*
18. *Collatio facta criminoso,ipso iure non valet.*

§.Clerici. Summatur,& diuidit, vt per abb.hic.† Primo nota duas pœnas incurrere eligentes scienter indignum. Prima est, quòd sunt priuati potestate eligendi,[a] vt hic.& c.quanto, eo.tit.lib.vj.Et hoc habet locum etiam in postulantibus.no.per gl in c.j.in verb.ponere.j.de postu.præla.& ibi dictum fuit.& idẽ est in præsentatis,vt tradit And.sicu.in cõsi.xxxiij. in ij.lib.Et † notandum est,ꝙ præsumptio est ꝙ eligentes indignũ hoc scienter faciant.vt no.Bar.in l.si patronus.ff.de confirma.tut. Et quod dictum est eligentes scienter indignum priuantur potestate eligendi. intelligitur pro prima vice ca.cum Vintoniensis.j. eo.& ad hoc facit.† quia agitur de pœna,quæ odiosa est,& stricte debet interpretari,vt in regula,in pœnis, de regulis iuris in vj.Et † ista rõne dispensatio,quę odiosa est c.j.de filijs præsby.in vj.etiã in prima vice terminat c.non põt.§.j.de præben.in vj.¶Secunda pœna est, ꝙ eligentes scienter indignum suspensi sunt per triennium à beneficijs ecclesiasticis.[b] Et ista pœna intelligitur tantum quo ad illa beneficia, quæ habent in illa ecclesia, in qua fuit facta electio de indigno cap.si compromissarius, eodem titul.in vj. † Ex quo infert Ioan.And.in regula,odia,de reg.iur.in vj.ꝙ verba dispensationis in sententia pœnali nõ debent interpretari ita large,vt verba sonant.sed debent restringi,qñ subest ratio efficax restringendi.& hoc dictum pro no.abb.hic sequitur. Sed certe non videt hoc procedere sine dubio,quia in cõtrariũ induco tex.in l.j. §.quod aũt.ff.de alea.vbi tex.interpretat pœnam,quæ imponitur illi,qui tenet ludum in domo.vt agere nõ possit pro furto, nã late interpretat Iurisconsultus, ꝙ nõ possit agere ad pœnã,neq; ẽt ad restitutionẽ,quia simpliciter ꝑtor dicit,si quid subtractum erit, iudiciũ nõ dabo.Nã ibi erat alia rõ in restitutione rei, quã in pœna. Et tñ illud dictũ gñaliter intelligit. Ad idẽ tex.in l.cũ lege.ff.de testa.vbi ille, qui in pœnã efficitur intestabilis, fit lata interpretatio, quia non põt facere testamentũ,nec põt esse testis, neq; hoc põt dici testimoniũ,quia natura verbi hoc importare videtur. vt Are. dicit ibi.Et pro ista cõclusione specialiter bene facit quod no.ipse abb.per illum text.in c.tua nos,de iureiu. vbi in ij.not.dicit quòd † periurus ratione periurij cõmissi respectu certi beneficij,priuat non solum illo beneficio,sed omnibus alijs.Et ita fuisset dicendũ hic in isto tex.nisi superuenisset noua dispositio c.si compromissarius,eo.tit.in vj.vbi papa vlteriꝰ ꝓcessit ita disponẽdo. ¶† Secũdo not.ꝙ qñq; quis ex eodem delicto duplici pœna punitur, & hoc intelligit qñ ex vna pœna non videt sufficienter punitus.aliàs secus, q̃a duplici pœna nõ debet quis puniri c.at si clerici.§.de adulterijs, vbi abb.in prin.declarat.j.de iudicijs, & facit quod not.per gl.vij.q.j.in c.cum pactio, & ẽt dicit † ꝙ de eiusdem hominis delicto sepius non quæritur l.licet.§.j.ff.nau.caup.l.si cui.§.ijsdem.ff. de accu.cum si.vt dixi in cons.cxxxvij.in prin.¶† Tertio no.quòd eligentes incurrunt pœnam, qñ eligerunt. secus sm abb.si tantum facta fuisset nominatio,quæ non habuit effectum, quia non incurrunt pœnã c.perpetuo. eo.tit.in vj.† Ex quo infert sm abb. ꝙ pœna imposita à iure propter aliquod delictum,non habet locum,nisi delictum consummatum fuerit. vt no.Ioan.And.in reg. odia.cum simi.vt abb.hic dicit. & tradunt Moder.in trac.quando solus conatus puniatur, in iiij.fallen.Et vlterius ad hoc bene facit

ADDITIONES.

[a] ¶Syl.Ald. Eligendi. Fuit aliàs dubitatum an si maior pars eligat scienter indignũ minor pars dignum, valeat electio facta à minori parte.& allegabam Abb.in c. dudum.el.j.col.ij.ver vlti.no.j.eo.ꝙ sic iunct.his quæ dicit Abb.in c.congregato.col.pe.eo.ti.& idem respondisse postea reperio Dec.in consi.522.in causa electionis. col.ij.in iiij.q.vbi optime prosequitur.

[b] ¶Syl.Ald. Ecclesiasticis.Item suspensus est vt durante triennio eligi ipse non possi. c.per inquisitionem.j.eo.sed hoc habet locum in beneficiis in eadem ecclesia, vt declarat Cesar lamberti. in suo trac.de iur.pat.lib.ij.in 28.art.9.q.princ.j.par. vbi quærit de notabili quæstione an præsentans scienter indignum priuetur, vt durante triennio non possit eligi vel præsentari.

facit tex.in cle.j.in ver.cõtrahere, de conſang.& affin.quæ dicit ꝙ pœna impoſita cõtrahentibꝰ matrimoniũ nõ habet locũ in ſponſalibus.Et pœna impoſita reformãtibus aliquid in fauorẽ bannitorũ,nõ habet locũ in proponẽtibus tm̃. vt not.Bal.in l.vnica.C.ſi rec.prouin.circa fi.& ibi ẽt Bal.ad ꝓpoſitũ dicit ꝙ ſi eps̃ excommunicat eligentes, non ſunt excõmunicati hi,qui dant vocem in ſcrutinio,quia illa nõ eſt electio.In ſimili queſtio.ẽt no,Bal.in l.j.§.docere.ff.ne quis eũ,& tradit Alex.in cõſi.cxciiij.conſideratis verbis.col.fi.lib.ij.& dixi in c.iurauit.de probationib.¶† Quarto no. 11 ꝙ eps̃ conferens beneficiũ indigno, priuatur poteſtate cõferẽdi.Et hoc ſi fecit ſcienter.ſecus ſi ignoranter.Et idẽ eſt de canonicis, qui ꝓpter ignorantiã excuſantur c.innotuit.j.eo.& notat Bart.in l.ij.§.data.ff.de optio.leg.& in l.ij.ff.de vac.mune.Et eſt concluſio 12 generalis † ꝙ ignorãtia excuſat à pœna, vt notat̃ per gl.in l.j.ff.de recept.facit text.in c.ſi vero, de ſententia excõmunicationis in c.apoſtolice. de clerico excõicato miniſtran.cum ſimilib.vt dixi in c.ij.col.iiij.de conſtit.& in c.ij.in principio de exceptio. vbi viden- 13 dum eſt.Et † qñ quis ꝓpter ignorantiã excuſat̃,debet exprimi in accuſatione ꝙ ſcienter illud factũ ſit, vt no.Bar.in l.omnes, circa finẽ.C.de agricolis & cenſi.lib.xj.declarando vt dixi in d.c.ij.de a except.[a] Et adde ꝙ in caſu noſtro ſcientia requiritur à principio, nec ſufficit ꝙ poſtea ſuperueniret gl.nota.in cle.i.in verbo ſcienter,de cõſang.& affinitate.& bene facit quod not.Card.in not.caſu in cõſi.cxxxiij.duo ſunt videnda. Et quod dictũ eſt de ſcientia, quæ debet articulari qñ quis excuſatur ꝓpter ignorantiã,hoc videtur habere locũ in alijs caſibus. Sed quantũ ad iſtum tex.nõ vi- 14 detur ꝓcedere,† quia in dubio præſumit̃ quod ſciẽter electio de indigno facta fuerit, vt no.Bart.in d.l.ſi patronus.ff.de confir.tut. 15 ¶† Quinto no.ꝙ ſicut capitulũ ſupplet negligentiã epi in collatione beneficiorum c.ij.de ſupplen.negligen.præl.c.j.de conceſſ.præben.ita ſupplet,qñ eps̃ priuatur ꝓpter delictũ,vt hic.ſecus eſt in c.quãquã,& in c.ſi cõpromiſſarius.eo.tit.in vj.vbi iſti duo caſus 16 non æquiparantur.¶† Succeſſiue Abb.late inſiſtit quomodo fiat b deuolutio in collationibus beneficiorũ,[b] & dum cõcludit ꝙ licet in beneficijs ſpectantibus ad ep̃m proprio iure, ipſo negligente, deuolutio fiat ad capitulũ, & eodẽ modo ep̃o conferente beneficium indigno,vt hic dicitur, ſuccedit capitulũ . ſecus tñ eſt in be- c neficijs deuolutis [c] ad ep̃m ex negligentia ſuperioris, quia in illis propter delictũ ep̃i poteſtas cõferẽdi nõ deuoluitur ad capitulũ, & ſic nõ habet locũ iſte tex.vt tenet Inno.hic.& abb.ſequitur,qui rationẽ adducit. quia in beneficijs deuolutis ep̃o,nõ eſt tanta cõmunio cũ capitulo,ſicut in ſpectantibus iure proprio,qa in deuolutis eps̃ illa ꝯfert tanquã ſuperior.iõ in illis capitulũ nõ ſuccedit. ſed ad aliũ ſuperiorẽ fit deuolutio, & ſm̃ regulã c.licet , & c.fi.de ſup.neg.p̃l.& idẽ Abb.cõcludit in c.ij.in vlt.not.j.de cõceſſ.præb. ¶Sed iſta cõcl̃o dubitabilis vr̃, qa in ꝯriũ vr̃ deciſio Io.And.in c.quãquã, eo.ti.in vj.vbi inq̃t ꝙ licet capitulũ nõ ſuccedat ĩ collatione bñficiorũ,q̃ ep̃o cõpetebãt iure proprio c.illa,ne ſede vac,ſuccedit tñ capitulũ in bñficijs ep̃o deuolutis,& abb.ipſe hoc ſequit̃ in d.c.illa.vbi rõnẽ adducit, qa deuoluta ſpectãt ad ep̃m rõne iuriſdictionis ep̃alis,merito capl̃m ſuccedit ĩ iuriſdictione ep̃i, & in talibꝰ habet ptãtẽ.Et aliã ẽt rõnẽ adducit,qa deuolutio fit fauore bñficij.iõ nõ exſpectat̃ nouus ſucceſſor,ſed capitulũ habet ptãtẽ. vt facilius prouideat beneficio. Vt tollat̃ iſta ꝯrietas inter dictum Inn.& Io.An.in d.c.quãquã.Ant.de Bu.hic diſtinguit, ꝙ qñ vacat ſedes,qa iuriſdictio trãſit in capitulũ c.is.qui de maior.& ob.ẽt in capitulũ transfert̃ ptãs cõferẽdi bñficia de uoluta,qa rõne iuriſdictionis fit illa deuolutio .& ita loquit̃ Io.And.in d.c.quãquã . Sed ſede non vacante , prout eſt in caſu nr̃o hic , in quo fit deuolutio ꝑ delictũ ep̃i,talis deuolutio nõ fit ad capitulũ, ſed ad ſuperiorẽ prout loquit̃ Inn.hic.Iſtam diſtõnẽ ſequit̃ Dom.in d.c.quãquã. Mod.in c.verum.col.ij.de foro compet.arguunt cõtra prædictam diſtõnẽ,quia qua rõne,vacante ſede, capitulũ repreſentat epiſcopum.¶Sed iſtud arg.tollit̃ ex rõne diuerſitatis,quæ.s̃.alegat̃.quia vacante ſede,ea,quæ ſunt iuriſdictionis,tranſeunt in capitulũ , & talis deuolutio reſpicit iuriſdictionẽ.Sed qñ eps̃ nõ delinquit, nõ vacat ſedes, nec iuriſdõ trãſfert̃ ad capitulũ , ꝓut Imo.hic declarat.Final̃r tñ qa tex.hic gn̄aliter loquit̃,& dicit ꝙ ep̃o delinquente deuoluitur ad capitulum ptãs conferendi,cum generaliter loquat̃,videtur habere locum ſiue iure proprio, ſiue iure deuoluto ptãs epiſcopo competeret. arg.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præſt. & ita tenet Imo.hic.¶Non obſtat ratio,quã abb.hic adducit ꝙ in beneficijs cõpetentibus epiſcopo iure proprio.videt̃ maior cõio, quã in deuolutis.qa in iſto caſu nõ conſiderat̃ cõmunio ep̃i & capituli.quod patet, qa capitulũ nõ ſuccedit ad collationẽ bñficiorũ c.illa,ne ſede vacã.Sed qñ eps̃ eſt negligẽs fauore bñficij , vt.s̃. dictũ eſt, capitulũ ſuccedit . Et iſta rõ pariter militat in epiſcopo delinquente,& de hoc etiã not.Franc.Paui.in trac.ne ſede vacan. in ij.q.ſecũdæ partis principalis . & Mod.in c.cũ olim . de maio.& obed.¶In alijs quæ abb.proſequit̃,anguſtia tẽporis in hac vltima 17 lectione non patitur,vt veritas perſcrutari poſſit.† Et ideo dũ ſucceſſiue abb.concludit ꝙ capitulũ ſuccedit in ptãte cõferendi , iſta concluſio late confirmatur ex his, quę Fran.Pau.ſcribit in trac.pl. 18 ne ſede vacan.in iiij.q.ij.partis princip.¶† Et dum incidẽter abb. tenet ꝙ ipſo iure collatio facta crimino ſo non valet, recurrendũ eſt ad ea, quæ Mod.late ſcribunt in c.ij.de reſcrip.Et de vlt.q.abb. hic videndum eſt quod dixi in c.ſuper eo.ij.in v.not.ff.de appell. & quæ tradunt Mod.in c.ita quorundam,in fi.de iude.

ADDITIONES.

a ¶Ald. De exceptionib Dec.loquitur de hoc ibi in j.no.

b ¶Syl.Ald. Beneficiorum. Adde ꝙ hãc materiã melius q̃ quiuis alius attigit.Paul. de cita.in trac.de iure pat.in vj.par.in xxvj.q. hoc verũ eſt Papam nullo tẽpore aſtringi.etiã ſi ſciat deuolutionẽ ad eum factam ex negligentia inferiorum, ſm̃ Io.An.in c.iij.de præben.lib.vj.vbi optime Phil.Fran.licet Pau.de cit.ibi aliter dixerit,& vide Rot.deci.cclxiij.ſi propter negligentiam in no.

c ¶Deuolutis.Et bene.Idem vbi ſpecialiter prouidetur.vnde in effectis nominatis ab vniuerſitatibus . vel graduatis ſimplicibus nunquã ſuccedit capitulũ , quia ſpecialiter prouiſum eſt de deuolutione ad ſuperiorem immediatum.Capitulũ autem etiam exemptum non tamen ſuperior eſt . & ita obſeruatur, & de materia deuolutionis late Paulus de Cicadi.de iure pat. parte vj.q.xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus, & archipresbyter habent iuriſdictionem ordinariam.*
2 *Archidiaconus dicitur gerere vices epiſcopi.*
3 *Vicarius epiſcopi ordinariam habet iuriſdictionem.*
4 *Delegatus à Principe eſt dignior ordinario, & maior eo.*
5 *Appellatio à delegato fit ad delegantem, in ordinario autem non appellatur ad conſtituentem.*
6 *Iuriſdictio ordinarij fortior eſt quàm delegati.*
7 *Officium eſt nomen generale ad omne miniſterium.*
8 *Officium habere dicuntur coquus, tabernarius, macellator, cuſtos arcis, vel portarum, & procurator.*
9 *Officialis Papæ an dicatur ipſius delegatus.*
10 *Officialis communis, & pro communi an differant.*
11 *Poteſtatis verbum qualiter accipiatur.*
12 *Delegare quid ſit.*
13 *Delegatio propriè quæ dicatur.*
14 *Iudex delegatus qualiter diffiniatur.*
15 *Executor, an dicatur delegatus, & quando.*
16 *Vicegerens qualiter differat à delegato, & dicitur habere ordinariam.*
17 *Suffectus iudex quis dicatur.*
18 *Vicarius qui propriè dicatur.*

De officio,& poteſtate iudicis delegati. Rub.

Materia. Huius tituli, vtilis ad modũ,& quotidiana eſt. ideo ad eius interpretationem diligenter inſiſtendũ erit . Et pro expeditione eorum,quę in rubrica iſta occurrunt.Primo videbimus de continuatione rubricæ , & de ordine tituli.Secũdo,de officio & ptãte.Tertio,de ordinario deleg.applicando plura notabilia, prout.infra apparebit. ¶Circa primũ continuatur rubrica ſm̃ Hoſt.Io.An.& abb.poſt alios hic,quia.s̃.in titulis præcedentib.dictum eſt de his, qui vices alterius gerunt in diuinis officijs,& in iuriſdictione volũtaria, merito , & cõpetẽti ordine ponit̃ iſta rub.de off.deleg.in qua tractat̃ de his, qui gerunt alterius vices in iuriſdictione cõtentioſa.¶Iſta continuatio reprobatur per An.Sic.hic. quia ẽt.s̃.dictũ fuit de off. a arch.& de off.archipreſ.qui gerunt vices nõ alienas,[a] ſed proprio 1 iure,† Nã archidiaconus,& archipresbyter hñt iuriſdictionẽ ordi- b nariam,[b] vt per gl.in cap.perlectis.xxv.di.in verbo, iurgia.& facit tex.in c.ad hoc,de off.arch.ibi , audire debet iurgia ſingulorũ , & no.Hoſt.in ſumma. in tit.de offic.arch.verſ.quæro quid ſit officiũ. 2 † Sed rñderi põt,ꝙ immo archidiaconꝰ gerit vices epiſcopi, & dicitur vicarius eius c.j.in prin.& d.c.ad hoc, in princ.de off.archid. & ſimiliter archipresbyter . vt habet̃ in c.j.de off.archipreſ. Aliter tamẽ cõtra prædictã continuationem inſtari põt, quia ſupra etiã dictum eſt de iuriſdictione contentioſa,vt patet in archidiacono, qui cõtentioſam patet iuriſd.d.c.ad hoc, & patet in vicario epiſcopi,qui ordinariam habet iuriſdictionẽ c.ſua , de off.vica.& per gl. in cap.j.de off.vic.in vj.in verbo, officialem , facit.text.in cap.ij.de c conſil.in vj.Sed etiam ad hoc poteſt reſpondeṙi,[c] quòd continuatio intelligitur, conſiderato eo, quod ſupra principaliter tractatur. Nam in titulis ſupra præcedentibus agitur principaliter de his

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Non alienas. Adde Ro.de Curte deci.xj.in ant.Pet.de Anch.in conſi.lj. conſuetudo.Rocus in c.fi.in v.limit.fol.lj.in paruis verſi.quinto limita, vbi late proſequitur.idem Cardi.Flor.in cle.ſi vna q.viij.in fi.de reb.eccl.non alie.

b ¶Syl.Ald. Ordinariam. Adde Dec.in c.cum in cunctis.§.inferiora.nu.13.de elec.

c ¶Syl.Ald. Reſponderi.Idem in rubri.ff.de off.eius in prin.

de his, qui gerunt vices alienas in diuinis officijs, & in iurisdictione voluntaria, quia administratio diuinorum videt voluntarie iurisdictionis, & isto respectu continuatio Doctorũ bene procedit, & ad supra dicta immediate adaptatur. Non enim in titulo praecedenti tractatur de vicario episcopi, qui ordinariam, & contentiosam habet iurisdictionẽ, sed de vicario in diuinis, vt patet fere per totũ illũ titulum, & licet ẽt aliquid tractetur de iurisdictione contentiosa in d.c. ad hoc. & in d.c. sua, inspicit quod principaliter tractatur, ar. l. quærit. de sta. hom. & in l. si quis nec causam. ff. si cer. pe.

a ¶Expedita breuiter cõtinuatione, quærit de ordine tituli,[a] quare iste ti. de off. deleg. ponatur ante titulũ de off. ord. & respondetur, fm Io. An. in j. q. quem Ant. de But. sequitur, ꝙ in isto tit. principaliter tractat de off. deleg. à principe,† qui dicitur dignior ordinario, quia repræsentat principem. in c. sane, el. ij. j. eo. Et iste ordo non seruatur in libris Digestorũ. quia ibi principaliter tractat de delegatis ab ordinario. ideo ille tit. ponitur post titulũ de officio ord. & ita dñt Paul. de Ca. & Alex. in rub. de off. eius. Et ex pdicta ratione notandum est, ꝙ delegatus à principe est maior[b] ordinario d.c. sane. And. Sic. hic tenet contrarium, & mouetur principaliter duabus rationibus, quas posteriores secuti sunt, reputantes illas efficaces. Prima est, quia illa videtur dignior iurisdictio, quæ capacior est. vt per glo. xxj. dist. c. in nouo. ergo videtur iurisdictio ordinarij dignior, quia latior est. Sed respondetur ꝙ arg. haberet locum, data paritate terminorum. videlicet qñ vtraq; iurisdictio ab eodem fonte procederet. secus videt in isto casu, quia delegatus principis habet causam ab ipso principe quem represẽtat d. c. sane. & ratio ista cessat in ordinario. Secũda ratio est, quia si delegatus à principe maior reputatur, quia repræsentat principem, idem pariter videtur in ordinario, qui creatur à lege. quia princi-pes, & lex. ipsa. æquiparant. §. fi. in auc. de cõsulib. col. iiij. Sed huic rationi etiam respondetur, & dico ꝙ talis æquiparatio in isto casu procedit, quia licet ordinarius habeat à lege iurisdictionem, non tñ repræsentat ipsam legẽ eo modo, sicut facit delegatus. Hoc patet, quia à † delegato principis ad ipsum delegantem appellatur l. j. ff. si quis, & à quo l. pcipimus. C. de appellat. nõ sic tñ in ordinario, quia ab ipso non appellat ad superiorem, qui illũ constituit, vt declarat Ang. Aret. post Cumanum in d. l. j. ff. quis, & à quo, & dixi in rubrica de appell. in fine. Bene fatent oẽs † ꝙ iurisdictio ordinarij sit fortior, quàm delegati, ẽt à principe,[c] vt not. Arch. in c. si episcopus. ij. q. in vj. fi. Bal. in l. si vt proponis, la. j. col. ij. C. qũo, & qñ iudex. & late tradit Alex. in rub. ff. de officio eius. vbi finaliter concludit ꝙ ordinarius iudex firmiorẽ habeat iurisdictionẽ. delegatus autem à principe dignior esse dicatur. & in ista cõclusione Modern. omnes residere videntur. ¶Vlterius tamẽ aduertendũ est, nam ꝙ nullo modo delegatus principis dicatur dignior ordinario, arguit, quia in illa causa speciali in qua repræsentat Papã, non cadit comparatio, & si respectu illius causæ delegatus maior dicit d.c. sane. prout Doctor. dicunt, erit etiam maior legato de latere, qui in illa speciali causa nullam habet ptãtem c. studuisti. de off. deleg. Et concludendum est ꝙ delegatus à principe non dicatur maior ordinario solum respectu illius causæ, quia hoc indubitatum est. sed dicit maior absolute propter repræsentationẽ summi Pontificis, quæ in ordinario non reperit. Et per hoc respondet ad illud, quod And. Sic. hic dicit, ꝙ delegatus est maior fm quid, videlicet respectu illius causæ sibi cõmisse, & non absolute, quia dico ꝙ maior videt absolute, propter illã repræsentationẽ, quæ in ordinario non reperitur, vt dictũ est. Et ex prædictis defensata remanet cõis rõ doctorũ, ꝙ iste titulus rõne maioris dignitatis præponatur. Sed finaliter alijs rõnibus prædicta ratio non satisfacit. Prima, quia attenta tali rõne, debuisset prius ponere titulum de officio legati cum legatus presertim de latere, longe maior sit delegato in vna causa speciali. Et ratio ista concludit. Secunda, q. a. s. dicit de officio vicarij, & clarum videt ꝙ vicarius non sit dignior suo principali. ar. l. quod per manus. ff. de iure cod. ideo non videt Papa hic habuisse respectum ad maiorem dignitatem. Vnde cõcludendũ videt ꝙ ista ex arbitrio summi Pontif. procedũt. de quibus ratio reddi nõ põt l. non possunt. ff. de leg. Non omitto tamẽ nonnullos esse, qui dñt ꝙ si bene consideratur ordo istius compilationis, in effectu non differt ab ordine Digestorum, quia sicut hic post istum ti. ponitur de of. ord. ita videt in lib. Digestorũ, quia post tit. de off. eius, cui mand. est iurisdic. ponitur de off. ord. generaliter, videlicet de iurisd. om. iud. Et sic añ istũ tit. ponunt aliqui tituli speciales, in quibus agit de ordinarijs in specie, ita in libris Digestorũ obseruatũ fuit. & istã cõsiderationem habuit do. Bulg. Sen. tpe meo dum legeret Pisis anno Mcccclxxij. cũ qua Moderni concurrunt in rub. ff. de off. eius. Sed non placet,[d] quia talis ordo non videt bene adequari. quia in tit. de iurisd. om. iu. non dicit præcise de officio ordin. sed vniuersaliter de omnibus iudicibus. ergo ẽt de delegatis, & hoc no. p gl. in rub. ff. de of. eius. Et quia in libris Digestorum ante ti. de off. deleg. ponuntur ordinarij in specie, non sic videt hic. vbi post istum tit. qui dicit de off. delegati, ponitur titulus. de off. legati, qui ordinarius est cap. ij. de off. leg. in vj. ¶Et quia tit. qui hic præcedunt nõ tractant de iudicib. ordinarijs, qui principalem habẽt iurisdictionẽ, & eorum officium principaliter in alijs cõsistit, videlicet in diuinis. venio ad secundũ, in quo principaliter qrit de off. & potest. Et † primo de officio. Est enim officiũ nomẽ generale ad omne ministerium,[e] vt no. per gl. per illum text. in l. legatis. §. si ex officio. de leg. iij. etymologia vocabuli hoc indicat, quia dicit ab efficiẽdo. vt not. abb. post Cald. in c. post cessionem. in pen. notabili. de prob.† & ibi etiã ipse dicit ꝙ est nomen generale. Ideo ẽt coquus[f] dicit habere officiũ. clem. ad nostrum. §. j. de cens. facit text. in l. si quid venditur. §. fi. ff. de edil. edic. no. Io. de An. in c. j. de sagittarijs. Similiter tabernarius, & macellator dñr habere officiũ, cle. j. de vita, & honest. clem. in prin. Et custos arcis, vel portarũ dicit habere officiũ, vt not. Pet. de Anch. c. j. in fi. de consuet. in vj. And. Sic. hic per tex. cum glo. in l. ne quis. C. de dignitatib. li. xij. Et procurator similiter dicit habere officiũ. vt no. Dom. per illum tex. in c. si quem, de proc. in vj. cum simi. vt tradunt And. Sic. & Mod. hic. Alexan. in l. j. ff. de iurisd. om. iud. Io. de An. in d.c. j. col. j. de sagitt. & idem And. Sic. in consi. lviij. colum. v. lib. j. & late Franc. Pauinus in tract. de sede vacante in verbo offic. Pet. Philippus de Corneo in consi. lxxvj. pñs cõsultatio, colum. fi. lib. iij. & de consiliario not. Bald. in consi. vlt. in iiij. lib. ¶Sed dictis omnium in locis præællegatis addo duas notabiles quæstiones. † Prima est ad declarationẽ rubricæ, in qua dr̃ de off. deleg. quæro, cum delegatus Papæ dicatur officialis Papæ, gratia exempli, habet in extrauaganti Io. xxij. incip. cum Mattheus & Eugenij iiij. incip. diuina, ꝙ ordinarij iudices non pñt procedere cõtra officiales Papæ, an ergo delegatus[g] Papæ debeat gaudere tali priuilegio. Et aliãs consultum fuit ꝙ nõ, quia licet habeat à Papa cõmissionem, nõ tñ dicit officialis Papæ, quia nõ agitur de re spectante ad Papam, qñ causa inter partes cõmittitur, & ita vsus interpretatus est. vt no. dicidit. Lapus de Castilione in consi. incip. factum super quo consilium petitur col. ij. vers. ad secundum, & illud consi. approbatum, & subscriptum fuit à pluribus Doct. inter quos fuit Cy. de Pist. & Ioan. de Lig. & hoc consilium impressum reperitur post cõsiliũ Old. & in d. cõsilio declarat qñ quis dicat esse officialis alienus, de quo no. Ant. de But. in cõs. lxxiiij. visis statutis. col. ij. & facit quod dicam in seq. q. ¶† Secũda qõ est. Statutũ facit mentionem de officialibus cõis Florẽtiæ. an ptãs Pistorij, qui gerit magistratum pro cõi Florentię ibi dñante, dicatur officialis cõmunis Florentiæ. Et fuit aliãs consultũ. & iudicatum, ꝙ non, vt no. tradit Nellus de S. Gemin. in tract. bannit. in ij. par. secũdi tpis in lxvj. q. vbi ad hoc allegat tex. in l. voluit. ff. de interrog. actio. §. j. vbi preses prouincie non dicit magistratus populi Rom. vt colligit ibi magistratus populi Rom. vel præsidis prouinciarũ. Ad idẽ allego text. in l. iij. in fi. ff. quod metus caus. ibi, pop. Rom. magistratus vel prouinciæ præses. Et quis dicatur officialis cõis,[h] not. Pet. de Anch. in cõsi. cccxlij.

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Tituli. Idem in rub. ff. eo. col. j.

b ¶Syl. Ald. Maior. Hic dicit ꝙ delegatus Papæ est maior episcopo Alex. cõsi. lxxix. circa primum. col. iij. ver. quis igitur. li. j. & delegatus episcopi maior vicario episcopi in illa causa Rom. fin. 458. tu habes titulũ Gu. Papæ q. 278. iudex delegatus & inter delegatos ille dicitur maior qui est delegatus maioris iudicis vel prin. vt tradit Soz. in consi. lxxviij. serenissimus, col. xij. vers. prima difficultas. lib. iij.

c ¶Syl. Ald. Principe. Idem Dec. in c. ad hæc. el. j. colum. ij. de appell. Alex. in l. à diuo Pio. col. vij. ff. de re iu. effectus colliguut Alex. & Rimin. in d. rub. ff. eod. col. ij. vbi Purp. col. vij. vers. iij. conclusio.

d ¶Syl. Ald. Non placet. Hanc eandem obiectionem tollit plurib. modis. Purp. in rub. ff. eo. col. v. ver. ij. modo ad difficultatem.

e ¶Syl. Ald. Ministerium. Adde Fel. in c. post cessionẽ. in ij. not. de proba. An. Sic in consil. lvij. præclare. col. iij. li. j. Corn. consil. lxxvj. præsens consultatio. vers. vlt. lib. iij. & adde hoc dictis ꝙ officialis appellatione venit etiam coadiutor Dec. in c. iij. colum. fi. de proba.

f ¶Hier. Gigas. Coquus. Adde ꝙ coquus esse est ars. ita notabiliter voluit Rom. in sing. suo. lxvj. quod incip. nunquid esse coquus. allegat tex. in l. si qs venditor, in fi. ff. de edil. ed. & refert Bal. dicere ꝙ coquus Imperatoris habet dignitatem.

g ¶Delegatus. Quis autem proprie dicatur delegatus, Vide Ant. supra de rescript. c. quoniam.

h ¶Syl. Ald. Cõmunis. Et an episcopus, vel eius vicarius dicantur officiales cõis, vel cõitatis, dic ꝙ sic. vt Dec. in c. ecclesia S. Mariæ. de constit. nu. 42. in c. significasti. col. iii. j. eo. & in c. sane. col. fi. eo. ti. in princ. & tex. in l. voluit. ff. de interro. actio. ponderauit ad hanc cõclusionem Fran. de Albergo. ibi. ad idem ponderauit tex. in d. l. iij. §. cæterum, ante Decium clarissimus doctor, & aduocatus Florentinus. do. Anton. Malegonella, & hoc idem in notarii opere, & eius officialibus, fuit cõsultum Florentiæ per celebratissimos aduocatos Florentinos d. Otonem de Nicolinis d. Benedictum Accoltum, Petrum de Esio, Bernardum Bonhyeronymum. Guliel. de Tumaglis. & ego aliãs idem consului. & scripsi super statuto Florentino sub rub. xxviij. de productione actorum in fi. vbi vide quia multa dixi.

consil.cccxlij.viso themate.& in notabili casu Ange.tradit in consi.ccxxix.præmitto ad euidentiam.& dixi in consi.xl.& not.Bal.in
11 consi.vlt.lib.iij.s.allegato.¶† Secundo quod de potestate dicitur, hoc verbũ pluribus modis accipitur l.potestatis verbo.ff.de verb. sig.& per gl in §.rursus.in verbo,potestate. instit.de actio.& quod no.Bal.per illum text.in auctẽn.præsbyteros in prin.C.de epis.& cleri.cũ sim.vt late scribit Paulinus in tracta.de sede vacan.in iiij. prẽmisso.Sed quantum ad propositum,hec potestas,& officium, pro eodem accipiuntur.vt primo Io.And.hic dicit. & ad hoc facit text.in c.ij.j.de bigamis.ibi, ordinatores eorum potestate , & offi. & hoc consonat,quia in alijs titu.dicitur de offi.simpliciter.Vel secundo Io.An.dicit quòd officium respicit illud , quod delegatur, potestas vero concernit illud,quod potest delegatus.Sed ista differentia non sapit, quia æqualiter omnia verba ad ipsum delegatum referuntur.vnde prima expositio magis placet.Vel tertio dicamus quòd officium respicit actum & exercitium.potestas vero respicit habitum,& potentiam, vt in simili dicit Petr.de Anch.de offi.& iurisdi.in regula , ea quæ in iiij.char.ver.item præmittendũ est, de reg.iur.in vj.Et hoc in effectu Bal.dicit hic, col.penul.dum inquit quòd officium respicit actum.& potestas, secundum eum dicitur quoddam abstractum , sicut albedo . sed officium dicitur quoddam concretum,sicut album.¶Tertio principaliter,& vltimo,quia in rubrica dicitur,iudicis delegati,quæritur quis dicatur
12 esse iudex delegatus.† Et prius præmittendum est, quòd delega-
13 re , est vice sua alium dare l.delegare.ff.de nouationib.† Et extra propositum nostrum, hic delegatio dicitur proprie, quando illud,quod mihi debes,de mandato meo promittis creditori meo. vt not.Pau.de Ca in l.si vsufru.ff.de nouatio.Bal.in l.ij.C.de exec. rei iud.Azo.in summa.C.de nouatio. Alexand.in l.qui vsumfructum.ff.de verbo.obliga.& hoc modo accipitur in titu.ff.& C.de nouatio.Sed quantũ ad propositum,hic delegatio dicitur,quan-
14 do quis habet potestatem iudicandi,† & alteri illam committit l. præcipimus.C.de appell.& secundum Gof.iudex delegatus est, cui à Papa,vel legato eius, causa cognoscenda , & dicenda committitur. Ista diffinitio non videtur generalis, quia etiam delegatus reperitur à lege, vt probatur in c.irrefragabili.§.cæterum.j.de offi.ordi.& talis delegatus in diffinitione Gof.comprehensus nõ videtur. Sed responderi potest quòd non est opus in diffinitione exprimere personam,quæ causam committit, vt patet in diffinitione Hostien.de qua statim dicam . Vnde illa expressio facta per Gof.videtur facta gratia exempli, quæ quidem exempla non restringunt regulam c.j.j.ne cle.vel mona.§.hactenus.institu.de gradi.Secundo responderi potest, quòd etiam talis delegatus satis comprehenditur in eo quod dicitur de Papa, qui est lex animata in terris.Alia tamen ratione diffinitio Gof.non videtur bene procedere,dum dicitur copulatiue,cognoscenda,& decidenda,quia etiam ex sola cognitione delegatus.dicitur c.si delegatus. in fi.de officio dele.in vj.Vnde secundo Hostien.dicebat quòd delegatus est is , cui causa decidenda , seu exequenda committitur, vices al-
15 terius repræsentans, proprium nihil habens.Et † dum dicitur de causa exequenda , videtur quòd executor dicatur delegatus . &
a hoc[a] verum videtur quando sit datus cũ clausula , vocatis vocandis,quia tunc assumit partes iudicis, vt notat Abbas in c.exhibita.j.de iudi.Rota.in [illegible].decisio.de rescriptis in nouis . Card.consi.lxiij.dico.in princ.cum similibus . Secundo quod Hostien.dicit de causa.idem est si principium , vel finis causæ committatur. vt no.Alexan.in rub.ff.de offic.eius. colum.iij.Et sic diffinitio non videtur perfecta . quia appellatione causæ articulus non comprehenditur,vt glo.in c.statutum in princ.in verbo, causæ.de rescrip.
b in vj.Sed tamen dici potest[b] quòd etiam,saltem largo modo, articulus causæ,causa dici potest,sicut pars fundi,etiam fundus appellatur l.quod in rerum.§.sicut potest . de legatis primo . Tertio dum dicitur, vices alterius repræsentans , videtur sentire Host.
c quòd delegatus , & vice gerens[c] idem sit, & hoc potest esse verum largo modo . sed proprie distinguuntur, quia delegatus est
16 ille, cui iudex ipse committit.† vicegerens[d] vero dicitur ille, cui
d superior committit propter impedimentum principalis officialis, & iste dicitur habere ordinariam iurisdictionem , vt not.Bart. in l.ij.C.de offi.eius , & in l.j.§.hi , quibus . de leg.iij.Bald.hic col. pen.ver.sed quæro. Paul.de Ca.in l.ij.de offi.eius.Et licet Alexan. aliter dicat in rub.ff.de offi.eius . colum.iiij.allegata per eum habent locum capiendo viceregentem largo modo . Et iste vicere gens etiam appellatur subrogatus , vt per Bald.hic in loco præal-
17 legato . ¶† Reperitur etiam suffectus, qui dicitur substitutus in locum defuncti ante tempus officij c.quidam ibi.Archidiaconus. in verbo suffecti.ij.dist.& notat Gof.in summa de offi.vica.j princ. Alber.in l.ij.C.de offi.eius,qui vicẽ alterius gerit. vbi allegat text. in l.ij.col.pe.in §.post hunc. in fi.ff.de orig.iur.Reperit ẽt vicarius,
18 † qui dicit ille, qui vicem alterius gerit siue in officio voluntario, siue contentioso.vt per Goff.in summa de offi.vica.in princ.

ADDITIONES.

a ¶Ald. Et hoc.Vide Fely.in c.dudum.col vj.de præsump.& an & quo iudex delegatus dicatur ipse executor, Dec.in c.sciscitatus.col.j.de rescr.vbi quid in statuto.
b ¶Ald. Dici potest.Hoc nõ placet, quia post causam inesse deductã, causa vnũ quid dicit,quod mutari non põt. secus in fundo qui cõstituit ex destinatione patrisfa.
c ¶Hier.Gig. Vicegerens. Nunquid aũt vicegerẽs habeat omnẽ potestatẽ quã habet is,quiẽu cõstituit, vide p Rom.in no.suis sing.ccclxviij.incip.Bar.in l.filius.& p Fel.in c.cũ olim.el.ij.in prin.hoc eo.tit.& p Dec.j.in c.fane. in prin.hoc eo.tit.
d ¶Vicegerens . Dec.in c.dilecti.ij.in fi.j.de appel.Ang.Aret.insti.de excep.in rub.

SVMMARIVM.

1 *Consultor interrogatus quid faciendum sit , vel quid iuris , debet respondere super accessorijs.*
2 *Consultor interrogatus quid iuris,nisi super omnibus reddat consilium,non videtur consilium reddidisse.*
3 *Potestatis appellatione tam in masculino q̃ in fœminino genere quid veniat.*
4 *Potestas in magistratu accipitur pro mero imperio.*
5 *Clausula,iustitiam fieri,importat vt fiat quod iuris est, & ꝙ vnicuiq; tribuatur quod suum est , & iuris ordo seruetur nu.6.& comprehendit non solum cognitionem, sed decisionem . nu.7.& apposita in libello facit vt possint attendi narrata.nu.9.*
8 *Conclusio attenditur in libello non ratio.*
10 *Minæ,& terrores differunt,& quomodo.*
11 *Metus etiam verborum excusat.*
12 *Metum iustum inducit vultus terribilis potentis.*
13 *Metus consideratur antequam quis lædatur.*
14 *Minæ vt faciant iustum metum , consideranda est qualitas minantis , item & qualitas personæ cui inferuntur nu. 15.*
16 *Metus minor in muliere sufficit quàm in masculo.*
17 *Agentes,& consentientes pari pœna puniuntur.*
18 *Scriptura sacra quomodo ad decisionem causarum allegari possit.*
19 *Iudex delegatus potest iurisdictionem suam exercere , non solum contra partes , sed contra alios quoscunq;.*
20 *Clausula , contradictores ecclesiastica censura compescendo , quid operetur in rescriptis.*
21 *Iudex delegatus potest non solum vti censura ecclesiastica , sed etiam aliam pœnam ponere.*
22 *Eximens citatum coram delegato an incidat in edictum.ff.ne quis eum.*
23 *Pœna priuationis non habet locum,nisi in casibus à iure expressis.*
24 *Pœna duplici quis affici non debet.*
25 *L.i.ff.de alie.mu.iudi.cau fac.quibus casibus habeat locum.*
26 *Pœnis spiritualibus etiam pluribus quis affici potest.*
27 *Obuiare delicto de iure ciuili quis non tenetur.*
28 *Defendere quis licitè potest alium accepta pecunia.*
29 *L.metum.§.sed licet.ff.quod met.cau.qualiter. & in quibus casibus procedat.*
30 *Periculo quis se subijcere non tenetur.*
31 *Benefacere alteri quis non compellitur , quod declara vt ibi.*
32 *Reuelare non teneor si scio quod aliquis vult occidere aliũ,quod limita.vt ibi.*
33 *L.vtrum.ff.de parrici.qualiter intelligatur.*
34 *Particeps delicti quibus modis quis dicatur.*
35 *Reuelare quis tenetur tractatum contra principem , vel rempub.quod declara vt ibi.*
36 *L.quisquis.C.ad l.Iul.maie.habet locum in rebus.*
37 *Pater nõ tenetur reuelare filiũ, qui etiam incidisset in crimen læsæ maiestatis.*
38 *Obuiare delicto tenetur quis de iure canonico , & quomodo hoc procedat , & in quo foro.*
39 *Ius canonicum quomodo differat à foro conscientiæ.*
40 *Lex interpretans intelligitur secundum interpretatam.*
41 *Forus scientiæ solam veritatem attendit.*
42 *Defendere quis potest alium ne offendatur.*
43 *Consulens aliàs non facturo,pari pœna punitur , aliàs mitius.*
44 *Intellectus.§.ope insti.de oblig.quæ ex delict. nascuntur.*
45 *Consulens in atrocioribus indistinctè pari pœna punitur.*
46 *Consilium duplex est.*
47 *Consulens punitur extraordinaria pœna arbitrio iudi.& quando.*
48 *Consilium in dubio interpretari debet quod bonum sit , & quod consulens non teneatur .*
49 *Consilium debet præcedere delictum. vt quis obligetur ex eo.item quod delictum secutum sit.nu.50.*
51 *Consilium in ipso actu præstari debet.*
52 *Consilium de per se est titulus criminis. & indistinctè punitur,etiam facto non secuto .*
53 *Interdicto vnde vi, non tenetur quis ex consilio.*
54 *Spoliare satis dicitur,qui consilium præstat.*
55 *Consilij tunc tenetur quis quando eius nomine delictum commissum est.*
56 *Consulens propter diuersam qualitatem facientis minori pœna punitur.*
57 *Consulens non punitur quando faciens absolutus esset.*
58 *Consulens non tenetur si reuocauit consilium.*
59 *Statutum de faciente, non habet locum in consulente vel mandante.*
60 *Consulens in dubio an teneatur.*
61 *Consilium præstare quando quis dicatur.*
62 *Socius criminis dicitur quando cooperatur,& pari pœna punitur.*

63 Auxilium

63 *Auxilium præstans quando pari pœna puniatur.*
64 *Auxilij quis non tenetur, si non constat commissum fuisse maleficium.*
65 *Auxilium præstans non comprehenditur in statuto cuius verba scripta sunt in personam.*
66 *Auxilium præstitum post delictum non punitur eadem pœna.*
67 *Hæresis crimine tenetur præstans auxilium, etiam post factum.*
68 *Fauoris appellatione comprehenditur etiam fauor post actum.*
69 *Multitudo auxiliantium, & delinquentium facit pœnam remitti.*
70 *Qualitas quando variat delictum, an auxiliator teneatur eadem pœna.*
71 *Crimine læsæ maiestatis tenetur non subditus opem præstans subdito.*
72 *Auxilij non tenetur quis, nisi id scienter faciat.*
73 *Qualitas superueniens post delictum præter intentionem delinquentis facit auxiliantem non teneri.*
74 *Qualitas quæ facit minui pœnam in principali, an faciat minui in auxiliante.*
75 *Vindictā licet quis ex statuto possit impunè facere, tamen opem ferēs punitur.*
76 *Opem ferre an dicatur associans.*
77 *Consensum præstans per modum auctoritatis plus peccat.*
78 *Lenocinium quare dicatur maius delictum adulterio.*
79 *Delictum maius est delinquere in alium quàm in seipsum.*
80 *Vsuras exigere peccatum non esse, asserens, magis peccat quam vsurarius.*
81 *Hæreticus dicitur asserens fornicationem non esse peccatum, item non esse peccatum ducere duas vxores.* 82.
83 *Delegatus potest exercere suam iurisdictionem in quoscunque impedientes suam iurisdictionem.*
84 *Inquisitores procedunt contra dominum temporalem impedientem familiam suam defere arma.*
85 *Delegatus punit nuncium falsum referentem coram eo.*
86 *Delegatus non habet potestatem in collegam. quod limita nu. 89.*
87 *Par in parem non habet imperium.*
88 *Procurator non exigit ab alio procuratore.*
90 *Delegatus non potest punire testes coram eo falsum deponentes.*
91 *Delegatus quam pœnam imponat contra turbantes.*
92 *Clausula, districtione ecclesiastica, quomodo intelligatur.*
93 *Delegatus etiam extraordinariam pœnam imponit.*
94 *Delegatus an priuet impedientem beneficijs.*
95 *Delegatus non potest confiscare bona.*
96 *Confiscare non potest bona habens generale arbitrium.*
97 *Delegatus vt possit districtionem ecclesiasticam exercere, debet constare de delicto turbationis manifestè.*
98 *Euidens probatio dicitur ex coniecturis.*
99 *Coniecturæ in quibus casibus habeant vim probationis.*
71 q̄one, tenet Ioan.Fab.in §.alia.insti.de pub.iud. † vbi inquit q̄ non subditus nō ɔmittit crimen lęse maiestatis.& hoc no.per gl.in cle. pasto.de re iniur.no.Bald. in l. nihil.C.de manumissis.in l.ij.C.de falsa moneta.Et tamen si præstat opem subdito, tenetur criminę læse maie.& ibi Io.Fab.ēt aliam similē quæstionē ponit.Et eadem ratione, qn̄ qualitas est in faciente rōne loci, vel temporis, tunc p̄stans opem eadē pęna punit̄.vt no.Bar.in d.l.is, qui opere.circa fi. Ant.de But.hic Ang.in d.l.j. C.de nili agge. Et ratio manifesta vr̄, quia præstans opem est causa illius delicti.secundum supradicta. merito ipse tenetur s̄m qualitatem delicti. Et ista conclusio limitatur primo procedere, qn̄ illa qualitas, quæ reperitur in faciente respicit delictum.ita q̄ delictum grauius reddatur, d. l. vtrum. secus si delictum nō sit grauius.sed faciens magis punitur.quare illi minor reuerentia debetur quā præstanti opem. quia tunc ille, q. opem præstat minus punitur. Gratia exempli.Si decurio prçstat, opem plebeio, nō vr̄ q̄ eadem pœna decurio teneatur, cui maior reuerentia debet̄. l.moris.§.iste.ff.de pe.facit tex.in l. j. in princip. iuncta.l.iij.§.fi.ff.de sica.ita Are.notabiliter dicit in d.l.si stipulatus la.ij.vbi hoc modo respondet ad ea, quæ no. Bald. in l.non eo minus.col.iiij.C.de accusa.& pro dicto Arc. est dictum Bald. in l. j.in

72 iiij. no. C. de rap. virgi. ¶ † Secundo limitatur quando prçstans opem sciebat qualitatem inesse in persona principalis delinquentis,

ADDITIONES.

a ¶Ald. Punitur. Est tn̄ necesse q̄ ad hoc principaliter sint adunati.l. iij. §. hoīes. ff. vi.bo.rap.aliàs.n.non puniunt̄, nisi de eo qđ fecerunt.Pe.de Anch.in consi.cxvij. nos Bar.Hippol.in prac.§.cōstante.nu.45.in cōs.lxvij. nu.44.in conſ. lxix. nu.7. conſ.34 nu.7.conſ.67.nu.44.cōs.lxxxj.nu.32.conſ.cx. nu. 26.conſ.cxxij.nu. 21.

b ¶H.G. Puniatur. Istud idem q̄ præstans auxiliū puniatur pari pęna, limita, vno modo hic non tanto per Decı. vt non procedat in eo qui à principio non fuit in animo præstandi fauorem & auxiliū.Ita elicitur ex dictis.Bar.in in l. si in rixa. in prin.in versi.sed contra hoc facit.ff. ad leg.Corn.de Sicar.& ad hoc facit dictum Bal.in l.data opera.in vlt. col. in versi. sed pone Titius rixabatur, vbi voluit q̄ si duobus rixantib. adinuicem venit frater vnius, & rixantē cum fratre occiderit, q̄ frater non tenet̄. q̄a eius intētio non fuit auxiliū ferre, & dare fratri occisori.

c ¶Aln. Delicto. Adde Hippol.Marsi.in consi.xliiij. nume.17.in consi. xliij. nume. 46. & in prac. malefi. §, constante. in j. limi. nume. 49. versicu. & primo dicit.

d ¶Syl.Ald. Auxilio. Adde Hippol.consi.xxiiij.nu.23.

e ¶Scripta. Imo idem facit Ant.Corset.in singul.in ver.extensio.

f ¶Syl.Ald. Receditur. Adde Hippol.in d.§.constante.in vij.limita. Fely. in c.sicut dignum de homi.

g ¶Syl.Ald. Punitur. Idem tradit Fely.in d.c.sicut dignū.Hippol.in d.§. constante in iiij. limita.nem.54.

h ¶H.G. Litationes. Nota. q̄ licet regula suspra facta de prçstante auxiliū q̄ puniat̄. fallit.qn̄ principalis fuit absolutus. tn̄ secus est in præstante uxiliū. q̄a licet principalis cōmittens delictū absoluatur, p̄stans opē puniri poterit.ita voluit Bar. in l.adulterium.§.si eo temeore.ff.ad leg.Iul.de adulte.& idem Bart. in l. pe.§.si q̄s vltro.in ver.tertio not.ad quęstionē. ff. de quō.& ista conclusio probatur not. p̄ tex.in l.eos.iuncta glo.C.de furt.& vide Bar.in l.fi.in fin.ff.de iureiur.& Alex.in in apostil.ad Bar.in l.si is cui.§. j. ff. de furt. & per Dyn. in consi.incip.sed pone reum absolutum.nec econtra sententia lata contra principalem nocet auxiliāti vt per Bal.in l.iuris.in fi.C.quibus res iudica.non no.

tis, propter quã pœna augetur, vt not. Ang. in d.l.j.col.ij.C.de nili agge. per d.l. vtrum, ibi, conscij & participes. secus ergo si ignorabat. Sed contrariũ in hoc tenet Io. An. in loco. s. allegato, vbi inquit ꝙ pstans opem frangenti pacẽ, teneť, licet ignorauerit pacẽ ruptã. Et ita illum referũt Imol. & Are. in d.l. si stipulatus. & cõtra Ang. ẽt tenet And. sic. hic, q̃a dans operã rei illicite, teneť ẽt vltra intentionẽ, vt no. Bar. in l. diuus. ff. de sica. facit tex. in c. fi. de homi. in. vj. cum si. vt per Mod. hic. Sed dictũ Ang. verius[a] videť. & bene facit quod idẽ Ang. scribit in. §. fi. in auc. de eccle. ti. vbi instruit formantem inquisitionẽ cõtra auxiliantem, vt dicať ꝙ præstitit auxilium, & fauorem scienter. facit quod not. Roma. consil. xxvij. præmissa. in princ. & quod not. Bal. in l. quicunq;. col. pe. ver. vj. no. C. de ser. fugi. Non obst. ꝙ dans operam rei illicite tenetur vltra intentionẽ d.c. fin. de homi. in vj. quia respondetur ꝙ illud habet locum, qñ delictum quod cõmittitur, erat ordinatũ, ad illud quod sequitur, prout loquitur tex. in d.c. fi. alias secus, prout in casu nostro videť, quia præstans opem nõ potuit cogitare de pace rupta. & ita illum tex. in d.c. fi. declarat Bart. in d.l. diuus. in fi. & Bal. in l. cum mandati. C. manda. Alex. in cõsi. cxl. videť in casu proposito.

73 col. iij. lib. ij. ¶† Tertio limitatur, quando illa qualitas aderat tempore delicti. secus est si superuenit post delictum præter intentionem delinquentis, quia tunc opem præstans non tenetur, vt no. Bar. in d.l. is qui opem, per illum tex. vbi opem præstans solum tenetur furti nõ manifesti, licet principaliter deprehendatur in furto manifesto. & ideo si pœna augetur in principali propter contumaciam non obligatur opem præstans, s̃m Bart. ibi, & Ant. de But. & Imo. hic. Idẽ not. Bart. in l. libertis. §. posthumus. ff. de ali. & cib. le.

74 ¶† In secundo casu principali, qñ pœna minuitur propter qualitatem principalis. Bart. concludit in l. qui seruo. §. item placuit. ff. de fur. ꝙ non minuatur pœna eius, qui opem præstat, quia ipse s̃m naturam delicti punitur. Vnde infert ꝙ si nobilis præstitit opẽ populari, qui minus punitur, nobilis s̃m suã qualitatem puniendus est. & sic plus, quã principalis, per illũ tex. & in l. si quis id quod. circa fin. ff. de iuris. om. iud. & tenet Bald. per illum tex. in l.j. in iiij. not. in fi. C. de rap. vir. & ibi etiã Saly. in pe. col. ver. quid ecõtra. Ang. in d.l.j. col. ij. ver. item deficit.

75 † Et ideo si ex forma statuti offensus potest facere vindictam impune, tñ opem ferens debet puniri, vt no. Ang. cõs.[b] clxxij. prout Are. refert. in d.l. si stipulatus. Et ista cõclusio ꝓcedit qñ illud, quod fit à principali delinquẽte, est delictũ, licet impunibile sit in ꝑsona principalis. Secus si esset delictũ, quia tũc opẽ pstans nõ teneť, vt not. Bar. in l. si is, qui rem. §. si tu Titiũ. ff. de fur. & sequiť Aret. in d.l. stipulatus. quod tñ declarať distinguendo vt per Bal. in d. §. si tu Titiũ. ¶ Secũdo limitať quod dictũ est de vindicta, in eo, qui apponeret manũ, q̃a nõ licet ex quo vindicta solum offenso personaliter cõcediť. Secus si quis associaret simpl̃r offendente, q̃a nõ debet puniri, cũ hoc accessoriũ sit ad actũ ꝑmissum, ar. l. Gracchus. C. de adul. ita Bal. cõcludit in l. vt vim. col. iij. ver. & ideo si statutũ. ff. de iust. & iur. Aret. in d.l. si

76 stipulatus. vr̃ hoc reprobare, † q̃a ex quo associare aliquẽ, est ferre opẽ, ꝙ teneret s̃m eius qualitatem, vt in præmissa conclusione dictũ est. Et hoc cõfirmať. q̃a attenta rõne Bal. de actu accessorio sequereť ꝙ semper opẽ pstãs esset liber ex ꝑsona principalis, qui nõ teneť. dictũ tñ Bal. saluari põt, qñ vindicta esset permissa oĩo, ita ꝙ nõ reputareť delictũ, prout ipse loqui vr̃. nã tali casu pstans opẽ nõ teneť, vt in ꝓcedenti limitatione dictũ est. ¶ Postremo cõsiderandũ est, quia s̃m supradicta infertur, ꝙ opem pstans semꝑ teneatur ad grauiorem pœnã, attẽta qualitate facientis, vel propria. Vnde vr̃ dicẽdũ ꝙ pstans opẽ, puniatur s̃m qualitatẽ principalis, quia ipse est cã huius delicti, quod propter illã qualitatẽ augeť, per supradicta. Et pari rõne vr̃ ꝙ si ꝑꝑ qualitatẽ principalis delictũ in se minuať, opẽ pstans debet minus puniri, quia si qualitas principalis inspiciť, vt pœna augeať. ergo ẽt eius qualitas attẽdi debet, vt pœna minuať, quia idẽ operať propositũ in ꝓposito, quod operať oppositũ in opposito l. fi. §. fi. ff. de le. iij. l. & si cõtra tabulas. ff. de vulg. & pu. Et hoc verũ est, & ꝓcedit, qñ qualitas respicit delictũ. secus si respicit ꝑsonã,[c] quia tũc ad aliũ nõ porrigitur, vt no. in d.l.j. i quarto no. de rap. virgi. & supradictũ est.

77 ¶† In quarto casu principali abb. cõcludit ꝙ pstans cõsensum per modũ auctoritatis plus peccat, vt glo. hic dicit, & cle. j. in verbo, defensarit de pœnis. & hoc verũ est in cã heresis, & in similibus grauioribus delictis. alias pari pœna debet puniri ꝑ istũ tex. hic. & ita cõcludit abb. post Host. & alios hic. Sed cõtra istã cõclusionẽ facit quia immo vr̃ ꝙ debeat minus puniri ex eo, quod supradictũ est, de pstãte opẽ post factũ, & ita esset in eo, qui simpl̃r defenderet illũ, qui delinquit ne capiať, nisi ageretur de atrociori crimine, quia pari pœna puniri debet l.j. C. de his, q̃ latro. occul. Secus vero qñ quis delinquentẽ defenderet in ipso actu, dicendo ꝙ esset licitũ, & cõmendaret illud, quod esset delictũ. q̃a tunc grauius peccat ꝓpter malũ exẽplũ, vt no. Ang. in d.l.j. in fi. de nili agge non rũpẽ. vbi inquit, ꝙ peccat in duobus. q̃a vr̃ particeps delicti, & q̃a impedit iustitiã, & quia, vt dictũ est, pstat malũ exẽplũ alijs.

78 † Et isto respectu est mai⁹ delictũ lenociniũ, quã adulteriũ, vt ꝑ gl. & Bar. in l. athletas. §. q̃ lenociniũ. ff. de his, qui no. infa.

79 † Et maius delictũ est delinquere in aliũ, q̃ in seipsum. §. cos. in auc. vt iudi. sine quoquo suf. & gl. ibi in verbo, quod magis. Et spãliter in proposito nostro not. Pe. de Anch. in cle. j. §. sane. de vsuris in ij. no. ꝑ illũ text.

80 † vbi dicit ꝙ ille, q̃ asserit nõ esse peccatũ exigere vsuras, plus puniť, quã vsurarius, q̃a hæreticus reputať.[d] Et sic patet ꝙ plus puniť ille, q̃ defendit vsurariũ, q̃ vsurarius.

81 † Et eodẽ mõ induci põt tex. in cle. ad nostrũ. §. vij. de hære. ibi, q̃ dicit fornicationẽ nõ esse peccatũ, hęretic⁹ dr̃, & ita plus puniť. de quo Io. de Ana. in c. quali̇r. el. ij. §. ad corrigendos. col. v. de acc. Et eodẽ mõ de periurio. no. Sal. in l.j. col. fi. C. de summa Tri. Io. de Ana. in c. ꝑterea. col. fi. de hæreti. Et ibidẽ dicit de eo, q̃ dicit nõ esse soluẽdas decimas, & clericos esse expellendos his tẽporibus, q̃a male viuunt.

82 † Et eodẽ mõ de illo, q̃ dicit nõ esse peccatũ duas vxores accipere, nã hæreticus reputať, vt no. Do. in c. accusatus. §. sane. de hære. in fi.

83 ¶† In gl. fi. cõclo est, secũdũ abb. post alios, ꝙ iudex delegatus exercere põt suã iurisdictionẽ in quascunq; personas eius iurisdictio. impediẽtes,[e] Et idẽ abb. in c. significasti. in vlt. no. j. eo. & in c. dilect⁹. circa fi. de pœnis. & no. Spe. in ti. de iudi. dele. §. sequiť. ver. itẽ ad eius officiũ. & Car. in cle. ij. in fi. de hære. vbi ꝑ istũ tex. dicit,

84 † ꝙ inquisitores pñt procedere ꝯ dñm tpalẽ impediẽtẽ familiã suã in delatione armorũ.

85 † Et ꝑꝑ hoc delegatus nunciũ corã eo falsum referẽtẽ punire potest, vt no. Bald. in c. ꝑterea. in fi. j. eo. & in l. ij. de spor. in prin. Et idẽ est in delegato inferioris à principe, vt no. Inno. & Ant. de Bu. hic. col. iiij. q̃ tñ dñt drĩam esse, q̃a delegatus Papę ꝯ oẽs habet ptãtẽ, delegatus vero inferioris solũ ꝯ subditos delegãtis. & idẽ Bal. hic in fi. col. Spe. in d. ver. itẽ ad eius officiũ. & abb. in d.c. significasti. in vlt. no. Sed tñ cõsiderãdũ est, q̃a ꝯ illos, qui impediũt qualescũq; sint, ẽt delegatus inferioris, vr̃ habere potestatẽ, q̃a à lege prorogata vr̃ iurisdictio, rõne delicti, & ꝑꝑ impedimẽtũ, vt dictũ fuit. s. in vlti. no.

86 ¶† Et retẽta ꝑsone supradicta excipiciť ꝑsona collegę ꝯ quam delegatus nõ habet ptãtẽ,[f] vt no. Bar. in l.j. §. is vr̃. in fi. ff. si quis ius dicẽ.

87 † q̃a par in parẽ nõ habet imperiũ l. ille à quo. §. tẽpestiuũ. ff. ad Treb. & ad hoc facit gl. i c. cũ cã. j. eo. text. in c. studeat l. di. & ibi Do. in iiij. no. ꝑ illũ tex. i verbo suadere.

88 † Et similiter est in procuratore, qui nõ exigit ab alio procuratore l. qui duos. ff. de procu.

89 ¶† Et hoc, quod dictũ est de collega, verũ est, nisi dati sint in clausula, ꝙ si ambo nõ possint, alter exequať, vt no. Domi. in c. si cõtra vnũ. col. ij. ver. sed pone. eo. ti. in vj. & ita Mod. sequunť hic. ¶ Sed aduertendũ est, ꝙ illa ratio, ꝙ par in parem nõ habet Imperium, ẽt videť habere locũ, dato ꝙ delegati sint cũ clausula illa, ꝙ si ambo &c. quia alter non vr̃ habere potestatẽ in alterum, prout dictũ est in duobus ꝓcuratoribus, nã licet dati sint insolidũ, vnus tñ nihil põt cõtra alterũ. vt no. Bar. & Pau. de Ca. in d.l. qui duos. nisi dicamus ꝙ qñ est alter impeditus, alter solus remanet, ꝓpter clausulam prædictã. Et ideo si per alterũ impediatur, cõtra illum impedientẽ procedere poterit, quia nõ est collega, vt ꝑ Domi. in d.c. si q̃s cõtra. Sed qñ sunt dati duo delegati simpliciter, vnus nõ põt sine altero c. causam matrimonij. j. eo. & alter nõ habet potestatẽ cõpellẽdi alterũ. Sed qñ alter turbaret alterũ in casu, in quo turbatus solus procedere põt, videť ꝙ ẽt collegã turbantẽ punire possit, quia ex actu turbationis cõsequitur iurisdictionẽ à lege, vt supradictũ est. Et ex ista declaratione in effectu, si bene cõsidereť iste tex. etiã haberet locum cõtra collegã, si solus procedere põt, sed collega facit ꝙ solus procedere nõ possit, & sicut nõ põt cõtra collegã, sic etiã ꝯ alios solus ꝓcedere non poterit, & si ꝯ alios põt, pariter cõtra collegã poterit. Et sic data paritate terminorũ, nõ vr̃ drĩa inter collegã, & alios, licet Doc. oẽs aliter dicant. ¶ Secundo limitatur prædicta cõclusio non haberet locũ in testibus corã eo falsum

ADDITIONES.

a ¶Verius. Et bene, quia huiusmodi ignorantia detrahit grauitati delicti, vide Henri. de Botis in trac. de syno. par. iij. artic. ij. nu. 34. cum seq.

b ¶Ang. consi. Non inuenio illud consilium. sed dictum est verum in statuto. quod tantum pœnam indulget, & remanet delictum, Adde Are. in l. si ita stipuler. perto. ff. de verb. ob. Deci. in consi. cxcj. & in consi. ccccxlix.

c ¶Personã. Idẽ Ang. Are. in tracta. maleficio. in ver. Sempronium mãdatorẽ. in. ij. q.

d ¶Hier. Gig. Reputatur. Asserẽs ꝙ vsura non sit peccatum in plus punitur q̃ vsurarius. hoc tamen intellige sane. qñ quis pertinaciter id assereret. secus si lapsu lingue & iocose. ita dicit not. Card. in cle. j. §. sane. in ver. quinto quæro, de vsur. & an indistincte sit verum. ꝙ hæreticus sit, qui asserit, ꝙ exigere vsuras, non sit peccatum. vide eundem Car. in d. cle. d. §. in ver. decimoquarto quæro.

e ¶Ald. Impedientes. De hac conclusione vide Dec. in c. significasti. in vlt. no. j. eo. ¶Adde ꝙ Gui. Pap. hic limitat ad duos casus. nu. 3. sed nõ est tam stricte limitandũ.

f ¶Syl. Ald. Potestatem. Seq. Ias. ibi in fi. vide tamen ea quæ not. in l. fi. ff. de re. diu. per Bar. in l. qui iurisdictioni. ff. de iuris. om. iu.

90 falſum deponentibus.†quo delegatus punire non poteſt.de quo
91 videbimus poſt Abb.in c.preterea.j. eo.¶† Quā autem pœnam delegatus ꝯ turbantē ſuā iuriſdictonē imponere poſſit text. hic dicit de diſtrictione eccleſiaſtica.Nam hoc primo intelligi poteſt pro cenſura.& pena ſpūali,vt in c.querenti.de ver.ſig. & facit tex, in c.pe.de īmu.eccl.ī vj.& talis pena ꝑ delegatū imponi nō debet qn̄ veriſimiliter nō ſit pro futura.vt dicit Ant.de Bu. hic col.pe.& idem Io.An.in c.ſolet.de ſen.excom. cū ſi. vt tradunt Mod.hic. & in c.apſice.in ij.col.de excep.& facit tex.ī c. clericos. de vita & ho.
92 cle.¶†Secūdo illa verba,diſtrinctione eccleſiaſtica, intelligi poſſunt ēt pro pena tpali.vt not .Abb.hic & idem Abb.in c. nuncios.
93 de deci.& in c. j. de iureiur. † Et ideo delegatus ēt extraordinariā penam imponere pōt.vt no.Abb.in d.c.querenti.& Alex.in conſ, xxv.lib. ij. vt dixi in notabilib . Et h̄ verū videt̄ virtute ꝯmiſſionis facte ipſi delegato. ar.cap.præterea.j.eo.& no.Abb.in c.querenti Sed nō de vi verborū. qa diſtinctio eccleſiaſtica, plus importare, non vr̄,q̄ cenſura eccleſiaſtica.quia vtroq; caſu dr̄ de diſtrictione & cenſura eccleſiaſtica . Et hoc certe non pōt verificari in pœna pecuniaria. quia illa non eſt eccleſiaſtica, ſed potius temporalis, Vnde iſta verba ſolū intelliguntur de cenſuris.facit tex. cum glo.
94 in c. j. de iureiu. in c.pro illorū.de preb. & in c.ij. de vſuris.¶† An aūt delegatus poſſit impedientē priuare beneficijs? Inn. per illū tex.tenet ꝙ ſic in c. qa diuerſitatē.de ꝯceſ. preb. Contrariū tenet Do.in c.j.§.j.col.ij.de homi.in vj.& ad tex.in d. c. qa diuerſitatem. rn̄deri pōt ꝙ illud fuit ex ſpāli ꝯmiſſione pape.&Mod.h̄ ſequunt̄ opi.Inno.quia pōt delegatus imponere penā,quā velit,vt Doc.h̄ dicunt.ergo poterit ēt priuare beneficijs.Non ob.qa in d. c. quia diuerſitatē, illud fuerit ex ſpāli ꝯmiſſione pape . quia dicūt Mod. ꝙ illud expreſſum fuit ad cautelā.& ſic non erat neceſſariū . Sed magis placet dictū Do.& ita vr̄ tenere Io.Ant.de But.& Car.in d.
95 c.quia diuerſitatē.† dū rn̄dent, illud eſſe ex ſpāli ꝯmiſſione pape, & qa ibi non erat iudex delegatus.ſed erat legatus de latere, cui illa decretalis dirigit̄. quo caſu legatus de latere dr̄ ordinarius. c. ij.de offi.leg.in vj.Et qa ibi nō impediebat̄ iuriſdō delegati, dato ꝙ fuiſſet delegatus. ſed ille retinebat beneficiū, qd̄ minus canonice adeptus fuerit.vnde ꝯueniens fuit,ꝙ priuaretur alijs beneficijs,prout ſpecialiter ibi papa committit.Et ſic, remoto illo text. concludendum eſt, ꝙ delegatus virtute commiſſionis ſibi facte generaliter non poſſit impedientem ſe, priuare beneficijs, quia priuatio beneficiorū nō fit, niſi ex magna cauſa. xvij.q.vij. c. inuētum.& non fit,niſi in caſiubs expreſſis à iure.vt per glo.in c.fin.de
96 iure patro.† Et iſta ratione etiam non poteſt delegatus bona confiſcare vt no.Bald.hic colum. pen. Et ad hoc facit.quia in generali arbitrio dato alicui, nō venit poteſtas confiſcandi bona vt notat Bal.in c.j.in prin, col. v. ver.ſed hic quero. de pace tenen. & idem Bald.per illum text.in l.j.C. ne ſine iuſſu prin, vbi poſt Azo.Odof, & Cyn, hoc dicit, & Alexan.ſequitur in conſi. cxvj.animaduerſis
97 ſtatutis.col.iiij.lib.ij. ¶† Poſtremo dum Abb. concludit ꝙ ad hoc ꝙ delegatus exercere poſſit diſtrictonē eccleſiaſticam,debet manifeſte conſtare de delicto turbationis. & non ſufficit ſi ex ꝯiecturis appareat,Io.de Imo.hic tenet ꝯrium ꝙ īmo ſatis ſit hoc ꝯſtare
98 ex coniecturis,& præſumptionib.† & euidens probatio dr̄ illa, q̄ ex coniecturis colligitur,alleg.text.in c. j. de cleri.non reſi.in c.cū dioceſi.de vſuris.& ad hoc eſt bonus tex. in c. non ſolum. de reg.
99 in vj.& in c.veniens.in fin.de præſby,non bap.†Sed tenendo opi. Abb. reſpondetur ꝙ iura allegata per Imo cum ſimi . procedunt ſolum in caſibus in iure expreſſis in quibus lex ſtatuit coniecturam hr̄e vim probationis.aliàs ſecus eſt.vt no.Bal.in l.ciues.in pn̄, C.de appe.& per gl.in l.abſentē,ff.de pe.cum ſi.vt Alex. tradit in l.imperator.col.j.de leg.j.& facit qd̄ no,Ang. in l.j. C.quorū bon,
100 † & vbi inquit ꝙ qn̄ requirit̄ ꝙ fiat fides, intelligit̄ plene. & iure ordinario. Et ex his expedita ſit iſta notabilis decretalis, in qua quantū laborauerim,ſcripta oſtendunt,ſi diligenter preſcrutent̄,

SVMMARIVM.

1. *Literarum prioritate non apparente, Iudices ſuperſedere & ad pontificem recurrere debent.*
2. *Iudex dubius de ſua iuriſditione,procedere non poteſt.*
3. *Legatus de latere non declarat prioritatem literarum.*
4. *Interpretatio pertinet ad eum qui poteſt condere.*
5. *Interpretatio cohæret perſonæ,& ab alio fieri non poteſt.*
6. *Priuilegium interpretari debet à papa concedente.*
7. *Iudices delegati quomodo dicantur executores.*
8. *Cauſæ cognitio largo modo dicitur executio.*
9. *Libellus in quo ſimpliciter petitur executio inſtrumenti ſaluatur,& quomodo & numero 10.*
10. *Verba narratoria quando attendantur.*
11. *Narratio facta in lege,ſi ſecundum illam fiat,deciſiio attenditur.*
12. *Poſtea,hæc dictio,denotat interuallum.*

SAne. ¶Summat̄, & diuidit̄, vt per Abb.hic. ¶† Primo no.ꝙ vbi nō pōt iudicibus cōſtare de prioritate [a] literarū,ſuperſedere debēt,& ad Papā recurrere. & ratio vr̄ ſm Pet.de Anch.qa † iudex dubius à ſua iuriſdictione,ꝓcedere nō poteſt,[b] vt no.Bart.in l.multū.ff.de cōd.& demō.Bal. in l.falſus.col.xj.C.de fur.cū ſi.vt tradunt Mod.hic, & Mod.in d.l. multū, & late Peruſi.in c.cū parati.de appel. Alex.ī l.ſed ſi de ſua. ff.de ac.he.& in l.ſi finita.§.Iulianus.in xvj.col.ff.de dam.infec.Sed iſta ratio,quā Mod.ſequunt̄,nō ſatisfacit,qa haberet locū , qn̄ iudex exercere velit iuriſdictionē ſuꝑ cā principali, prout loquitur Bar.in d.l.multū.cū ſimili.Sed quādo incidenter dubitatur,an iudex habeat iuriſdictionē ſuꝑ iſto incidenti, licet iudex dubius ſit, habet poteſtatē cognoſcēdi an ſua iuriſdictio ſit.c.ſuꝑ literis. c.paſtoralis.de reſcrip.l.ſi quis ex aliena.ff. de iud. Et iō de rōne ex infra dicēdis apparebit.† Et quod dr̄ hic,recurrendū eſſe ad Papam præciſe de ſummo pontifice intelligit̄, adeo ꝙ legatus de latere talē declarationem facere non pōt, vt no.Spe.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum.in ver.xxxiiij.† qa eius eſt interpretari, cuius eſt cōdere l.fi.C.de legi.& c.inter alia.de ſen.excō.† Et ad hoc facit, qa interpretatio coheret perſonæ, & ab alio fieri nō pōt,[c] vt no.Inn. in c.fi.de ſucceſſion.ab inteſta.cū ſim.vt dixi in c.cū veniſſent. de iud.† Ideo ēt pro interpretatione priuilegij ad ipſum Papā qui cōceſſit,recurritur,c.cū veniſſent.de iudi.l.ex facto,in prin.ff.de vul. & in c.ordinarij.§.ſi vero.de offi.ordina.in.vj.& in c.fi.de cōceſſione præben.in vj.Et in iſto caſu ad Papam recurritur. nec eſt locus gratificationi,prout dicit̄ in c.duobus, de reſcri.in vj.nam illud c. procedit in gratia facienda,prout loquitur.quo caſu vtraque gratia valere poteſt.ſecus eſt in gratia facta,de qua agitur hic. quo caſu altera tantum valere poteſt,vt dicūt Mod.hic.Et fuit iſta diſtinctio, quam tradunt Io.An.Pet.de Anch.& Domi.in c.ſi à ſede. de præb,in vj.cōcordando illum tex.cū d.c.ſi duobus. Sed aduertendum eſt primo,qa nō eſt verū,ꝙ in d.c.ſi duobus. vtraq; gratia valere poſſit.Nam tex.ibi contrarium expreſſe dicit,ibi, quo electo alius omnino careat impetratis.& licet à principio vtraque gratia alternatiue valere poſſit.idem eſt in caſu iſto. Secūdo ratio diuerſitatis non videt̄ poſſe aſſignari inter gratiam factā, & faciendam quia vtroq; caſu ad Papā recurrēdū videt̄.Vnde aliter ad c.ſi duobus reſpōderi pōt.vt dicamus recurrendū eſſe ad Papā, niſi aliter prouiſum ſit,prout ibi diſponit̄, ꝙ loc° ſit gratificationi. Et potuit moueri ſummus pontifex ibi,quia ſolū agitur de intereſſe, & ꝑiudicio capituli habētis ꝓuidere, merito Papa voluit ꝙ circa ipſum gratificari poſſit.¶† Secūdo nota ibi,ſuperſedeāt executioni. ſm Abb.hic,ꝙ iudices delegati dicuntur executores. Sed iſte tex.parum facit, quia loquit̄ de executione literarum,& delegatus ipſe nō appellat̄ executor, & merito Abb.dicit hoc eſſe verum largo modo,de quo videndū eſt, vt dixi in c. ſciſcitatus,de reſcri. Et per iſtū tex.dicit Do.hic,prout Mod.referūt† ꝙ cauſæ cognitio largo modo poteſt dici executio, ex quo dicit ſe obtinuiſſe,† ꝙ procedit libellus, in quo ſimpliciter petebat̄ executio inſtrumēti, quia intelligitur executio pro ipſa cauſæ cognitione.† Et talis libellus etiā alia via ſuſtineri pōt,quia ille,qui executionem petit, prius vr̄ petere ꝙ adhibita cauſæ cognitione condemnetur,[d] vt no. Abb. olim.in vij.no.de cenſi. & licet Bart. ꝯrium ◦cat in l.ſi cū nulla.ff. de re iudi.ꝯ Barto.eſt cōis opi.vt Alex.ibi ſequit̄.Facit qd̄ no,Ant. de Bu.in c.conſtitutus,per gl.ibi in verbo,iuxta ratam. de re. do. cum ſi.vt tradit Alex.in rub.C.qui admit. ¶In glo.primus intell's eſt ad tex.hic, ꝙ intelligatur qn̄ diuerſe littere ſub diuerſa forma, ad eoſdem iudices, in eadem cauſa impetrant̄.nam propter idētitatem iudicium neutre præualent. ſed ſuperior conſulitur. Sed iſta lec.ſm Abb.non procedit.ſi poteſt conſtare de prioritate literarum.quia prime valent, de quibus non fuit facta mentio in poſterioribus.c. ceterum. s̄. de reſcrip. & ita Abb.hic.& poſteriores. ſequuntur. Ad hoc tamen videtur poſſe reſponderi, quòd text. in d.c.

ADDITIONES.

a ¶Prioritate. Idem de omni dubio probabili ſuper concurſu literarum,quod per legatos,vel arbitros,decidi non poteſt.Panormi.

b ¶Ald. Non poteſt. Idem voluit Dec.in c.prudentiam,in fin.prin.infra eo.

c ¶S.A. Nō pōt. Faciūt no.ꝑ eundē ī c.cū acceſſiſſent.in iii.col.de cōſt.& in c, cū veniſſent,col.ii.de iure ſciēdū tn̄ eſt.ꝙ declaratio ſeu īterpretatio verboꝝ,& q̄ verbis nō cōgruit, nō cēſet̄ eſſe declaratio ꝑoris diſpoſitionis. ſed noua atq; alia q̄dam diſpō,q̄ nō tollit ius alteri q̄ſitū ex ꝑori diſpōne.ſm Pe.de Anc. ī cōſ.398.ꝑmitto pro clariori.in fi.Pau.de Ca.in l. hr̄des palā.§.ſi qd poſt col.ij. ff.de teſt. ī cōſ. xxii.viſa col.fi.lib.i.in cōſi.cxlviii. viſo.& examinato,col.fi.li.i.in cōſ.340.ꝑmiſſis,col.i.eo.lib.Dec.in l.in ambiguis.ff.de re.iur.in c. cū veniſſent, de iudi. Bald. in c.i.col.iii.ver.item qui interpretatur.s̄.de conſtitu.

d ¶Ald. Condemnetur. Adde Iaſ. in §.i.colum.xxv.inſti.de act.Dec.in c.ii.colū.iii. vbi adde.s̄.de præſcr.

in d. c. cęterũ. procedit qñ diuersi danẽ iudices, prout loquitur, secus videtur, quando sunt ijdem iudices, vt hic gloss. dicit. Et ista distinctio ratione confirmari potest. quia quando agitur de mutatione iudicum, papa verisimiliter non videtur voluisse primos iudices reuocare, quib. videtur fieri quædam iniuria. arg. l. litigatores. in prin. ff. de arbi. & declarat Imo post antiquos, quos refert in c. ex literis. j. eod col. prima. Sed ista ratio cessat, qñ ad eosdem iudices fit noua interpretatio. ideo tunc ad papam recurritur, vt hic. Et si dicatur, quamuis interpretatio facta sit ad eosdem iudices, fuit tamen facta sub diuersa forma, à qua papa non ita de facili verisimiliter debuisset recedere. argu. cle. j. de renuntia. ideo isto casu vr̃ eadem ratio, quæ est in d. c. cæterum. nisi dicamus ꝙ in c. cæterũ. agitur de interesse primi iudicis, ne fiat iniuria, primũ rescriptũ attendiẽ, hic vero solũ agiẽ de voluntate pape. vnde voluit ꝙ ad ipsum recurratur. ¶ Secunda lec. gl. reprobatur per omnes, quia est contra tex. ibi vtrarumq;. ¶ Tertia lec. gloss. est, ꝙ ista decretalis intelligatur in diuersis literis habentibus eãdem datã. & ita istũ tex. intelligit gl. in c. ex tenore, de rescr. Sed contra istam lec. quæ communiter approbatur, arguit Abb. per istum tex. dum

11 inquit, non facta mentione priorum literarum. † nam si littere erant priores. ergo videtur ꝙ non haberẽt eandem datam. Abb. respondet ꝙ in illis verbis ponitur allegatio partis supplicantis q̃

a non attenditur.[a] iuxta glo. in l. j. C. quando non peten. par. cum si. vt dixi ibi. Fatetur tamen Abb. ꝙ ista responsio non satisfacit. & bene, licet ipse aliter non declaret. q̃a papa hic decidit casum f̃m

12 illam narrationem, † quo casu talis narratio attenditur. vt no. dicit Imo. in c. cum apostolica. de his, quæ fiunt à præla. & Alex. sequiẽ in l. j. col. xij. ver. iij. fallit. ff. de offi. eius. Videẽ tñ aliter posse rñderi, vt dicamus priores. s. respectu p̃sentationis. quia quæ prius veniunt in lucem, priores dicuntur. facit text. in cap. capitulum. §. de rescri. Sed ista responsio etiam videtur contra tex. qui dicit, littere à nobis impetrantur, & alie postea. ergo videtur loqui respectu

13 impetrationis, prout verba pręcedentia ostendunt. † & illa dictio,

b postea, denotat interuallum.[b] iuxta glo. in l. pacta conuenta. ff. de cõtrahen. emp. Sed replicari potest ꝙ verbum ibi, postea respicit sequentia, & determinatur ab illo verbo sequenti, opponuntur. vt not. Imo. hic, dicens ꝙ tex. dicit, postea opponuntur. & nõ dicit, postea pręsentantur. Sed responderi potest ꝙ ista responsio bene precedit, quantum ad illa verba, alie postea impetrantur. sed efficaciter obstare videntur illa verba, non facta mentione priorum. quæ tergiuersari non possunt. quia respectu pręsentationis essent superflua. & necessario intelligenda videntur, ꝙ in literis, quæ postea opponuntur, non esse facta mentio priorum, prout verba manifeste sonant. Et ista ratione etiam lectu. Hostien. reprobatur, in qua præsupponitur quòd esset eadem data, quod non est verum, per supradicta. ¶ Alia, etiam lectu, quam Abbas hic successiue refert, non satisfacit. quia diuinatione non caret quòd text. intelligatur in diuersis causis habentibus connexitatem. ¶ Postremo lectura, quàm Abbas generaliter ponit, etiam videtur ħ habere difficultatem. quia ex quo non fuit facta mentio priorum literarum. vt hic dicitur, obstare videtur text. in d. c. cęterum. de rescrip. ideo primus intellectus tolerabilior videtur, declarando vt dixi,

ADDITIONES.

a ¶ Attenditur. Vide Fel. in c. i. col. v. de constitu. est gl. in §. fi. ver. ad sextum gradum inst. de succ. cogna. vbi dixi.

b ¶ Ald Interuallum. Vide Iaso. late in l. fructus, col. ii, ff. sol. ma.

SVMMARIVM.

1 *Debilitas ab egritudine distinguitur.*
2 *Vel ponitur inter diuersa.*
3 *Debilitas quando propriè dicatur.*
4 *Debilitas non impedit animi iudicium.*
5 *Senis vmbra plus valet, quàm gladius iuuenis.*
6 *Articulo mortis constitutus testari potest. Item & matrimonium contrahere. numero 7.*
Examinari in testem. nume. 8.
7 *Matrimonium potest à constituto in extremis contrahi,*
8 *Testis examinari potest constitutus in extremis.*
9 *Delegatus principis potest subdelegare etiam sine causa.*
10 *Subdelegatus cogi potest acceptare sine causa, nu. 11.*
12 *Argumentum à contrario sensu non habet locum contra illa iura.*
13 *Delegatus inferioris etiam subsistente impedimento non subdelegat,*
14 *Mandare & præcipere differunt.*
15 *Præces principis habentur pro iussu.*
16 *Hortari verbum, in principè importat præceptum.*
17 *Præcipere magis præcisum est quàm mandare.*
18 *Delegatus Legati de latere an subdeleget.*
20 *Legitimandi potestas concessa à principe non delegatur.*
21 *Delegatus debet subdelegare idoneos.*
22 *Iudex debet habere scientiam, & conscientiam.*
23 *Idoneus quis dicatur & subdelegari possit.*
24 *Delegatus ex certa scientia nun idoneus à Papa electus, an subdeleget non idoneum.*
25 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, intellige primordialiter. nume. 26.*
27 *Subdelegari non potest quando est electa industria personæ.*
28 *Delegatus à principe an causam meri imperij subdeleget.*
29 *Clausula appellatione remota, non transit in subdelegatum.*
30 *Causa grauis non subdelegatur per delegatum principis, ẽt cum causa. nu. 31.*
32 *Nisi, est dictio exceptiua.*
33 *Causa grauis quæ dicatur. nu. 35. & nu. 38.*
34 *Delegatus etiam Episcopus in causa matrimoniali non subdelegat etiam Episcopum.*
35 *Matrimonialis causa dicitur grauis.*
36 *Iuramentum in defectum probationis non defertur in causa matrimoniali.*
37 *Causa matrimonialis potest de iure committi alijs quàm episcopis.*
39 *Causa ardua quæ dicatur.*
40 *Iudis arbitrio relinquuntur indeterminata à iure.*
41 *Assertioni delegati dicentis se impedimentum an stetur, & nu. 44.*
42 *Impedimentum allegans probare tenetur.*
43 *Assertioni non statur in præiudicium tertij.*
45 *Liberum de natura huius verbi est, vt actus fieri possit alio non requisito. Restringitur secundum alia iura nume. 46.*
Et ita ne alteri præiudicium inferatur. nu. 47.
48 *Liberum eligendi potestatem habens non potest eligere indignum.*
49 *Licere verbum, restringitur secundum subiectam materiam.*
50 *Delegatus inferioris non subdelegat etiam se consensu partium.*
51 *Delegatus principis si subdeleget reseruato sibi consilio, quid importet.*
52 *Consiliarius nullam habet iurisdictionem.*
53 *Assessor dicitur consiliarius.*
54 *Consiliarius esse non potest, qui non potest esse assessor.*
55 *Auditor non iudex dicitur ille, cui committitur articulus medius causæ.*
56 *Sententia lata per subdelegatum non requisito consilio delegantis, qui committit causam consilo sibi reseruato, non valet.*
57 *Consilium sequendum non est, licet sit requirendũ ab eo cui causa subdelegata fuit reseruato consilio.*
58 *Consilium sequi non tenetur ille, qui consentit quòd causa committatur consilio sapientis.*
59 *Consilium sequi non tenetur iudex, qui causam consilio sapientis committ- cogitur.*
60 *Consilij forma accidentalis est.*
61 *Consilium non præsumitur de substantia, licet secus sit de consensu.*
62 *Statutum quòd consilium alicuius in matrimonio requiratur, valet, secus in consensu.*
63 *Conditio quæ cogit mulierem contrahere matrimonium cum consensu alterius reprobatur. secus in consilio.*
64 *Consilium sequendum non est, nisi hoc expressè dicatur, vel si ex coniecturis colligatur. nu. 65.*
66 *Consiliũ delegati sequendũ est quando delegans illud sibi reseruauit vt iudicis*
67 *Consilium sequendum est ab aliàs inhabili.*
68 *Consilium intelligitur quod iustum sit.*
69 *Commissio facta iudici quòd iudicet secundum consilium alterius, valet.*
70 *Princeps potest committere causam sub qua forma vult.*
71 *Iudex non requiritur quòd peritus.*
72 *Laicus potest esse assessor in causa spirituali.*
73 *Consilium intelligitur quòd iustum sit.*
74 *Compromissum ꝙ pronuncietur secundum consilium alterius non valet.*
75 *Arbiter habet maiorem potestatem quàm iudex.*
76 *Placet, importat arbitrium boni viri. & nu. 79. vbi contra.*
77 *Legatũ libertatis collatum in liberam voluntatem hæredis non valet.*
78 *Legatum libertatis si placuerit hæredi valet.*
80 *Libet liberam voluntatem significat.*

1 SI pro debilitate. ¶ Sũmaẽ, & diuidiẽ vt p Ab. ħ. ¶ † In tex. ibi d̃bilitate. debilitas ab egritudine distĩguiẽ, vt coll'r in rub. de cleri. egro. vel debilitato, quia alternatiua vel, poniẽ inter diuersa. vt in simi arguit Bar. in l. vbi

2 pactũ. C. de trãsac. † Et debilitas dr̃, qñ officiũ mẽ-

a bri ĩpediẽ.[a] vt no. Bar ĩ l. ij. in fi. ff. de publi. iud. Bal. in l. iij. in fi. C. de ser. fug. Ang. ĩ l. idẽ Offilius. ĩ fi. ĩ ver. ij. no. ff. d' edil. edi. Quãtũ tñ ad ꝓpositũ idẽ iudicaẽ d' debili, qd̃ d̃ egrotãte facit qd̃ no. ĩ rub. p̃all. de cle. egro. & tex. ĩ c. si q̃ testiũ. j. de tes. ĩ l. ij. §. si q̃s ĩ iudicio. ff. si q̃s cau. & no. Ant. de Bu. ĩ c. qm̃ ĩ p̃n. col. iiij. ver. q̃ro q̃ ꝯprehẽdanẽ. j. vt

3 li. non cõte. † Et dicit Bald. hic ꝙ debilitas, vel infirmitas. corporis

4 non impediunt animi iudicium. † Et est text. in l. ij. §. debilitas corporis. ff. de vaca. mu. & in c. j. de renun. & quod ibi Bald. qui dicit

ADDITIO.

a ¶ Syl. Ald. Impeditur. Adde Ang. in l. non solum. de rei vendi. Vero. in rep. l. si fugitiui, in iiii. not. C. de ser. fugi. & ibi Deci. in iiii. no.

corporis.ff.de vac.mu. & in c.j.de renun.& ꝙ ibi Bald.qui dicit ꝙ plus valet vmbra senis, quã gladius iuuenis.[a] † Et ideo constitutus in articulo mortis ꝑꝑ infirmitatem, nõ prohibetur testari[b].l. qm̃ indignum.& l.iubemus.C. de test. † Siŕr cõstitutus in articulo mortis põt matrimoniũ ꝯhere,[c] vt per Io.And.in reg.sine culpa de reg.iur.in vj.cũ si.vt tradit Alex. in l.si quis posthumus.ff.de lib.& posth.† Et facit ꝙ no.Bal.in c.j.in verbo,vasalli nostri.col.fi. ver.quæro vtrũ.de pace cõstan.vbi cõcludit ꝙ cõstitutus in extremis põt examinari in testem,[d] sicut põt facere testm̃. & idẽ Bal. in l.hac cõsultissima.col.pe.C.quí test.fac.pos. & Alex.ibi.colũ.iij. Vnde cũ in cognoscendo,& decidendo causas delegatas agatur de iudicio animi,& intelľs, ꝑꝑ corporis debilitatẽ, nõ debet impediri.& ita argunnt And.Sic.& Mod.hic. sed respondent negãdo,& dñt,ꝙ ẽt corporis labor requirit̃,vt colligit̃ hic,ibi.interesse nõ poterit.Sed certe vr̃ stare argu.quia si cõstitutus in graui infirmitate põt testari,& alia facere,vt.s.dictum est,pariter vr̃ ꝙ de cã poterit cognoscere si velit.nec in hoc labor corporis requirit̃ magis,q̃ in testando.Non ob.tex.ibi,interesse non poteris,quia hoc vr̃ respicere cõmoditatem iudicis delegati, quia non posse dr̃, q cõmode nõ põt.l.nepos Proculo.ff.de verb.sig.Et tali casu qñ cõmode non põt alter põt cõmittere. vt dr̃ hic, liberũ tibi sit.nõ aũt negat hic.quin cognoscere,& iudicare possit,si velit.& ista vr̃ clarior resolutio.¶ † Primo not. ꝙ delegatus principis põt cãm sibi cõmissam alteri subdelegare.& licet tex. videatur loqui ex causa debilitatis,vel alterius necessitatis,idem tñ est dicendũ, cessante qualibet causa,vt Abb. h̃ dicit, quia ipse delegatus habet hoc ex priuilegio,vt alteri subdelegare possit.c.pastoralis.j.eo. & in c.fin. j.eo.in c.cum cãm de appel.in l.à iudice.C. de iud. & idem tenet Abb.in c.pastoralis.in princ.in gl.j.eo. & ita Doct.omnes tenent. † Et ad tex.hic qui vr̃ cõsiderare necessitatẽ.Abb.hic respondent ꝙ ad istum effectum cõsideratur necessitas,vt subdelegatũ possit cõpellere ad acceptandũ,vt no.in c.pastoralis.j.eo.Ista responsio Abb.non † satisfacit, quia sicut põt sine causa delegare,ita subdelegatũ sine alia causa cõpellere põt, vt ipse Abb. tradit in d.c.pastoralis.Vnde ad tex.hic põt aliter rñderi,ꝙ arg. à ꝯrio sensu non colligitur † quia esset contra alia iura,quo casu tale arg.nõ habet locum,vt no.in c.significasti.de fo.compe.in c.quanto. de vsu.facit tex.in l.conuenticula.C.de epi. & cle.& ista est cõmunis resolutio doctorũ hic. Sed vlterius aduertendũ, quia satis probabiliter dici põt ꝙ delegatus,sine causa alteri causã sibi ꝯmissam subdelegare non possit,[e] per istum tex.hic, & in c.pastoralis.in prin. j.eo.† Et ad hoc facit.quia alius delegatus inferioris à principe, ẽt subsistente impedimẽto, nullo modo põt subdelegare, vt notabiliter dicit Bar.in l.legatus.in fi.ver.sed quęro.ff.de offi.ꝓcõs.per l.prætor.§. si post cãm.in fi.ff. de vaca.mu. & ideo priuilegiũ datũ delegato principis satis operat̃,vt possit cũ causa.Et quia iura loquuntur,vt hic, & in d.c.pastoralis.ibi,exigente necessitate. Et ꝑ ista debent declarari alia iura, quæ simpľr dicũt delegatũ principis posse subdelegare,quia ista iura,q̃ requirunt cãm,magis specialia sunt,& alijs derogare vñr,vt in rĺa gñi.de reg.iu.in vj.Et q̃a priuilegia debẽt stricte interpretari.arg.c.sane đ priui. Et fm istã cõclusionẽ hr̃ prima declaratio ad regulã,ꝙ delegatus à principe possit subdelegare,vt hoc ex cã intelligat̃.¶ † Secũdo ista conclusio procedit,qñ papa dicit mãdamus,vel cõmittimus.secus si dicat̃ præcipimus, quia tunc nõ põt alteri subdelegare.[f] gl.not.in l. sępe.ff.de offi.præsid.not.Bal.in l.j.colũ.j.C.quomodo. & qñ iud. cum si.vt tradunt Mod.hic, qui tamen dicunt illam gl.[g] non esse veram, † quia in principe ẽt hr̃ pro iussu,[h] vt per gl.in l.j.ff.quod iussu.ergo nõ vr̃ differentia in principe,siue dicat,ꝑcipio,vel mãdo,quia vtroque casu pręceptum videtur.Secundo ad hoc inducunt gl.in cle.prima,in verbo,hortantur.de testibus.vbi illud verbum importat necessitatem, & præceptum. † ergo à fortiori in verbo mando, vel committo. & adde Imol.in cle.sępe.in j.col.in versi.sed aduerte.de verbo.signi.qui etiam dicit quòd glos.in d.l. sępe. non est vera per nota. in d.l.j.ff. quod iussu. Sed tamen non videtur recedendum ab illa glo.in d.l.sępe. quam totus mundus approbat,[i] vt Alex. dicit in l.more col. pen.ff.de iurisdi.om.iudi. & Moder.ipsi illam etiam sequuntur in c.eam te.col.ix. de rescri. Non obstant allegata supra in contrarium, quia locum habent quo ad istum effectum,vt debeat fieri quod per superiorem mãdatur.sed quòd præcise debeat fieri ab illo, cui cõmittitur,illa iura non dicunt.& gl.in d.cle.j.de test. procedit propter subiectam materiam,quę præcepti est,vt dixi in c.nam concupiscentiam.de condi † Et verbum,præcipimus, magis astringit. quàm verbum damus,vt per gl.in c.dubium.xviij.q.ij.& facit gl.in l.j.in verbo,in possessionem,in fin.ff.de iur.om.iud.quę dicit aliud est delegare, & aliud est præcipere.& Alex.ibi, colum.iij.¶ † Tertio, conclusio prædicta procedit in delegato principis.sęcus esset ĩ delegato legati de latere, quia etiam ipse non habet potestatem subdelegãdi,vt no.Domi.post Archi.Io.And.& Pet.de Anch.in c.ij.de offic. leg.in vj.col.j.versi.quæro an delegatus per tex.in c.cum causam. de appel.ibi,cum nõ nisi delegatus a principe causam alij valeat delegare.Contrarium tamen tenet Bal. in l.à iudice.in princi.C. de iud.quia speciale est in legato proconsulis, vt ipse subdelegare possit.l.cum prætor.§.is quoque.ff.de iudicijs. Ergo idem videtur in delegato legati de latere quia legatus de latere proconsuli ęquiparatur.c.ij.de offi.leg.in vj.Moder.hic respondent negando,ꝙ delegatus procõsulis subdelegare possit, quia tex. in d.l.cũ prætor hoc non dicit.Sed certe hoc negari non potest, quia text. expresse ibi dicit quòd legati proconsulum iudices dare possunt ergo subdelegare possunt.& idem not.Bar.per illum text.in l.legatus.ff.de offi.procons.& ideo Ang.in d.l.cum prætor.per rationem Bald.hoc idem tenet, & sequitur Alex.in l.more col.ij.ff.de iuris.om.iud.& idem Abb. in c.cum Bertoldus. de re iud.Sed tñ prima opi.quam doc.cõmuniter tenent in d.c ij.de off.leg.verior vr̃,quam Alb.tenet in d.l.j.à iudice.col.x.ver.item quæro. & Pau. de Ca.ibi in fi.sequitur.& idẽ Ro.in d.l.more.Non obs.ratio Bal. ad quam Mod.no bñ respondent, ꝙ licet legatus de latere ęquiparetur proconsuli, non tamen delegatus ipsius legati de latere in vna causa ęquiparatur legato proconsulis,qui vniuersitatẽ habet causarum. sed data paritate terminorum ęquiparatio procedit,vt quia legatus de latere in loco legationis constitueret generaliter pro vniuersitate causarum delegatum.tali casu opinio cõmunis non procederet.& ita doc.cõcordari possunt.& vide Pau. de Cast.in d.l.à iudice.¶ † Quarto limitatur non procedere in his quæ sunt reseruata principi, quia illa alteri committi nõ possunt à delegato principis,vt not.dicunt Ant.de But.& Imo. in c.quod sedes.de offi.ordi.& sequitur Alex.in l.mora.col.v.ff.de iurisd.om. iudi.Et ideo potestas legitimandi,† & creandi notarios,& doctorandi,commissa à principe, delegari non potest,[k] vt no.Bald.dicit in rub.s.col.viij.ver.itẽ no. & in c.fi.in fi.j.eo.in l.gesta. in prin. C.de re iud.& sequitur Alex.in l.imperium, col.pen.ff.de iu.om. iudi.& in l.j.col.ij.ff.de offi.eius.Et adde singulariter,ꝙ ista cõclusio procedit de iure ciuili.secus vr̃ de iure canonico, vt voluit singulariter Marti.Laud.in l.j.ff.de off.eius.quem refert, & sequitur dominus Præpo.in c.per venerabilem.§. quod aũt.in xvj.car.col. iiij.in ver.concatenatur huic.j qui fil.sint legi.bene facit text.in c. fin.de offi.ordi.& in c.venerabili.de offic.deleg.& quod ibi Abb. in fi.Vel distingui põt,vt dicamus ꝙ tota potestas legitimandi,& creandi notarios,vel doctorãdi, delegari nõ põt. Vna tñ causa vr̃ ꝙ possit,sicut dr̃ in delegato ad vniuersitatem causarũ, vt ꝑ gl.& doc.in l.à iudice.C.de iud.¶ † Secũdo no.ꝙ nõ vr̃ esse in ptãte delegati a principe,cõmittere cãm,cui velit. sed debet viris idoneis delegare.Nã in iudicante debet esse scientia, & conscientia, † vt no.Bal.in l.hac lege.col.fi.vers.scias tñ.C. de sen. ex breuicu.recitan. † Et quæ dicãtur personæ idoneæ, quibus causa subdelegari possit,dicit Abb.esse determinatum in c.statutũ.in princ.de resc. in vj.vbi requiritur ꝙ sit in dignitate constitutus,vel ꝙ sit canonicus in ecclesia cathedrali.& ita fm Abb. colligitur ꝙ ille text.qui loquit̃ in delegato principis, etiã habeat locũ in subdelegato,& de h̃ est tex.in d.c.statutũ.§.in nullo.Et ideo superioribus diebus inter-

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Iuuenis. Vide quæ scripsi in §.idem maior.insti.de excu.tut.

b ¶Syl.Ald. Testari. Et ꝙ constitutus in extremis possit condere testamẽtũ, matrimonium,contrahere,examinari in testem,gratiam concedere, vide Deci.in cõs. clxxv.col.vj.in fi.in cons.cccclxxxix.col.ij.& constitutus in extremis qui vix articulate loqui poterat, an condat testamentũ ad alterius interrogationẽ. Deci. in d.consi.cccclxxxix.col.ij.

c ¶Hie.Gig. Contrahere. Quod constitutus in articulo mortis possit matrimoniũ contrahere, vide vltra hic adducta per Bal.in consi.ccxviij.in iij.vol.

d ¶Hie.Gig In testem. Adde tamen Ro.in l.si vero.§. de viro.j.liiij.fal.ff.sol.matri. dicit quòd existens in articulo mortis si examinetur in testem, facit eius dictum aliqualem præsumptionem.

e ¶Non possit. Fateor quòd non debet. sed factum tenet.Ideo verior videtur opin. Panor.Sed dico quòd pars potest appellare,si subdelegat nominato per solũ aduersarium,vel si indocto,aut manifeste suspecto.

f ¶Hie.Gig. Subdelegare. Adde quòd idem voluit Bar.in d.l.sæpe.ff.de iur.om.iu. vbi etiam dicit idem esse, quando delegatio facta est per verbum iubemus.Nam etiam tunc delegatus subdelegare non poterit. Dicas etiã ꝙ istud verbum præcipimus,necessitatem importat.ita not.Card.in cle.j.in ij.col.in vers.nono not. de reliqui.& venera.Sancto.

g ¶Illam gl. Quam etiam reprobat Alex.in l.more.ff.de iur.om.iud.Ias.in l.à iudice.C.de iud.& l.ij.cõmunia deleg. quãuis Deci.hic & in d.l.more.conetur.glo. sustinere.quam tamen reprobat in rub.C. de manda.princi.

h ¶Syl.Ald. Iussu. idem dicit Deci in l.j.C.de mand.princ.vbi late examinat.Fel. in c.cum te col.vij.de rescri.in ij.differen.

i ¶Syl.Ald. Approbat. Vide in consi.xvj. ponderatis colũ.j.libr.iij.Deci.in c. eam te.in iij.not.de rescript.

k ¶Syl.Ald. Non potest. Adde Deci.in l.j.col.viij.de offi.eius.

42 ius cõmune, nec aliter declarat.† Sed ista responsio non satisfa- f cit,quia tales inquisitores nõ dñr ordinarij, sed potius [f] delegati, d.c.per

ADDITIONES.

a ¶Pa. Quod est consi.clxxiij.cum seq.lib.j.in nouis. Idem Fran.Are.cõsi.xxiiij.Cor. in consi.cxxiiij. & in consi.lxxx.ad fi.lib.iij.Sozi.consi.cclxiij.lib.ij.Cur.iun.in consi.cxlj.& bene.quamuis Aymo.contra consi.cxiij.

b ¶Tacitum.Idem Bar.in d.l.quæ dotis.Alex.in l.si cũ dotem.§.eo tempore sol.mat. Alciat.c.cum contingat.nu.6.de iureiur.vbi in lectu.Alciat.impressio mendosa est,quia vbi legitur & præsumitur cõsensus l.pe.debet legi, vt ꝑsumat dissensus.

c ¶Syl.Ald. Potest, Adde Alex.in l.interpositas.in glo.C.de transac.Ias.in consi.iij. col.j.lib.j.& ꝙ excludat consensum aliàs præsumptum.vide Bal.in l.si fine.C.ad Velle.in l.j.C.de bo.ma.Ant.in c.nonne.de præsumptio.tñ dic quod hoc metus reuerentialis non faciat cõtractũ retractari, nisi aliud probetur d.l.interpositas c.quãuis. vbi Fran.in iij.not.& Geor.natta.in ij.no.de pac.lib.vj.Bal.consi.lxij. sup primo in prin.li.j.cõsi.cccxvj.li.iiij.in cõsi.cxliiij.statuto ciuita.ante fi.lib.j.

d ¶Syl.Ald. Requirebatur.Adde Sozi.consi.xciij.circa. primũ,col.pe.lib.j.cõsi.cxij. eo.li.cõsi.clxxij.multũ abũde,col.vi.versi.iiii.difficultas est.li.ii.& in cõsi.ccxxx. viso testimonio.col.ii.versi & ad quantũcunq;. eo.lib.Calca.cõsi.xiii.pro parte negatiua,col.j.& dictum Bal.alle.hic per Dec.seq.Aret.in consi.xxii.diligenter. col.fi.ver.venio nũc ad secundũ,& in cõsi.lxxiii.ver.his ergo præmissis, Ias.in l. vniuersa,col.penult.versi.adde ꝙ ex ea infertur.C.de præci.impe.off.And.Sicu. consi.xii scribitur.col.iii.ver.& si quispiã opponat, lib.j.& idem voluit Bal.in l. si quis mihi bona.§.si coram, in fin.& ibi Rom.& Alex.ff.de acq.hær.in l.si duobus.ff.de vul.& pu.& in rub.C.de resi.ven.Flo.in l.j.col.iii.ff.si mens.fal.mo.dixe.Are.in c.ii in vj.no.de testi.Tiraquel.§.dicto statu.in glo.ii.nu.3.

e ¶Non possit. Et hoc est verum quando simul sunt delegati.

f ¶Syl.Ald. Potius. Vide Dec.in consi.cxxxvii.col.iii.in prin.& ibi,quid ex hoc inferatur,& vide Lap.Io.An.& Gemin.in c.ne aliqui,col.ii.de hære.lib.vi.Io.Ba.de S.Seue.in l.more.qõ.xix.ff.de iur.om.iu.Perus.in c.cum causam, col.antepe.de app.Nico.Bellonus in qõ.ad quem sit appellandum à subconseruatore,nu.xj.

d.c.per hoc. de hære.in vj.& ibi Pet.de Ancha.& Do.in prin.Et ad hoc bene facit tex.in c.nec aliqui. eod.ti.in vj.vbi specialiter statutum fuit propter fauorem fidei, quòd officium inquisitorum nõ expiret per mortem Papæ.ergo non sunt ordinarij, quia regulariter in ordinarijs non expirat officium per mortem superioris c.ij. de offi.leg.in vj.not.in l.& quia. de iur.om.iud.Et quia text.in d.c. vt officium.videtur ponere speciale in processu,ibi, procedetis separatim. Et ꝙ tales sint ordinarij ibi, nullum verbum habetur. Vnde aliter ad illum text.respondet Peru.in d.c.cum causam, de appel.in vlt.char.in ver.similiter,non procedit æquiparatio.vbi dicit, quòd inquisitores non sunt deputati ad vniuersitatem causarum,ex quo tantum de hæresi cognoscunt,vt no.Lap.& Domi.in d.c.ne aliqui. colum.j.in fi.Sed etiam ista responsio dubitabilis videtur quia cum talis commissio referatur ad certum territorium, vniuersalis videtur, sicut quando cõmittuntur omnes causæ mutui, quæ in tali castro vertuntur,† quia talis dicitur delegatus ad vniuersitatem causarum, vt not.Bald.in l.solet.ff.de iuris.om.iud. vbi Alex.dicit quòd communiter hoc tenetur. Tertio cogitabam si possit responderi, quòd text.in d.c.vt officium, non loquitur in terminis,quia videtur loqui, quando simul inceperunt procedere. quo casu regulariter etiam in ordinarijs est locus præuentioni. Fallit specialiter in causa hæresis, vt colligitur ibi, separatim, & tali casu videtur loqui ille text.Sed per hoc non bene infertur ad quæstionem,de qua agitur,videlicet, ꝙ à principio vnus procedere non possit.Sed ista responsio etiam nõ videtur tuta, quia ibi dicitur separatim,aut singulariter. Vnde licet illud verbum,separatim,possit intelligi,vt dictum est,tamen illud verbum,singulariter, repugnare videtur, quia denotat vnum solum etiam à principio specialiter posse procedere. Vltimo, alia ratio accommodari potest,vt dicamus, quòd licet delegati ad vniuersitatem causarum respectu iuris vniuersalis iudicentur vt alij delegati. tamen respectu causarum particularium,quæ includuntur sub vniuersitate, reputantur ordinarij, vt in simili not.in l.j.C.vnde cogna. vbi Cyn.& Alexand.qui alios refert. Et ista etiam responsio periculosa videtur, & ideo inductio Abb.efficaciter militare videtur,& vt patet ex prædictis, articulus esset disputabilis. Retenta tamen communi opinione, vt supra dictum fuit, habetur limitatio ad textum hic. ¶ Aliam limitationem Innocen.tradit in ca. Raynaldus. in prin.de testa.vbi inquit,† quòd quãdo vnus ex pluribus iudicibus dixisset opinionem suam,& quia alios in eius sententiam trahere non potuit,recessit,& noluit esse præsens in sententia, valebit sententia aliorum, quia videtur cessare ratio l.si in tres.ff.de arbi.Sed contrarium tenet Bart.in l.duo ex tribus versi. sed quæro.ff.de re iudi.per illum text.vbi vnus alijs mandantibus iudicare debet, aliter ergo non tenet sententia, & Abb.sequitur, & idem tenet Bald.in l.item si vnus.§.fin.ver.quæro quid si apparet.ff.de arbi.cum si.vt per Moder.hic, & tradit Alexand.in d.l.duo ex tribus. vbi attestatur istam esse communem opinionẽ. & Moder.hic sequuntur, reiecta opinio. And.Sicu.qui sequitur opi.Inn.quam reperio quòd etiam tenet Albe.in d.l.item si vnus. §.si plures.ff.de arbit.quia cessant rationes, quia ille tertius non videtur contemptus. nec alios possit in suam sententiam trahere. Et in puncto iuris ista opin.esset substentabilis, quia cessantibus dictis rationibus, potest dici, quòd iurisdictio in alijs iudicibus consolidetur. Et ratio Bart.& Abb.hic videtur procedere in pluribus iudicibus delegatis simpliciter, prout loquuntur iura ab eis alleg.quæ quidem iura cessante ratione limitari possunt. Et ad hoc facit quod Doc.dñt in sequẽti limitatione. ¶† Vltimo limitatur, quando vnus ex pluribus delegatis iurat sibi non liquere de causa, quia alij iudicare possunt, vt not.Bart.in l.si vni. colum.j.de re iudi.Abb.hic, cum simi.vt tradunt Moder.hic, & prius Alexand.in d.l.si vni, & idem Alb.in d.§.si plures. de arbi. in ver.item quid si vnus.† Et casu quo iudici non constat de causa, pronuntiare potest, condemno condemnandum, & absoluo absoluendum, vt not.Abb.in cap.pen.colum.pen.infra de iudi.cum simi.vt tradunt Moder.ibi. & Alexand.in l.ait prætor.§. si iudex. colum.v.de re iudi.Et hoc modo saltem deberet iudicare,attenta rõne Bar.& abb.in limitatione præcedenti.¶† In gl. fin.secundum Abb.colligitur, quòd spoliatus prætextu sententiæ nulle potest restitutionem petere,[a] ad idem text.in cap.ex insinuatione. vbi Anto.de But.in iiij.not.infra de procur.& no.Bal. & Ang.in l.meminerint.C.vnde vi.cum simi.vt congerunt Mod. in cap.dilectus. el.j.de rescript.& adde Bald.in consil.ccccxlviij. spoliatus. & in consil.cccl.proponitur. in fin.in j.libr.& in not.casu tradit Petr.de Anchar.in consil.ccxlix.ad prædicta dubia.† vbi concludit, ꝙ clericus spoliatus dicitur per sequestrum factum auctoritate iudicis secularis, quod tamen declaratur. vt dixi in consi.cxxv.in causa spoliationis.

ADDITIO.

a ¶Ald. Petere. Adde ꝙ spoliatus à iudice sine causæ cognitione, & nulliter restituendus est,gl.in summa.iij.q.j.Bar.& docto.in l.iuste possidet.ff.de acqui.pos. Bal.consi.cxlvij.spoliatus. in consi.cxxxiiij.copiose. in consi.cxlix.proponitur. in fi.lib.iij.in consi.ccclvij.iniustissimo.li.ij Oldr.cõsi.cxxvij.de toto col.j.versi. secunda regula. Ant.de But.consi.lxij.hic de duobus col.j.Vero.consi.xix.Sozi. consi.xij.col.ij.in fi.lib.j.Ro.cõsi.clviij.circa articulũ. col ij.versi.iij.quia iniuste. Abb.in c.ex insinuatione.in iij.not.de procu.Deci.in cõsi.cxxv.col.fi.in cõsi.cc. col.j.in l.factũ à iudice.ff.de reg.iur.in l.fi.col.x.C.de edi.diui Adr.toll.est tex.in c.cõquerẽte.de rest.spo.Hostien in sum.de resti.spol.§.qñ facienda.in prin.Sozi. cõsi.xviij.col.x.versi.nec obstat,ꝙ chinus.Aymo cõsi.cxl.in cã spolij,col.ij.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recusari potest suspectus etiam si habeat collegas.*
2 *Suspicio non purgatur ratione adiuncti, quod limita ibi,nu.3.*
3 *Testis suspecti fides per alios purgatur, & quando.nu 6.*
4 *Vnus officio duorũ fungi nõ põt,qñ est taxatus cert⁹ numerus ꝑsonarũ.& nu.5.*
6 *Testes duo ad minus sunt necessarij.*
7 *Vniuersitate si in aliqua aliquis est suspectus, potest peti ꝙ remoueatur,etiam ꝙ alij adsint.*
8 *Suspectus in aliquo collegio recusari potest.*
9 *Dominus dicitur respectu familiæ largo modo.*
10 *Legatũ vxori,ꝙ sit domina domus,intelligitur de præeminẽtia, nõ de domino.*
11 *Dominus in causa sui familiaris recusari potest.*
Suspectus est dominus in causa sui familiaris.
12 *Suspicionis causa allegari debet ante litem contestatam.*
Suspicionis causa ante litem contestatam non allegata procedit iudicium.
13 *Pater in causa filij potest esse iudex nisi recusetur,de quo nu.seq.*
L.in priuatis.ff.de iudi.an procedat in iudice ordinario.
15 *Sententia lata per iudicem suspectum suspicione iuris, est ipso iure nulla.*
16 *Sententia in causa appellationis lata ab eo, qui iudicauit in prima causa principali,non valet.*
17 *Debet,importat necessitatem.*
18 *Iudicium in causa propria valet,parte non opponente, & ibi de veritate.*
19 *Recusationis iudicis causæ. & nu.21.*
20 *Iudex,qui iudicauit,quãdo succedit appellãti,poterit eius sentẽtia impugnari.*
22 *Dominus de præsenti intelligitur.*
23 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
24 *Religiosus licet habeat qualitatem, quæ afferat suspicionem, aliàs in iudice non recusatur vt suspectus.*
Episcopus pro eo multum præsumitur.
25 *Cardinali non creditur, vbi tractatur de præiudicio alterius.*
26 *Bonus quis non præsumitur, quando agitur de præiudicio tertij.*

CAusam quæ. ¶ Summat, & diuiditur, vt per abb.hic.¶† Primo nota,ꝙ iudex recusari potest,vt suspectus, non solum qñ est vnus solus sed etiam si habet collegas. ad idem text.in c.cum super.j.co.† Ex quo inferri videt,ꝙ rõne adiuncti nõ purgat suspicio. Et hoc, qñ causa est cõmissa pluribus, quia superior cogitauit de iudicio pluriũ, quibus causa eo.tpe cõmissa est. secus si causa debet per vnũ iudicari, q.a si suspectus † sit,si alius posteá addat,qñq; suspicio purgatur, vt no.Sal.per illum tex.in auct.si vero contigerit.C. de iud.Itẽ quod dictum est,procedit in pluribus delegatis. prout text.hic loquitur. secus est in testibus,† in quibus suspicio vnius purgatur, & suppletur ab alijs multum fide dignis,[a] vt not.Bald. in l.si quis ex argentarijs.§.j.ff.de eden.cũ sim.vt tradunt ibi Alex. & Moder.Et idem Alex.in consi.xxiiij.animaduersis.col.viij.lib.ij. & in consi.ccxxj.visa facti narratione. col.v.lib.ij.& in consi.cliij.visis.col.pen.lib.iiij.& in consi.lvj.viso processu. col.vj.lib.ij.Paul.de Ca.in consi.xciiij.non sequendo ordinem. in fin.& Fulgo.in consi.clxxiij.in causa inquisitionis. colum.ij.And.Sic.in consi.xvij.colum.xxiiij.libr.ij.& in consi.lj.colum.viij.eo.libr.ij.Et in pluribus delegatis ratio videtur, quia vnus suspectus posset alios trahere in sententiam suam,quæ ratio cessat in testibus. Item in pluribus delegatis iudicium omnium requiritur secundum cõmissionem superioris.ideo non potest vnus vices alterius supplere,quia taxatus est certus numerus personarum, quo casu vnus officio duorum fungi non potest, vt not.† Bald.in l.Domitius. circa fin.ff.de testa.& in not.q.tradit Petr.de Ancha.in consi.ccccxxiij.viso puncto. cum sim.vt dixi in cap.ex literis.de proba.Et secundum istam rationem, † cum in testibus ad minus duo necessarij sint l.vbi numerus.ff.de testi.vnus non potest supplere vices alterius, & ideo quod supra dictum est de testibus, intelligitur quando sunt vltra duos testes. Nam tunc si vnus reperiatur aliqualiter suspectus, illa suspicio ex integerrima, & exuberanti fide alterius purgatur. Et per istum text.infert abb.hic, quòd si in collegio, vel vniuersitate,† quis habet aliquem suspectum,petere potest ꝙ remoueatur,licet alij non sint suspecti. Sed ista illatio nõ bene probatur per istum text.qui loquitur,quando causa fuit tribus commissa,

ADDITIO.

a ¶S.A. Dignis.Adde Fel.i c.nobis,de simon.in c.tertio loco,de ꝑba.& ibi i apostil.

missa. quo casu vnus suspectus facilius inducere pōt alios duos, & in suā opi. trahere, quā in collegio, vel vniuersitate, in qua com muniter sunt cōplures. & ita And. sic. hic dicit, & bene. Et hoc idē alia rōne cōfirmatur, quia in isto casu alij duo nō habent potestatem, nō sic vr̄ in collegio, vel vniuersitate, quia licet vnus sit suspe ctus, residet potestas in alijs, quia faciunt maiorē partē, quæ sufficiet l. quod maior. ff. ad muni. Dictū tn̄ abb. in se verū est, ꝙ † ille, qui est suspectus de collegio, recusari pōt, & hoc præsertim in do ctoribus, qui sunt ibi tanq̄ testes, vt abb. hic dicit, & tali casu actus ab alijs expediri potest, vt no. abb. in c. j. in gl. ij. de iud. & Io. And. in addi. Spe. eo. tit. §. in ver. in ver. iura ista. cum si. vt tradit Alex. in cōsi. xl. perspectis. in ij. col. li. ij. de quo dixi. in d. c. j. de iudi. in priori bus, & posterioribus scriptis. ¶ † Secundo no. ꝙ habens aliquam familiā, potest dici dn̄s eius. Et ad hoc facit, quia largo modo appellatur dn̄s, qui habet aliquā maioritatē, vel præeminentiā, alia ratione [a] q̄ ratione dominij l. cū si exhibuissent. §. quod ait. & ibi Bart. ff. de publi. & in not. casu tradit Alex. in consi. cxxix. puto de iure, in ij. col. lib. ij. Et hoc etiā exemplificari pōt in legato, quod cōmuniter faciunt testatores, dum relinquunt eorū vxorē dominam [b] domus, † quia nō intelligit ꝙ habeat dominiū, sed præeminentiam in domo, sicut habebat viuente marito, [c] vt no. Bar. in l. Titia cū testamēto. in §. Titia. de leg. ij. & idē Bar. in consi. ix. super eo. & in cōsi. lvj. Bartolo. col. iij. cū si. ¶ † Tertio not. ꝙ dn̄s in causa sui familiaris recusari pōt. & dicit abb. hoc idē esse in ordinario, ꝑ tex. in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iu. Si autē nō recusatur, valet iudiciū. [d] c. insinuāte. j. eo. & ita abb. hoc dicit, & idem voluit Pau. de Ca. in d. l. qui iurisdictioni, ponderando illū tex. qui dicit, non debet, non autē dicit, non pōt, quasi velit dicere, ꝙ si tex. diceret, non pōt, non valeret processus, ēt parte non opponente. Sed tamen ista inductio euitari pōt, quia illud verbū, nō debet, sub eadem determinatione refertur ad ipsum iudicem, qui non debet ius sibi dicere in causa propria, & tamē isto casu, ēt parte non opponente, iudiciū esset nullum, vt not. in l. j. C. ne quis in sua causa. Prædicta tn̄ cōclusio rōne manifesta confirmat̄, † quia talis causa suspicionis ante litē contest. opponi debet c. inter monasteriū. de re iud. ergo illa nō opposita, iudiciū valet, vt ꝓbat̄ in d. c. insinuante. j. eo. Et s̄m istā cōclusionem intelligitur l. in priuatis. ff. de iudic. † ꝙ ipso iure pater possit esse iudex in causa filij, nisi recuset̄, vt dicit Pau. de Ca. in d. l. qui iurisd. & hoc magis placet, q̄ illud, quod gl. & Doc. cōiter dicūt in d. l. qui iurisd. videlicet, quod tex. in d. l. in priuatis, intelligat̄ in iudice delegato, quia rō, q̄ ponit̄ in l. seq. post d. l. in priuatis, videt̄ procedere ita in ordinario, sicut in delegato, dū text. ibi dicit, ꝙ iudicare, munus publicū est. Non tamē omittēdū est quod Ant. de Bu. voluit in c. dilecti. in ver. nota gl. de app. prout referunt Mod. in d. l. qui iurisdictioni. † ꝙ nullo modo valet sententia in causa propria, vel filiorū, etiā si exceptio non opponatur. & Mod. in d. l. qui iurisdi. hoc sequuntur, quia sententia lata per iudicem suspectū suspicione iuris, † est ipso iure nulla, vt no. Bal. in l. eos. in princ. col. ij. per illū text. C. de app. † vbi non valeret sententia, si iudicaret in causa appellationis ille idem, qui in causa principali iudicauit. Et ad idē ponderatur tex. in d. l. qui iurisdictioni. in ver. nō debet, quod † importat necessitatem, iuxta no. gl. in cle. attendentes. de statu mona. Sed ista, quæ deueniāt à cōmuni opi. non placent. Et primo aduertendū est, quia Ant. de But. in d. c. dilecti. non bene allegatur, quia solum ibi loquitur in causa propria, & nō in causa filiorum. Vnde videndum est de duobus. Primo, quid iuris in casu nostro hic & in d. l. qui iurisdictioni. dum loquit̄ de vxore, & liberis. Secundo, quid in causa propria. Circa primū est concludendum vt. s. dixi, ꝙ valet iudicium, si non opponatur. Non ob. rationes Mod. Et primo dictum Ant. de But. quia in isto casu non loquitur. Similiter non ob. dictum Bal. in d. l. eos. quia etiam ipse loquitur in causa propria, & loquitur ibi, in casu speciali, qn̄ iudex in causa semel iudicauit. Vnde non potest ipse idem in causa appellationis iudicare, quia esset præsumptio violenta ꝙ non velit iniquitatem, vel imperitiam iuris corrigere. iuxta l. j. in prin. ff. de app. Vltimo non ob. verbum illud, non debet, quia non tollit quin iure videatur habere iurisdictionem, & Pau. de Ca. in d. l. qui iurisdictioni. ponderauit illa verba in ꝯriū, dum dicitur, non debet, & non dicit tex. nō potest, & in isto primo casu non videt̄ dubitandū. ¶ Venio ad secundū, videlicet quid iuris in causa propria, in quo maior est dubitatio, † q̄a Ant. de But. in d. c. dilecti. per glo. ibi expresse tenet, ꝙ iudicium non valeat, [e] & hoc idē videt̄ velle abb. in c. cum venissent. j. de iudi. de quo gratia breuitatis me remitto ad ea, q̄ dixi ibi, circa fin. ¶ † Quarto nota vnā causam recusationis, & aliam tradit abb. hic, si iudex successit litiganti, vt est tex. in l. Iulianus. la. ij. ff. de iudi. & not. Spec. eo. tit. §. superest. vers. item si causa. † Et tali casu, quando iudex, qui iudicauit, successit appellanti, poterit eius sentētia impugnari. gl. not. ij. q. vij. c. infamis. in ver. tutor. & in l. j. ff. de excep. rei vendit. † Et de alijs causis, ex quibus iudex recusari potest, habetur in glo. hic, & per Spec. in eo. tit. §. superest & late insistit Peru. in cap. postremo. de app. ¶ Vltimo notandum est, quantum ad text. hic, qui dicit, † ꝙ est dominus, & sic videt̄ ꝙ de præsenti requiratur ꝙ dominus sit. Vnde cautus esse debet ille, qui opponit, vt alleget, ꝙ de præsenti dominus sit, vt in simili not. Bal. in l. etiam. C. de testi. ver. sed quæro. & not. Ange. in consi. j. And. Sic. hic, & idem Ange. in consi. cccviij. factum est tale, col. ij. & in simili casu tradit Old. in consi. cclxxxvj. in electionis negotio. col. ij. † Et ad hoc facit, quia qualitas adiuncta verbo, secundum tēpus verbi intelligit̄ l. si Titius, & quod ibi Bar. ff. de test. mil. cum si. Et quod dicit̄ in tex. † hic limitatur, nisi persona iudicis haberet talem qualitatē, quæ suspicionem purgaret, vt quia esset religiosus, vt not. voluit Spec. in eod. tit. §. superest. in ver. quid si non consanguineus. Anto. de But. in c. postremo. de app. & sequitur Alex. in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iud. Et hoc confirmatur, & declaratur, vt dixi in c. postremo. ad fi. Sed tamen hic aduertendum est, quia ista limitatio nō probatur iure, & in contrarium facit text. hic, vbi erat episcopus, pro quo multū præsumitur, & tamen recusatus fuit. Et ad hoc etiā facit, quia non credit̄ etiam Cardinali, † vbi tractat̄ de præiudicio alterius. gl. no. vbi abb. in c. ꝙ sicut, de sent. excom. † & quia vbi agitur de præiudicio tertij, non attenditur illa præsumptio, ꝙ quis præsumatur bonus, [f] vt no. abb. in c. cum in iure. in prin. infra eo.

ADDITIONES.

a ¶Ald. Ratione. Adde in notabili casu Cor. consi. cxxix. in princ. lib. iij.
b ¶Dominam. Adde Alex. in consi. lvj. lib. iij. Carol. Ruy. consi. xxxv. xxxviij. lib. iij. Tiraquel. de legib. connubia. fol. 91.
c ¶Syl. Ald. Marito. Adde Ang. de Are. in tracta. de testa. col. xcij. Cor. consi. clxxviij. lib. iij. Ioan. Ba. de S. Seueri. in l. fi. C. de ind. vid. toll.
d ¶Ald. Iudicium. Vide Dec. in l. qui iurisdictioni col. j. ff. de iurisd. om. iud.
e ¶Syl. Ald. Valeat. Etiam aduersario consentiente Abb. in c. in Genesi. in iij. no. de ele. Sozi. consi. xcvj. viso processu. col. iiij. Deci. in l. qui iurisdictioni. in prin. in ij. amplia. ff. de iurisd. om. iu. vbi late.
f ¶Ald. Bonus. Adde Deci. in c. super literis. col. j. in gl. in vers. priori de rescri. in c. in præsentia col. viij. circa medium. de proba. in c. Osius. in v. nota. de elect.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à subdelegato Papæ ad Papam omisso medio non valet, quia debet appellari ad delegatum. secus in alio subdelegato, ibi num. 2.*
3 *Appellari potest à subdelegato delegati de latere ad Papam omisso medio.*
Legatus de latere reputatur ordinarius.
4 *Delegatus Papæ repræsentat papā nedū in causa principali sed appellationis.*
5 *Causa appellationis iudicatur eodem modo sicut causa principalis.*
6 *Causa appellationis summaria est, si principalis fuit summaria.*
Potestas conferendi beneficia si data sit alij à Papa, maior etiam remanet penes eum.
7 *Delegatus potest causam subdelegare vni vel pluribus.*
8 *Delegatis ex pluribus vnus potest vices suas pluribus committere.*
9 *Maior pars subdelegatorum qualiter intelligatur, quando vnus ex pluribus delegatis subdelegat pluribus.*
Intellect. cap. fin. de re iudi.
10 *Subdelegatis de pluribus idem iudicandum est, quod de pluribus delegatis.*
11 *Subdelegatio certe partis causæ fit aliquādo vt parcat̄ sumptibus, & expēsis.*
12 *Episcopus si latam haberet diœcesim, & velit causam cognoscere in loco multum remoto à partibus, possunt partes petere causam committi in loco propinquo, etsi hoc denegaret, potest appellari.*
13 *Appellari pōt, si causa per episcopū non cōmittitur in loco ꝓpinquo partibus. Tex. in c. cum episcopus, de offi. ord lib. vj. quo casu non procedat.*
14 *Causa ardua debet tractari in loco insigni vbi est copia peritorum.*

Vm te. ¶ Summatur, & diuidit̄, vt per abb. hic. ¶ † Primo, nota casum singularem, in quo ad Papā appellari nō pōt omisso medio, quia à subdelegato appellari debet ad ipsum delegatū, & appellatio interposita ad Papā nō tenet. & idē probat̄ in c. super qōnū. §. porro. j. eo. in c. si delegatus. in fi. eo. ti. in vj. Et rō huius cōclusio. s̄m abb. hic videtur, quia delegatus, qui nō in totū subdelegauit, ex quo remanet iudex delegatus, repræsentat ipsum Papā in tali cā c. sane. s. eo. & iō ad Papā nō est aliter recurrendū, ex quo in tali causa vices suas delegato commisit. [a] & idem latius abb. tradit in c. super quæstionū. §. porro. in fi. † vbi per hoc infert. secus esse in subdelegato alterius delegati, quā Papæ, quia tunc cessante rōne p̄dicta ad Papā omisso

ADDITIO.

a ¶Syl. Ald. Cōmisit. Et ista est cōmunis opi. quam sequitur Fel. in d. §. porro, Gemi. in c. si delegatus. in fi. eo. tit. lib. vj. Pern. in c. dilecti. col. v. de appel. & declarant omnes talem appellationē ad Papam omisso medio esse nullā ope exceptionis, si opponatur. item intellige si subdelegatus non admittat appellationem. nam si admittit, præiudicat deleganti Ro. decis. cccl xxxv. si appelletur. in no. & si subdelegatus admitteret posset puniri. Gem. in d. c. si delegatus, & hoc aliter fuit in ecclesia Dolana dubitatum, ad quem sit appellandum à subconseruatore, quam q. late prosecutus est Nico. Bellon. inter repetitiones eiusdem.

omisso medio appellari potest.& idem not.abb.in c.cum Bertoldus. circa fi.de re iud.& in c.dilecti. el.ij.de ap.Et ista ratio procedit, qñ delegatus representat papã tanquam delegatus simpliciter.secus vero si tanquam ordinarius,quia tunc ad papam appellari potest omisso medio. Nam à subdelegato delegati de latere ad papam appellari potest omisso medio,† vt abb.declarat in d. c.cum Bertoldus. in fi.quia legatus ipse de latere reputatur ordinarius c.ij.de off.leg.& tanquam ordinarius representat papam. † Et ex prædicta ratione abb.hic infertur,ꝙ delegatus Papę nõ solũ in causa principali, sed etiã in causa appellationis representat papã,qñ à subdelegato eius appellatur.Et ita ampliat quod dicit in c.sane.§.eod.† Et ad hoc facit,q̃a idẽ de cã appellationis, quod de causa principali,iudicat l.j.ff.an per aliũ.Et iõ superioribus diebus dicebatur,† ꝙ si causa principalis summaria sit idẽ erit de causa appellationis.[a] & ita Ange.in terminis dicit in d.l.j.vbi Angel. Are.sequitur in prin.& Peru.in c.interposita.§.fin.de app.& hoc idẽ Bald.in terminis dicit in rub.de app.col.iiij.ver.q̃ro nunquid. Et p̃dicta cõclu.videt bene procedere in rescriptis ad lites, prout tex.hic loquitur.secus videt in beneficialibus, quia tunc procedit quod dicit in c.dudũ.§.nõ igit. de præb.in vj.ꝙ licet alteri data sit ptãs cõferendi beneficia à summo pontifice, maior tñ remansit penes ipsum papã, de quo dixi in c.j.de rescri.Et quod dicit hic, limitat nõ habere locũ in casu c.si is, cui.eo.tit.in vj.& in casu c.si à subdelegato.eo.ti.in vj.vt abb.hic dicit.Adde alium casum in c. si duo ex tribus, eod.ti.in vj.¶† Secũdo no.ꝙ vnus delegatus põt causam subdelegare vni,ex pluribus,facit text.in cap.pastoral.in prin.& in c.prudentiã.§.illa quippe.j.eo.& quod dixi in c.quoniã abbas.§.eo.ti.† Et eodẽ modo vnus ex pluribus delegatis poterit vices suas pluribus cõmittere. vt abb.post Inn & alios hic conclu dit.† Et ad tollendum perplexitatem,in qua Doct.hic laborãt, in tali casu,considerandum est, ꝙ si vnus ex pluribus delegatis subdelegauit causam pluribus, qui facere possint maiorem partem, puta tribus,tunc maior pars attenditur c.pastoralis.in prin.de rescri.cle.fin.de iur.pat.& si dicta maior pars concordat cum altero delegato, res de plano procedit. sed si discordant, tunc dubium est an habeat locum text.in c.fi.de re iud.vbi ad delegantẽ recurritur,qñ duo delegati diuersas proferunt sentẽtias. abb.& Doct. hoc non declarant.sed tamen videtur ꝙ habeat locum tex.in d.c. fi.quia illa maior pars subdelegatorum representat alterum delegatum,& videtur verũ dicere,ꝙ delegati discordant,& ideo text. in d.fi.videtur habere locum.Secundus casus est, qñ alter delegatus subdelegauit vices suas duobus,quibus discordantibus, maior pars non potest considerari, tamen ex paritate rationis idem dicendum videtur.Nam quãdo delegati discordant, ad delegantem recurrit,quia ipsi non habent iurisdictionem insolidum. Ista ratio etiã militare videt in duobus subdelegatis, & quia regulariter illud,† quod statutũ est in delegatis, etiam in subdelegatis intelligitur c.statutum.§.in nullo.de rescri.in vj.& no.abb.hic, in gl. & facit quod not.abb.in d.c.fi.colum.iiij.ver.ego vero. de re iudi. Et ideo isto casu discordantibus subdelegatis, recurritur ad delegatũ,qui subdelegauit.Et hoc intelligit,qñ sibi aliquid de iurisdictione reseruauit,si vero in totum vices suas cõmisit, ad primum delegantẽ recurrendũ erit, prout in appellatione diffinitur in c. super qõnũ.§.porro.j.eod.& ita concludendũ videt. ¶ Vltra abb. hic, ex isto text.colligitur,ibi, vt laboribus partium, & expensis, † ꝙ subdelegatio certe partis causæ,aliqñ fit, vt pareat laboribus, & expensis partiũ.facit tex.in c.super qõnũ, in prin.& in §.porro. in fi.j.eo.in c.vt litigantes. de offi.or.in vj.Et per hoc infert fm Pe. de Anc.prout And.Sic.hic refert, † ꝙ si episcopus latã habet diecesim, & velit cognoscere in loco multũ remoto à partib9,ꝙ partes põt petere vt causa cõmittat in loco propinquo.† & si hoc denegetur,appellari põt,per text.no.in l.cum post sniam.C.de app.& idem dicit Pet.de Ancha.in c.nonnulli, in prin.cum si.vt tradunt Mod.ibi, &idem Andr.Sic.in consi.lij.col.vj.lib.ij.Et fm prædictã opi.Pet.de Ancha.limitatur text.in c.cum episcopus, de offi.ord. in vj.† Et adde etiã aliã limi.quia qñ causa est ardua, quæ indiget viris peritis,debet tractari in loco insigni, vbi sit copia peritorum, vt not.abb.dicit in cle.j.per illum tex.col.ij.de foro compet.

ADDITIO.

a ¶Syl.Ald. Appellationis. Adde Deci.in c.cæterum, num.7.de rescri.in c.pastor. in prin.num.20.eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum extraiudiciale expirat morte mandantis, vide num.7.*
2 *Mandatum iudiciale expirat morte mandantis.*
3 *Mandatum substituti expirat morte substituentis, limita nu.5.*
4 *Subdelegatio expirat morte subdelegantis.*
6 *Mandatum factum à tutore, & pupillo, an morte tutoris expiret.*
8 *Mandatum in quo expressè dictum est, ꝙ duret post mortem, an transeat ad hæredes, num.9. & num.12.*
10 *Cautela, vt mandatum duret post mortem, siue hæreditas sit adita, siue non.*
11 *Procurator quis dicitur.*
13 *Hæreditas iacens representat personam defuncti.*
14 *Bona vacantia quando dicantur.*
15 *Mandatum duraturum post mortem potest ab hærede reuocari.*
16 *Integra res non dicitur post citationem in mandato iurisdictionali.*
17 *Integra res dicitur ante litem contestatam nu.19.*
18 *Satisdatio præstita à domino de iudicato soluendo, facit ꝙ res non iudicatur integra, & mandatum non extinguatur per mortem.*
20 *Gratia non expirat per mortem cõcedentis, etiam si solo verbo sit facta, nu.21. nisi facta sit per viam simplicis commissionis. nu.22.*
23 *Iurisdictio ordinaria non expirat morte concedentis.*
24 *Ordinarius iure proprio facit, & non recognoscit concedentem, & ab ordinario non appellatur ad superiorem concedentem.*
25 *Iurisdictio delegata qualiter cognoscatur ab ordinaria.*
26 *Clausula, facias auctoritate nostra. importat delegationem, si sit apposita in principali dispositione. nu.27.*
28 *Iurisdictio delegata à lege, differt à iurisdictione delegata ab homine.*
29 *Iurisdictio delegati qualiter perpetuetur.*
30 *Præparatoria non faciunt ꝙ res dicatur cœpta.*
31 *Citatio est principium actionum instituendarum.*
32 *Iurisdictio delegata quòd extinguatur per mortem.*
33 *Iurisdictio non radicatur in persona delegati per exercitium iurisdictionis.*
34 *Delegatus semper facit nomine delegantis.*
Delegatus habet vsum iurisdictionis.
35 *Mandatum, quando morte mandantis extinguitur, id ideo fit, quia cessat voluntas, non tanquam reuocatum sit.*
36 *Delegati ad vniuersitatem iurisdictio an expiret morte mandantis.*
37 *Ius speciale potentius est, quàm generale.*
38 *Iurisdictio ordinaria non expirat morte concedentis.*
39 *Delegatus ad vniuersitatem subdelegat.*
40 *Delegatus à principe subdelegat.*
41 *Delegati à principe iurisdictio expirat morte delegantis re integra.*
Mandatum quando morte mandantis expiret.
Præceptum quando expiret morte præcipientis.
42 *Iudex si mandat aliquem mitti in possessionem per nuncium, an morte mandantis mandatum nuncio expiret.*
43 *Nuncius videtur facere ex mandato iudicis.*
44 *Præceptũ non differt à cõmissione, quando cõmissio fit habenti aliàs potestatẽ.*
45 *Præceptũ dicũ quoties quis maior mãdat aliquid minori quoquo modo mãdet.*
46 *Iussus expirat morte iubentis.*
47 *Mandatum eligendi cum consilio Sempronij durat etiam mortuo mandante.*

Relatum. ¶ Summat, & diuidit, vt p abb. hic. ¶† Primo no.ꝙ sicut mandatum extraiudiciale re integra expirat per mortẽ mandantis. [a] l.mandatum.C.mand.in cle.fin.de procu.cum si.† ita etiam mandatũ iurisdictionale, vt hic,& idem abb.in c.licet vndiq;.j.eod.& istã æquiparationem facit [b] text.in l.& quia.ff.de iur.om.iud.Et not. Inno.in c.in nostra.de procu.cum si.vt tradunt Mod.hic, & Alex. in d.l.& quia. Et adde † ꝙ ista æquiparatio etiam procedit in substitutis.nam sicut morte mandantis expirat mandatum,ita etiam morte substituentis, expirat mandatum substituti, vt not.Old.in consi.cxxx.omissa prolixitate facti, col.ij.† Et idem est in morte subdelegantis,quia expirat mandatũ subdelegati c.licet vndiq;.j. eo.Et ista conclusio [c] procedit, quando quis iure proprio substituit, vt quia procurator sit effectus dominus litis per litẽ cõtesta. vel in delegato,qui habet potestatẽ subdelegandi à lege c.pasto. in prin.& c.fin.j.eo.† Secus vero, si sit data potestas substituendi, quia tunc non attenditur mors substituentis, sed mors principalis,vt not.Car.concludit in cle.fi.col.fi.ver.xv.quæro,ibi, ego aut, de procur.& idem voluit Rot.in deci.xxxiiij.si aliquis constitutus de procu.in nouis. & Ro.in l.ij §.sed & si quis, colum.ij.ver.quid autem.ff.de don.† Et si mandatum factum sit per tutorem, & pupillum,an morte tutoris expiret mandatum. Et quid de prælato, & capitulo. no.Imo.in l.si super epistolam.ff.de acquir.her.& Ro. in consil.cxix.in j.conclu.Et † in mandato extraiudiciali primo insistunt Moder.hic, & prosequuntur plures casus, in quibus regula prædicta non militat. Sed quia materia ista [d] non tangitur hic, nec principaliter pertinet ad istum text.videndum est

vltra

ADDITIONES.

a ¶Ald. Mandantis. Adde Alex.& Ias.in l.eius qui in prouincia,in prin.ff.si cer.pet.

b ¶Ald. Facit.Hæc tamen æquiparatio non est perpetua. vide Alex.in d.l.& quia & eundem Alex.in l.j.col.xxij.ff.de offi.eius. & vide Ro.deci.ccccxiij.fuit dubitatum vtrum procurator,in no.vbi ponit differentiam.

c ¶Ald. Conclusio,Vide Purp.in l.more.nu.109.ff.de iur.om.iu.vbi seq.

d ¶Syl.Ald. Materia ista. Ego aliàs dicebam ꝙ cum quidam rector cuiusdam ecclesiæ constituisset procuratorẽ ad resignandũ, & ante factã effectualiter resignationem mortuus esset, si ille procurator ignorans mortẽ mandantis resignasset, talis resignatio non valebat. sed beneficium dicebatur vacasse per obitum, non per resignationem. ita est gl.in cle.j.in vers. quomodolibet, de renun.per text.in c.dudum, de præben.lib.vj.

vltra Mod.hic, per Ro.in conſi.ccij.non eſt dubium, & idem Ro. late in l.ij.§.ſed & ſi quis.ff.de dona.Pet.de Ancha.in cle.j.in fi.de renun.Alex.in l.fundi vendi.col.ij.& iij.ff.de acq.poſ.& Alexan.& Mod.in l.eius, qui.ff.ſi cer.pe.& no.Bal.in cōſi.clxx.ad euidentiā. li.j.Non omitto tamē vnū caſum inter alios, in quo Moder.hic di 8 cunt,† ꝙ mandatum tranſit ad hæredē, videlicet qñ expreſſe in mandato dicitur,ꝙ duret ēt poſt mortem,vt voluit not.Ang.in q. Aſtenſis miles.col.j.cum ſi.vt tradūt Mod.hic, & Ro.in d.cōſi.ccij. & Bal.in d.cōſi.xlix.vbi magiſtraliter loquit̄. Et prædictam cōclu. ſequitur Cor.Peru.in conſi.lxxxvj.circa prin.col.fi.lib.iiij.& Sozi. 9 in conſi.lxxxvij.in præſenti conclu.in princ.† Et prædicta conclu. procedit,dummodo ille,qui mādauit,decedat cum hærede,aliàs ſecus, & no.Ang.dicit in d.diſpu.col.j.per textum . in l.j.ſecundū vnam lec.C.de act.& oblig.& ibi refert ꝙ ita de facto vidit iudicari Florentiæ, & ſequuntur Rom.& Alex.in d.l.fundi venditor, & Sozi.in d.conſi.lxxxvij.& in alio cōſi.lx.in præſenti.col.iiij.Et ideo 10 Florentiæ vtuntur hac cautela, † ꝙ procuratores conſtituuntur duraturi poſt mortem,hoc expreſſo,ꝙ mandatum duret,ſiue hæreditas adita ſit, ſiue non, & dato ꝙ quis decederet ſine hærede. Sed tamen aduertendum eſt,quia talis cautela, & talia verba nihil videnē operari.Eſt enim cōſiderandū,ꝙ quando quis moritur 11 ſine hærede,videtur impoſſibile,ꝙ quis ſit procurator eius.† nam ꝓcurator dicit̄, qui aliena negotia mandato dñi adminiſtrat l.j.ff. de ꝓcu.& hoc verificari nō poteſt, qñ quis moritur ſine hærede, quia non ſunt negotia defuncti, cuius morte omnia ſoluuntur.§. deinceps . in auc.de nup.Nec etiā dicuntur negotia hæreditatis, 12 quia dictū Ang.intelligitur,qñ non eſt hæreditas iacens,† vt quia apparet,neminē velle eſſe hærede, vt quia facta diligenti inquiſitione,& citatis his, quos cauſa ꝓxima ſucceſſionis tangit, nullus inuenit̄,qui velit eſſe hæres, iuxta practicā quam not.ponit Bart. 13 poſt gl.in l.ſancimus.§.quos aūt.C.ad Treb.† aliàs vero ante qͣ ā hoc appareat,eſſet hæreditas iacens, quæ repræſentaret perſonā defuncti l.hæreditas.ff.de acq.re.do.l.cum hæreditas.C.depo.vbi Bar.& propter illā repræſentationē duraret mādatū poſt mortē. Sed qñ non eſt hæreditas iacens, quia apparet neminē velle eſſe 14 hæredē,† & tunc incipiunt bona eſſe vacantia, ad neminē pertinentia, ante,q̄ occupentur l.j.§.an bona.ff.de iur.fiſ.Et ex his infertur,ꝙ quāuis dicatur,ꝙ duret mandatū poſt mortē, ſiue adita ſit hæreditas,ſiue nō, & etiā ſi quis moriatur ſine hærede, ꝙ talia verba nihil operantur. Nam aut hæreditas eſt iacens, aut bona ſunt vacantia,vt dictum eſt.ſi hæreditas eſt iacens, durat mandatum,dato ꝙ non ſit dictum,ſiue adita ſit hæreditas,ſiue non. Aut bona ſunt vacantia, & nō poteſt cōſtituens facere, ꝙ duret mandatum, quia natura mandati repugnat, & ſubiecta materia non patitur,per ſupra dicta . Nam non pōt facere ille, qui mandauit, quin leges habeant locū in mādato ſuo l.nemo poteſt.de leg.j.& ideo illa practica Florentinorū nihil operatur, & ita aliàs dicebā 15 Florentiæ.† Et caſu,quo quis decedat cum hærede,durat mandatum,vt dictū eſt, ipſe tñ hæres poterit mandatū reuocare l.fundi venditor.§.itē ſi amicus.ff.de acq.poſ.vbi Alex.hic limitat tribus modis, & no.Ro.in conſi.ccij.§.alle.Et ſupradicta conclu.etiā aliter limitatur, vt ſing.tradit Pau.de Ca.in l.fi.per illū tex.ff.ſol.ma. 16 & ſequit̄ Sozi.in cōnſi.clxxij.multū abunde.col.vj.¶† Succeſſiue abb.hic dicit,ꝙ in mandato iuriſdictionis,res deſinit eſſe integra a per citationē,ᵃ ita ꝙ per mortē delegantis non expirat iuriſdictio 17 delegati c.prox.c.fi.in fi.de offi.deleg.† Sed in mandato procuratoris ad iudicia, res integra dicitur ante lit.conte.vt per gl.in cle. fi.de procu.in ver.eccleſia. Et huius diuerſitatis rationē adducit Bar.in l.more.col.iiij.ff.de iur.om.iu.facit quod no.Bar.in l.ſi pluribus.de leg.j.dum ibi loquitur de preoccupatione iuriſdictionis. 18 & quod tradit Car.in cle.fi.in j.q.de procu.¶† Notandum tñ eſt, ꝙ etiā ſatiſdatio præſtita à dño de iudicato ſoluendo, facit ꝙ res nō dicatur integra,& mandatū nō extinguitur per mortē, vt no. Bar.in l.ſi defunctus.per illum tex.ff.de procur.vbi Bar.dicit iſtud eſſe mirabile,& no.etiā Bart.in l.ſi acceptolatū . in prin.ff.iud.ſol. Bal.in l.mandatū. in ij.opp.C.man.& Car.in d.cle.fi.col.iij.in ver. 19 opponitur.de procu.† In mandato vero extraiudiciali, qñ res dicatur eſſe integra,ita ꝙ per mortē expiret mandatum,no.per gl. in.§.recte.inſti.mand.cum ſi.vt tradit ibi Ang.Aret.& Alex.in l.ſi 20 pecuniā.ff.de cond.ob cauſ.¶† Subſequēter abb.dicit,ꝙ iſte tex. nō habet locū in gratia, quæ nō expirat per mortē cōcedentis c. ſi cui, de præb.in vj.c.ſi ſuper gratia, eo.tit.in vj.& no.Bal.in l.hu- 21 manū.in fi.C.de legi.vbi inquit,† ꝙ ſi poſt gratiā factam,etiā ſolo b verbo,Papa moriatur, gratia non expirat,ᵇ de quo dixi in rub.de conſti.col.pe.& no.Do.poſt Arch.in proe.vj.in ver.vniuerſitati.in 22 prin.Bal.in l.falſus.col.xij.C.de fur.† Et iſta cōclu.intelligitur, qñ per viā gratiæ aliquid concedit̄.ſecus ſi per viā ſimplicis cōmiſſio- c nis,ᶜ vt no.Io.An.in addi.Spec.in tit.de lega.in materia diſpenſationis.in §.videndū,ver.quid ſi is, & Io.An.& Ant.de But.in c.ex tua. de fil.pſb.Itē quod dr̄ hic, ꝓcedit in iuriſdōne delegata,put 23 loquit̄.† ſecus in ordinaria,q̄ radicata eſt in perſonā eius,cui cōcedit,iō illa nō expirat morte cōcedentis,vt abb.hic dicit.Et ad hoc 24 facit, q̄a ordinarius iure proprio facit,† & non recognoſcit cōcedendē . ideo ab ipſo ordinario non appellatur ad ſuperiorē concedentē, vt no.Ang.Are.poſt Cum.in l.j.in prin.ff.de app.& dixi in rub.de app.circa fi.¶Quomodo aūt iuriſdō delegata cogno- 25 ſcatur? abb.concludit,† ꝙ ſi princeps,lex,vel conſuetudo iuriſdictionē tribuit ſuper caſtro,vel ciuitate,vel ſuper vniuerſitate cauſarū,videt̄ cōcedere ordinariam.& no.Bar.in l.& quia.de iur.om. 26 iud.cū ſi.vt Alex.tradit in l.more. col.v.de iuriſ.om.iud.† Et prædicta cōcluſio limitat̄,niſi dicat̄,facias auctoritate noſtra, quia tunc d videt̄ data iuriſdō delegata,ᵈ vt abb.hic dicit. & Bart.in locis praealle.& no.Mathe.in no.xc.not.ꝙ vbicunq; cum ſi.vt Alex.tradit. in l.j.§.opus.ff.de oper.no.nū.& abb.in c.licet.col.ij.de off.or.cum 27 ſi.vt late cōgerunt Mod.ibi.† Et hoc ſane intelligit̄, qñ dicta verba apponunt̄ in principali diſpoſitione, vt quia dicit̄ cognoſcas e auctoritate noſtra.ſecus ſi in executione ᵉ actus apponunt̄, argu. cle.j.in prin.de præben.& ita no.dicit Ant.de But.& Imo.in c.qm̄ abbas.§.eo.& Alex.ſequit̄ in d.l.more. col.iij.& ad hoc plura ſimilia proſequunt̄ Mod.in d.c.licet. q̄bus adde no.dictū Bal.in addi. Spec.in tit.de inſtr.editi.col.fi.quod ſequitur Alex.in l.quæ dotis. col.vj.in ver.ſeptimo fallit.ff.ſo.ma.& quod no.Cor.Peruſ.in conſi.ccxxi.ij.in hac cōſultatione. col.iij.lib.j.vbi refert Alex.de Imo. cōſuluiſſe.Et vltra abb.hæc regula, quæ ponitur hic,limitatur nō ꝓcedere in caſu c.ne aliqui.de hære.in vj.& in caſu . cle.fi.de procu.cum ſim.vt tradunt. Ang.& Mod.in l.& quia.ff.de iur.om.iud. Quibus adde ꝙ iſta regula procedit in iuriſdi.delega.ab homine. 28 † ſecus ſi ſit delegata à lege, vt not.abb.poſt alios ſcribit in c.irre- 29 fragabilis §.cæterum . col.ij.de off.ord.¶† Quomodo aūt iuriſdō delegati perpetuari dicat̄?abb.refert varias opi.ſed ipſe cōcludit, f ꝙ citatio ᶠ oīno requirat̄,per tex.in c.ſeq.& in c.fi.de off.dele.in fi. vbi expirat iuriſdō,ſi citatio nō prçceſſit,vt latius per eū hic,&idē tenet gl.in c.licet,vndiq;.j.eo.cū ſi.vt tradit Alex.in l.more. col.ix. ver.ſed ꝙ requiratur citatio, & ibi atteſtat̄ iſtā eſſe cōem opinio. ☞ Et idē dicit Imo.in l.ij.§.ſed & ſi quis.ff.de don.Hoſt.tamen in d. c.licet,quē abb.hoc refert,tenet,ꝙ nō requirat̄ citatio,ſed ſufficit ꝙ delegatus aliter ceperit vti iuriſdōne, & iſtā opi.pleriq; ſequuntur,quos Alexand.refert in d.l.more.And.Sic.& Mod.hic.& dicit Ant.de But.hic, ꝙ Legiſte,& Cano.cōiter tenent iſtam opi.Non obſtant iura allega.per abb.hic,quia licet per citationē iuriſdictio delegati

ADDITIONES.

a ¶Ald. Citationem . Ita ſe habet cōmunis opi. vt plene Purp. in l.more.nu.111.ff. de iur.om.iu.quinimo fuere, qui voluerūt ꝙ per cōmiſſionem ſolam citationis, quod cōmuniter damnatur, vt dicit Alex.ibi, quāuis Aquē.& Purp.oſtendant cōtraria eſſe cōmunem.Illud tñ notandū eſt,ꝙ ad hoc , vt perpetuata ſit iuriſdictio,nō requiritur relatio citationis,ſatis enim eſt,ꝙ ſit executa , quāuis delegās moriatur ante relationem . Sozi.in rubric.C.de in ius vocan.intellige etiam de citatione valida,vt declarant omnes in d.l.more.præſertim Purpu.nu.114.Fel. in c.ex tenore.col.iij de reſcri.Ro.conſi.ccccxij.pro habenda.

b ¶Expirat.Adde eundem Deci.in rub.de conſtit col.vj.in j.lectu.in c.paſtor.nu.12. de reſcrip.

c ¶Hier.Gig. Commiſſionis. Adde circa hoc Gondiſal.de villa diegho.Sacri palatij apoſtolici cauſarum auditorē , in trac.ſuo de legato.in xvj.q.inci.ſextodecimo quęro,in ver.ſed quçritur,vbi examinat illā quęſtionē.videlicet vtrum mortuo Papa expiret poteſtas legati eius,quo ad ea,quæ ſunt legato cōceſſa,vltra facultatem ſibi à iure traditam . vbi allegat Specu.Io.An.& Ant.de But.in locis allegatis hic per Deci.quem quidē tractatū nunquā videram , quia vt eſt ſingularis, & aureus,ita etiā eſt rarus.ſed illū mihi oſtēdidit pręteritis diebus,dum vacaret ſedes morte Leonis.x.Pontificis maxi.Reuer.Do.Dñs Altobellus Auerold.Brix. Epiſcopus Pollen.S.D.N.& ſanctę Romanæ Eccleſiæ per totum Venetorū dominiū legatus,cū auctoritate legati de latere.Vir nō minus ſanctitate , religione,q̄ grauitate,prudentia,ac huiuſce, & noſtræ aliarumq; ſcientiarū cōſpicuus , atq; ꝑclarus,cui ob ſingulares,& ingenuas animi ſui dotes, plurimū obſtrictus ſum.

d ¶Syl.Ald. Delegata.Duplex eſt quęſtio,an iſta verba faciant iuriſdictionē ordinariam,vel delegatā.prima,ſi cōcedatur iuriſdictio his verbis,nullam habentibus iuriſdictionē. altera ſi habenti ordinariā cōceſſa ſit , adiectis ſimiliter his verbis, vtroq; tñ caſu dr̄ delegata Alex.& Iaſ.in l.j.§.ſi q̄s ſimpliciter.ff.de ver.ob.& an tali caſu iudex poſſit ex vtraq; iuriſdictione ꝓcedere decla.Fel.in c.cū ex officij col.viij.ver.circa gl.in no.de præſcr.& ſi tñ cōſtat ex qua ꝓceſſerit,an.ſ.ordinarius,vel vt delegatus, ex qua iuriſdōne cenſendū ſit ꝓceſſiſſe . vide Alex.cōſi.lv. qm̄ corā prçſtantiſſimis.li.v.q̄ recuſat.Purpu.in l.more.ff.de iur.om.iudi.nu.47.

e ¶Syl.Ald. Executione . Adde Iaſ.in l.ex pupillari.ff.de vulg.& pup.in l.ius autem ciuile,col.j.ff.de iuſt.& iur.Cur.ſen.conſi.v.col.xxxv.verſi.x.

f ¶Citatio. Ita ſentit Deci.hic,& hæc vera indiſtincte . Et ſic non eſt differentia inter leges,& canones,licet videatur communis opinio, ꝙ ſecundū canones ſufficiat commiſſio citationis . vt tenet Fely.in c.ſeq.Deci.in l.ſi pluribus . de leg.j.deci. Thol.cccxlj.& ibi Stepha.auferri.Et quamuis poſtea Philip.Dec.diſtinxerit in l. more.nu.48.ff.de iuriſdi.om iudi.& quāuis idem Deci.in c.ſeq.nu.2.ſequatur cōmunem errorem . Sed ꝙ nō ſit differentia inter leges,& canones,ſed ſufficiat, & requiratur citatio. tenet Egi.bellame.j.de offi.lega.c.fi.nu.9.& bene.nō aūt requiritur citationis relatio,ſed ſufficit executio.Sozi.in rub.C.de in ius voc.

95 dictum Inn.in c.prætera,de dilat.†qđ Abb.hic adducit,ꝙ citatus non teneť cōparere,qñ citatio prima facie iniusta apparet,fm regulam,licet in aliquo casu iustificari possit,& no.Bar.in l.ij.col.fi. ff.si quis in ius voc.non ierit.cum si.vt tradũt ibi Alex. & Moder. &idem Mathes.in not.xx.non quod sententia.Abb. per illũ tex. in c.constitutus.in princ.de elec.in primo no.idem Abb. in c.j.de cleri.non resid.in col.fi.Ant.de But.in c.fi.col.fi.de libel.obl.Alexan.in l.ex diuerso.§.si iudicio.colum.iij.ff.sol.matri. & dixi in c. super eo.el ij.in cap.consuluit. el j. de appel. Et ista conclusio videtur posse limitari non procedere in materia, in qua iudex haberet arbitrium recedendi à iure, quia tunc valet sententia contra regulam iuris,dato ꝙ in sententia causa non exprimatur, propter quam iustificari debeat.ita not.Aret.dicit in l.si is,ad quem. col.viij.ver.vj.adde.ff.de acq.hære.vbi ad hoc alleg.dictum Bart. quod ipse ita interpretať in l. quid ergo.§.pœna grauior. col.ij.ff. de his,qui not.infa.& in l.relegatorũ.§.ad tps.ff. de interd. & re-

96 leg.†& in l.quod ad statum.ff.de pœn.vbi Bar.voluit ꝙ valet sententia iudicis minuentis pœnam,quę imponitur à lege,licet causa non exprimatur,q.a fm Aret. in tali mã iudex habet arbitriũ. & de hoc dixi in c.consuluit.el j.de app.Et facit qđ not. Bar.in l.j. ff.de sol.cum si.vt tradit Alex.in consi.cij.super primo.col.v.lib.ij. Et hoc intelligitur quantum ad validitatem sententiæ, prout lo-

97 quitur Bar.d.§.pœna grauior.† Sed ad iustificandum factum iudicis,ne teneatur in syndicatu, bene tenetur iudex causam exprimere,ēt in arbitrarijs,vt no.Bar.per illum tex.in l.Lucius.ff.de his, qui notantur infamia.¶In iij. q. glo. Abb. primo concludit

98 †ꝙ si lata sit sententia à iudice pęnitus ĩncompetēti, ratificari nō potest.& idem Bald.concludit in l.obseruare.§. post hoc, in vj.q. ff.de offi. procon.& Bar. in d.l.obseruare.in fin. dicit, quòd talis sententia ēt cōsensu partium ratificari non potest,quia quod nullũ est ratificari non pōt.& ad hoc est glo. in l.licet.ff.de iudi. & ibi Bar.qui alleg.Innoc.hic,&idem Bal.ibi sequitur. & Alexan. in l. eius qui,in gl.in ver.cōpetere.ff.si cer.pet.vbi inquit ꝙ omnes ita

99 dicunt ꝙ illud,†quod nullum est,ratificari nō potest. & idē Alex. in consi.cxxiiij.in causa,& lite.col.pen.lib.ij.& in consi.lxxviij. viso.col.antepen.lib.v.& idem Bal.in l.j.colũ.pen.ver. quæro nunquid sententia.C.si à non cōp.iud.in l.j.in princi.C. ad Maced.& Pet.de Anch.in regula ratum.col.fin.de regu.iur.in vj.Abb.in c.j.

100 col.antep.ver.& aduerte.de re iud. Et ad hoc facit † ꝙ sententia, quæ lata est tempore feriato, non valet,¦& ideo ratificari non potest. vt not.Bal.in l.si feriatis.versi.extra quæro.ff.de fe. cum simi.

101 vt Alexan.scribit in l.j.in prin.colum.fi.ff.de ferijs.† Sic etiam iudicium agitatum per filiumfam.sine consensu patris cum sit pęnitus nullum,ratificari non potest. vt not. Iacob. But. in l. fina.§. vbi autem.C.de bonis,quæ lib.& Angel. refert, & sequitur in l. licet.ff.de iud.& no. per glo.& Doc.in l.fin.§.necessitatei.C. de bonis, quæ libe.& per Bald.in l.si quis.§.iussum.ff. de acquiren. hæ-

102 re.& de materia Rom. late insistit in consi. iiij. visis. Et†prædicta conclu.limitatur non habere locum in summo Pontifice,qui sententiam nullam ratificare, & confirmare potest, vt no.Abb.post Inno.hic. & hoc dictum pro notabili sequitur Angel.in d.l.licet, dicens ꝙ Legiste,hoc non ponunt.& ad hoc alle.tex.in l.adoptio non iure facta.ff.de adoptio.facit.quod no.in c.j.de translac. & in terminis hoc idem Bald.dicit in l.rescripta.col.iij. versi. item ratificat.C.de prec.impe.offeren.& est glo fi. in c.nullus alterius.ix. q.ij.¶Secundo,conclusio.s.dicta,ꝙ sententia nulla ratificari non

103 possit,intelligitur†vt valeat tanquã sentētia, sed vt valeat in vim

d pacti ratificari pōt,[d] vt per glo.in l.ij.C. communia vtriusque iudi.& not.Bart.in l.prima.C. qui pro sua iurisdictione. Bald.in l.si diuersa

ADDITIONES.

a ¶Solus. Vide Ias.in consi.cx.in fi.lib.j.

b ¶S. Ald. Possit. Solent tñ prudentes testatores adhibere in testamentis suis singulare remedium, vt executoribus. s. constitutis, debet illis licentiam exequendi insolidum.arg.c.religiosus.§.fi.de test.lib.vj.ita tenet Spec.in tit.de instru.edit. §.nunc vero aliqua ver.notandum quoque.Soz.consi.xj.circa pñtem.Calc. con si.cij.pro parte.Ioan.dilectus in tract.de arte testa. in titu. de tutore. & executore caut.viij.

c S.Ald. Iudicibus. Idem in c.pastoralis.in j.no.de rescri.vbi addidi.

d ¶S.Ald. Potest. Vide eundem.s.in c.de causis,col.vj.eo.tit.in cōsi.488.col. pen.

diuersa.col.pe.C.de trãsa.& Abb.in c.significasti, col. pe. de foro
compe.cum simi.vt late tradunt Mod.ibi col.iij. quorum dictis
adde Roma.in consi.clxxiij.ꝑ decisione.in fin.& in cõs. clxxv. di-
ctum vltimum.col.ij.Bald.in c.ex parte decani.col.iij. versi. quæ-
ro falsus procurator.de rescrip.in rub.s̃.eo.tit.col.fi.vbi ita limitat
conclusionẽ nram hic.& idem Abb.in cõs.xcij. ꝯ sententiã. col.j.
lib.j.& in cõs.lxij.in controuersia.col.ij.lib.ij.Alex. in cons. cxxiij.
discussis,col.v.lib.j.& in ꝯs.xxxij.oportune.col.ij.lib.ij.& idẽ Alex.
in l.qđ iussit,col.fi.ff.de re iudi.& ad supradicta facit quod tradit
Pet. Anch.in cõs.cxxij.vnus ex procuratoribus. ¶ Secunda con-
clusio principalis Abb.est,quando iudex non est omnino incom
petens,vt in terminis quæstionis glo.& Abb.cõtra Inno. conclu-
104 dunt† ꝙ processus agitatus coram duobus ex tribus, non valet ꝑ
istum tex.& idem tenent Car.& Imo.post Host.hic cum si.vt tra-
dit Alex.in l.si per errorem.ff.de iurisd.omniũ.iud. & idem sequi
tur Fulg.in cons.clxvij.nisi,in primo dubio,& facit tex.in ca. cum
105 causa.j.eo.Et notandum est incidenter,dictum Inn.hic,† ꝙ quan-
do forma respicit priuatam vtilitatem partium,illi renũciari po-
test.& idem not.Abb.per illum text.in cap.fin.§.his autem,in ij.
not.j.eo.& idem Abb.in c.super quæstionum.§.verum.& in c. cũ
olim.el.j. col.fin.j.eo.titu. & hoc idẽ not.Bar.per illum tex.in l. fi-
106 lio ꝑterito.ff.de iniusto rupto †.Et ista cõclusio procedit.ẽt si clau
sula decreti apponaẽ.vt declaraui in c.cum accessissent.col. iij.de
107 consti.¶ In gl.in verbo,nuncium,concludit† ꝙ nũcius debet esse
a probatæ fidei[a].& cũ literis destinatis.Et ꝓ ista opi.facit, q̃a illud
verbum,literatoriæ,vr̃ referri ad nuncium,& excusatorem, de q̃
108 bus loquitur.q̃a qualitas adiecta post duo verba, †ad vtrũque re-
ferri debet.vt notat Bar.per illum tex.in l.doli verbum.in prin.ff.
109 de ser.corru.vbi inquit ꝙ si statutũ dicit,† ꝙ si aliquis fecerit sic, de
nocte,illa qualitas,de nocte,refertur ad omnia præcedentia. Sed
tamen in contrarium facit.q̃a si portat literas, illis standũ est, &
qualitas nuncij vel executoris non debet cõsiderari,vt Abbas hic
110 dicit.†Et hoc cõfirmatur,q̃a tex.alternatiue loquiẽ,per certũ nũ-
cium vel excusatorem literatoriæ destinatũ. ideo sufficit ꝙ hoc in
altero verificeẽ c.inter cęteras.de rescrip.& regula in alternatiuis
de reg.iur.in vj.Et per hoc respondetur ad dictũ Bar. in d. l. doli.
verbũ.q̃a loquitur Bar.ibi copulatiue,& est eadẽ ratio.secus vide
tur in nõ casu,vbi tex.alternatiue loquitur. & non est eadẽ ratio
ꝙ illud verbum.literatorię, & ad vtrunque referatur.& hoc in si-
mili casu probatur in c.cum singula.in prin.de præben.in vj. ibi,
prioratibus,vel ecclesijs curam animarũ habentibus. Nã illa ver-
b ba,curã animarum habẽtibus,nõ referuntur ad prioratus[b].cle.j.
in fi.de supplen.neglige.præla.& ibi glo.penul.& Imo.post Ant.
de Bu.quem ibi refert.& hoc idẽ tradit Alex. ĩ ꝯs. ccxiiij.visis.col,
111 fi.lib.ij.†Et de qualitate,& fide nuncij.dixi ĩ c.cũ parati.de appel.
¶ In gl.in ver.ostenderit,ibi, suis expensis vnire non tenetur col
112 ligitur† ꝙ delegatus q̃ debet accedere ad aliquem locum,à prin-
cipio debet habere expẽsas à partibus.Host. hic tenet contrariũ
q̃a hoc modo ꝑ indirectũ posset negligere mandatum papæ. Et
q̃a cũ ad huc expense nõ sint certe,illas petere non põt.vt Abb.
hic refert.Et ipse cõcludit dictũ glo.procedere, quãdo iudex es-
set impotens,q̃ suis expensis nõ posset inter arripere. Sed tamẽ
113 dictũ gl.indistincte verius vr̃.q̃a† delegatus debet habere expen-
sas victus a partibus.c.cũ ab omni,& ibi,glo.de vita & hone. cle-
114 ri.& est text.in statutũ.§.insuper.de rescri.in vj.† & q̃a non debet
suis stipendijs militare.c.cum ex officij.de præscri. Non ob. quòd
hoc modo videretur negligere mandatum papæ,vt primo dice-
bat Host.quia ex quo pars nõ prouidet sibi de expensis,quas pe-
tit,non videtur stare per eum argu.l.iure ciuili.ff. de cond. & de-
mon.Non ob. ꝙ non sunt certe.q̃a non debet petere illas in to-
tum,sed prout successiue expendit.& absurdũ vr̃ ꝙ de suo expo-
neret,& postea repeteret.Et hoc,qđ dictũ est, intelligiẽ qñ dele-
115 gatus expensas petit.†q̃a nõ debentur, nisi petantur.vt per glos.
not.in c cupientes.§.si vero.in ver. contempserunt.de elec.in vj.
quã pro not.alle.Bal.in l.vnica.col.ij.in prin.C. ne li.ĩ vna ea.cau.
tertio prouo.& ad prædicta facit gl.in c.statutũ.§.insuper.in vers.
116 moderatus.de rescrip.in vj.†Et no.gl. hoc ꝙ nõ sufficit ꝙ delega-
c tus sciat impedimentum alterius, sed debet sibi intimari[c] vt hic
facit glo.in l.nec ambigi.C.de dona.cum si.vt tradit Rom. in cõs.
ccxcv.donatio.& in consil.cciiij.pro discutienda veritate.in tertio
dubio,Et facit qđ dr̃ de venditore.cui denuntiandum est, licet
117 sciat litem motam† esse emptori.vt not.Bar. in l. denunciasse. in
prin.ff.de adul.& Abb.post Host.& alios in c.fi.de emp. & vend.
cum si.vt tradit Alexan.in cons.xxiiij.inspecto processu.col.ij.lib.
118 iiij.& dixi in cons.lxxiiij. ¶ † Vltimo Abb. concludit ꝙ si tertius
ex tribus iudicibus in veritate impeditus sit,sed alijs duobus non
constat de impedimento tempore processus, non valet senten-
d tia,[d] quia ignorabant fundamentum potestatis suæ. vt in simili
Bar.in l.multũ.ff.de cõdi.& demõ.cũ si.vt tradit Alex.in l.sed si de
sua.ff.de acq.hær.& late Peru.in c. cũ parati.de appel.cuius dicta
reassumunt Mod.in d.l.multũ.de ꝯdi.& demõ. & dixi in c. qm̃ ꝯ.
in xiij.col.de prob.Est verum ꝙ in casu de quo hoc quæritur. Io.
An.in reg.eũ qui, de reg.iur.in vj.tenet ꝯriũ,q̃a in isto casu nõ tra
ctaẽ de dãdo iurisdictionẽ,sed de remouẽdo impedimentum. &
hoc sequitur Bal.in l.falsus.col.ix.ver.circa secundũ. C. de fur.&
Dom.post Archi.in c.cũ in plures.col.ij.eo.ti.in vj. cum si. vt tra-
dĩt Mod.in c.sciscitatus.de rescrip.sed tñ verior vr̃ opi.Abb.hic,
quã tenet Bal.in d.l.multũ,in fin.vbi alle.tex. hic vbi est casus, &
hoc cõiter teneẽ,vt dicit Ro.in sing.xiij.si cã committiẽ.Et ad hoc
ẽt est tex.in c.sciscitatus.de rescr.in ver.dũmodo. Ad quem tamẽ
respondet.Io.An.in d.regu.eũ qui,ꝙ loquiẽ de impedimento in-
cõmoditatis,vel aliàs euitabili.secus est in impedimento necessa
rio.& ita sequuntur Mod. in d.c.sciscitatus. Sed certe hoc videẽ
ꝯ illum tex.ibi,dũmodo is,qui de necessitatẽ præsens esse nõ po
test.& sic vr̃ loqui de impedimẽto necessario. Et q̃a vr̃ se referre
119 ad s̃.proxi.dicta,vbi tex.loquiẽ de necessitate ineuitabili.† Et in ta
li notificatione impedimenti notandũ est,ꝙ si litera excusationis
delegati impediti,& processus aliorũ iudicũ,sunt sub eadẽ data,
e presumiẽ ꝙ executio præcesserit & not.[e] cõcludit Rot.in tit.de ꝑ-
120 sump.in vnica decisione in antiquioribus.Et ad hoc facit,† q̃a ꝑ-
sumitur illud præcessisse,quod facit actũ valere,vt in no.q. tradit
Bal.in l.cum in testõ.§.hæc verba.ff.de hær.inst.vbi inquit ꝙ si eo-
121 dem die fuit facta donatio,& emãcipatio filij, præsumiẽ† ꝙ prius
emancipatio facta fuerit vt donatio valeat.& sequunẽ ibi Ang.&
Imo.Alex.in l.ij.§.prius col.iij.de vulg.& pupil.& in consi.cxij. su
per eo dubio,col.ij.lib.v.

ADDITIONES.

a ¶S.Ald. Fidei. Ad officium nuncij tamẽ assumunẽ infames Colle. in c. cum dile-
cti.in fi.de dolo & contu.Bar.in extraua.ad repri.in ver.nuncium.Ang. de Are.
in §.quadrupli.col.v.ver.quæro an credatur,insti.de actio.& in tract. malefi.in
ver.Petro publico,& iurato nũcio.& vide Sal.in l.tres denunciationes.C.quõ,
& quando index Phil.Fran.in c.cum teneamur.col.fin.de app. de quo videnda
sunt quę ponit Augu.de Arim.in addi.ad Ang.Are.vbi supra.

b ¶Ald. Prioratus. Idem in c.consuluit.in j.no.j̃.eo.

c ¶S.Ald. Intimari. Vera & cõis oĩum resolutio est,ꝙ si q̃ denũciatio requiratur pro
forma,non sufficit scientia,& idem si requiratur de substantia,aut de solennita
te,si vero non requiratur ad effectus prædictos,sed ad tm̃ inducendam scientiã,
& sufficeret.ita voluit Io.An.in addi.Spe.in tit. de procur.§. vltimo, versi. sed
quid sit debitor.Bar.in l.quidã decedens.§.fin.ff.de admĩ.tuto.Bald. in c.j.si de
feu.vasal.ab ali.interp.fue.Cuma. in consi.iiij.domina Stella.col.ij.ver cæterũ
posito,Floria.in l.Labeo.ff.de naut.fen.Dom.in consi.xxxiij.pro examinatione.
col.ij.Pan.de Ca consi.cccxxxij.super primo col.ij.lib.ij.Aret.in l.qui ante ca-
lendas.col.fi.ff.de ver.ob.Fely.in c.cũ contingat.col.v.in iiij.cõclu.de rescrip.

d ¶S.Ald. Sententia. Idem in c.ij.in j.not.s̃.eo.

e ¶Syl.Ald. Et not. Vide eũdem in c.quoniam Abb.in v. col.s̃.eo. & in c. super eo.
el ij.in j.not.de appel.

SVMMARIVM.

1 *Clausula impotentiæ uerificatur, etiam si tertius interesse non uelit.*
2 *Additione statuti facta, censentur ei inesse omnes qualitates statuti.*
3 *Conditio si nequeunti interesse, censetur accessoria, & ideo porrigitur ad causam similem.*
4 *Iudex ordinarius nõ põt se intromittere in causa, in qua papa manũ apposuit.*
5 *Delegati iurisdictio ut conseruetur debet fieri benigna interpretatio.*
6 *Dispositio facta in pluribus personis ex paritate rationis habet locum in paucioribus.*
7 *Statutum in paucioribus habet locum in pluribus.*
8 *Statutum quòd stantibus masculis fœmina excludatur, habet locum etiam stante uno.*
9 *Distributio facienda ex præcepto testatoris inter pauperes, non potest distribui in unum.*
10 *C.quamuis. el ij.de præben.lib.vj.habet locum, etiam in uno expectante.*
11 *Clausula si pro alijs non scripsimus, uerificatur etiam in uno.*
12 *Exequi quis non tenetur commissionẽ papæ cũ graui damno rerũ suarũ, nisi cõstaret de mente papæ.nu.15. si personaliter exequenda sit nu.16.*
13 *Iudicandi munus est necessarium.*
14 *Iudex quisuis negotijs superesse non potest excusatur.*
17 *Indignationis papæ pœna quæ sit.*
18 *Contemnere plus est quàm non parere.*
19 *Contumacia maior est quæ pro minima re insurgit.*
20 *Iudex ordinarius potest cogere subditum suum ad acceptandam delegationẽ.*
21 *Subditus cui causa delegata est cogitur acceptare.*
Iurisdictio quæritur etiam ignoranti sub lito, cui causa delegatur.
22 *Delegatus ante præsentationem rescripti habet iurisdictionem, licet non habeat exercitium.*
23 *Iudex recusari potest ante præsentationem rescripti.*
24 *Processus factus à partibus ante præsentationem rescripti ualet.*
25 *Executor negligens exequi mandatum papæ, non punitur ab eius collega, & quare nu.26.*
27 *Delegatus quando puniri possit ab ordinario.*

§. Adiicimus. ¶Sũmatur,& diuiditur,vt per Abb. ¶Ad declarationem tex. hic Abb. opponit,& respondet. †Et cõclusio eius, est, q̃ clausula impotentię, verificatur etiam si tertius interesse non velit. q̃a verum est dicere, s̃m eum q̃ omnes simul adesse non pñt. Nam si tu non vis me cum esse in scholis, verum est dicere q̃ ego non possum esse tecum in scholis. vt latius ipse hic prosequitur, & posteriores omnes eum sequuntur. Sed aduertendum est, q̃a s̃m declarationẽ Abb. iste tex. nihil non induceret. q̃a ante istum tex. per rationẽ Abb. idem dicendum fuisset. q̃a in effectu [a] in alijs coniudicibus iurisdictio esset cõsolidata p̃p impotentiam. & hoc vr̃ contra istũ tex. qui procedit addẽdo. vt patet ibi, adijcimus. Vnde aliter tex. hic intelligi, & declarari potest. considerando q̃ additio, quam facit text. hic, intelligitur s̃m qualitatem præcedentis dispositionis. arg. gl. not. in clem. statutum in ver. consuetudinem, de elec. per quã dicit ibi Car. i iij. opp. †q̃ si statuto facta sit aliqua additio, omnes qualitates statuti in additio. facta intelliguntur. Et ideo in proposito, cum. s̃. in prin. dictum sit. q̃ qñ apponitur clausula, q̃ si nõ omnes. constito de impedimento, statim in alijs cõiudicibus cõsolidatur iurisdictio. hoc idem videt̃, quando cõstat q̃ tertius nõ velit, q̃a casus impotentiæ trahitur ad casum voluntatis. ita q̃ sicut iurisdictio aliorum consolidatur p̃p impotentiam, ita &c̃ consolidatur immediate p̃p voluntatem. vt est casus sing. hic. Et hoc cõfirmatur, quia Papa, qui causam cõmittit, cogitat de effectu cõmissionis. videlicet vt causa terminetur. Et illa conditio impotentię, si omnes nequiuerint iteresse, videtur quodam modo necessaria† & iõ porrigitur ad casum similẽ respectu effectus, de quo agitur. vt simili no. Bart. i l. Gallus. §. & quid si tantum. col. ij. de lib. & post. per l. mulier. in prin. ff. ad Treb. & in l. iij. C. de inst. & sub. Et ista interpretatio suadetur. vt parcatur laborib. & expẽsis partium, arg. c. cum te. s̃. eo. cum si. ibi alleg. Nam si decisio istius tex. non haberet locum, esset opus redire ad Papam. †q̃a ordinarius non posset se intromittere in tali causa, ex quo Papam semel manum apposuit. vt not. Bal. in l. vt proponis. la. j. C. quõ. & qñ iudi. cum simi. vt dixi in c. vt nr̃m. de app. Et sic in isto casu cessat ratio q̃ iurisdictio delegata odiosa sit. q̃a tendit in præiudicium ordinarij. †q̃a isto casu vt dictum est, non agitur de interesse ordinarij. Et quia ad conseruãdum iurisdictionem delegati debet fieri benigna interpretatio. vt per gl. not. in c. si delegatus. in ver. morte. & ibi Dom. eo. tit. in vj. Et non vr̃ verum illud, qđ Abb. dicit, q̃ si tertius non velit interesse, q̃ verum sit dicere, q̃ omnes simul interesse non pñt. quia bene verum est, q̃ alij duo non possunt interesse cum illo tertio, qui non velit, sed absolute non verificatur q̃ omnes interesse non possunt. nam ista verba in effectu important, ac si dicatur. si vnus interesse non possit. quia impeditus sit, alij duo exequantur. & sic intellectus Abb. etiam non est verus in se, & est contra tex. vt supradictum est. & ideo clarior est intellectus, quem diximus. Et ex isto tex. in ver. idem quoque, notandum est, q̃ dispositio facta in pluribus personis. †ex paritate rationis, habet locum in paucioribus. [b] & idem econtra est, q̃ statutũ in paucioribus habet locum in pluribus. † glos. not. in cap. duobus. de rescript. in vj. in gloss. ij. & ibi Dom. ad idem gl. in c. si compromissarius. in gl. ij. ibi vbi etiam Dom. de elect. in vj. & in c. si cõtra vnũ. in gl. ij. eo. tit. in vj. Et facit iste text. pro eo, quod not. Bal. in l. j. C. de cond. inser. †vbi per illum tex. infert, q̃ si extãtibus masculis filia per statutum excludatur, etiam habebit locum vno solo masculo existente. quia eadem est ratio. secus videtur vbi esset diuersa ratio. [c] ex eo quod no. Bar. in l. j. ff. de opt. leg. vbi voluit† q̃ grauatus distribuere bona inter pauperes, [d] non potest in vnum solum distribuere. quia maior pietas videtur esse in pluribus, de quo tamen dicendum est. vt per Alex. qui alios refert in l. quartam. §. fi. de leg. j. & in simili casu not. Ang. in consil. lvj. quæ reformatio. & ad prædicta etiam facit qđ no. Dom. post Io. And. in c. j. col. ij. de rerum permu. in vers. quid si vnus, † vbi concludit illũ tex. qui loquitur in pluribus expectantibus, etiam habere locũ in vno. & quod no. Dom. in c. quanuis. el. j. col. j. de præb. in vj. vbi inquit, † q̃ illa verba, quibus vtitur Papa, si pro alijs nõ scripsimus verificant̃ &c̃ si pro vno scriptum sit. Et facit qđ no. Abb. in cõs. lxv. casus quidã Raynerius. col. ij. lib. ij. cũ si. vt dixi in cõs. l. & late tradũt Mod. in c. oẽs. leges. j. distinctione. ¶In gloss. in ver. cũ possit. nota s̃m Abb. † quòd quis nõ tenetur exequi cõmissionem Papæ cum graui damno rerum suarum. & ad hoc facit, † quia licet munus iudicandi necessarium sit. l. munerum. §. iudicandi. l. si quis magistratus. ff. de mun. & hono. si tamen iudex datus impeditus sit, †vt negocijs suis interesse non possit, excusatur. l. fin. in prin. ff. de vac. num. † & ista conclusio procedit, nisi constaret præcise de mente Papæ. q̃a tunc mandatũ omnino exequendum erit. xviij. dist. c. in memoria ita Abb. hic dicit. Quod videtur intelligendũ, qñ facta fuit cõmissio, ita q̃ † delegatus personaliter illa exequat̃. vt in c. fi. §. j. eod. tit. aliàs vero delegatus habere ptãtem subdelegandi. c. q̃uis. c. si pro debilitate. s̃. e. cum. si. ¶In gl. in ver. arguendus. Abb. post Gof. primo cõcludit, q̃ in terminis istius. §. solum iste, qui noluit exequi cõmissionem Papæ arguendus sit. q̃a agit̃ de modico præiudicio, ex quo alij pñt procedere. Et ad hoc facit q̃a illud, verbũ arguendus sit. nõ vr̃ importare q̃ puniat̃. ca. qualiter, & qñ §. & q̃a de accus. & vj. q. j. in c. oues. & in §. impuberes, inst. de suspec. tut. And. Sic. tñ hic videt̃ tenere contrarium. quia text. dicit. grauissime arguendus. quo casu, s̃m eum videtur incurrere indignationem Papæ. † & pęna indignationis est priuatio beneficiorum. vt no. Bal. in c. j. §. porro. col. ij. ver. item nota, quæ fuit prima causa benef. amit. Sed ipse non probat, q̃ p̃ illa verba, grauissime arguẽdus, incurrat, indignationẽ Papæ. Pro sua tñ opin. q̃ iste puniendus sit, inducto tex. hic, vbi vr̃ alternatiue, q̃ grauissime arguendus est, pro eo q̃ mandatum apostolicum subterfugiat, aut contemnat. Nam pro contẽptu puniendus vr̃, q̃a plus est contemnere, q̃ nõ parere. †vt per gl. in c. quis aũt. x. dist. & no. Abb. in c. j. de cõst. cũ si. vt tradũt Mod. ibi. Sicut ergo pro contemptu puniri pt̃, ita etiam si subterfugiat. q̃a vna pars alternatiue secundum aliam intelligitur. l. j. vbi Bar. ff. de reb. dub. † Et ad hoc facit, q̃a maior vr̃ cõtumacia, quæ pro minima re insurgit. vt per gl. in c. duo sunt. xcvj. dist. in ver. videbatur, declarãdo vt dixi in ca. j. de iud. Secundo Abb. dicit q̃ illud, † qđ dicitur hic in Papa, &c̃ habet locum in ordinario, qui potest subditũ eius cõpellere ad acceptãdum delegationem. l. j. C. qui pro sua iurisd. c. pastoralis. de offic. ordi. vbi Abb. in iiij. not. † Et tali casu, quando est subditus ille, cui fit commissio, cogitur acceptare. & ipso iure iurisdictio sibi acquiritur, etiam ignoranti. l. cum furiosus. §. j. ff. de iudi. vbi Bart. & Paul. de Cast. ibi sequitur. quia cum iurisdictio possit conferri in inuitum, cum sit subditus. ergo & in ignorantem. l. qui potest. de regu. iur. & per gloss. in d. l. cum furiosus. §. j. Et ideo iudex delegatus ante præsentationem rescripti † habet iurisdictionem. licet non habeat exercitium. [e] vt not. Fride. in consil. xxiiij. cogitetis. & ibi propter hoc concludit, † q̃ ante pñtationem rescripti iudex recusari potest. & pari ratione vr̃ † q̃ si partes litigant coram eo ante præsentationem rescripti, q̃ valeat [f] processus. & hoc dicit sing. Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, in fi. ff. de off. procons. & licet hoc dictum reprobet Perus. in ca. super eo. el. ij. de app. quem ibi sum secutus. tñ per istam rationem illud dictum varium videtur. ¶ † Tertio, s̃m Abb. colligitur ex glo. q̃ ille, qui non vult exequi mandatum Papæ, non potest argui, nec puniri ab eius collega. quia par imparẽ, &c. ab ordinario tñ s̃m Abb. post. Host. poterit puniri ratione peccati. q̃a contempsit exequi mãdatum superioris. Et isto casu cessat maioritas. ex quo noluit acceptare delegationem, vt Abb. hic dicit. Sed aduertendum est, q̃a ista rõ quã Abb. in ordinario adducit, q̃ cessat maioritas, ex quo nõ acceptauit cõmissionẽ. vr̃ &c̃ p̃cedere i pluribus delegatis. q̃a si alter nõ acceptauit, cessat paritas. & nõ videtur p̃cedere ratio. supra alleg. † quòd par. in parem &c. Et ideo in pluribus delegatis ratio videtur. quia alter, qui solus procedit, non habet in alium collegam potestatẽ, ex quo ab eo non impeditur. secus si illum impediret. vt not. Domin. in cap. si contra vnum. col. ij. versiculo sed pone, eod. titul. in vj. de quo tamen dicendum, est, vt dixi in cap. j. supra eod. † Et quando delegatus ab ordinario puniri possit, notat Abbas in cap. fin. col. fin. supra de rescrip. Bal. in auctẽn. qua in prouincia. col. iij. versicu. vlt. istud principium. C. vbi de cri. agi. opor. & Pet. de Anch. in consil. cxxxj. in j. dub. Imol. in clem. j. col. pen. de foro comp.

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Quia in effectu. Vide Dec. in c. sciscitatus. in v. no. de rescr.

b ¶Syl. Ald. Paucioribus. Item quãdo vnus tantum est, veluti statuto exigenti consensu duorum consanguineorum, si vnus tantũ extat, satis est consensus illius. Bal. in l. j. C. vnde vir. & vx. vbi Pau. de Cast. Alex. Ias. & alij. Fely. in c. proposuisti. in iij, limi. ij. concl. de proba. Ias. in l. Stichum, qui meus erit, col. fi. vers. iij. adde. ff. de leg. j, Fel. in c. quoties. in iij. no. de test.

c ¶Syl. Ald. Ratio. Adde vel si esset de forma. quia tunc neque pluralitas resoluitur in singularitatem, nec econuerso. Nic. Eueral. in sua centuria argumentorum loco à nu. per gl. in. l. iij. §. hoc autem à superiore. ff. de iti. actuque. priu.

d ¶Pauperes. Vide Alex. in cons. cix. nu. 9. lib. vij.

e ¶Syl. Ald. Exercitium. Idem in c. de causis. in gl. j. supra. e.

f ¶Valeat. Et bene, vt etiam sentit Dec. s̃. eo. c. de censib. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio. §. an sit necessaria.*
2 *Continuatio legis ad legem non requiritur.*
3 *Paragraphus debet continere quid diuersum in eadem materia.*

4 Paragraphus quando dicatur, & quando non.
5 Excommunicatus actor qualiter repellatur.
6 Exceptio excommunicationis potest opponi etiam coram delegato.
7 Rescriptum conceditur ad obseruationem iuris.
8 Exceptio excommunicationis opponi potest coram seculari.
9 Iudex secularis quomodo cognoscat de exceptione excommunicationis.
10 Excommunicatio quando debeat probari.
11 Incontinenti quando dicatur fieri probatio, & quid quando fit sine termino.
12 Persona debet legitimari in iudicio summario.
13 Practica procedendi per delegatum quando opponitur coram eo exceptio excommunicationis.
14 Rescripti impetratio non ualet facta ab excommunicato.
15 Absoluere alius iudex non potest ab excōicatione facta ab homine.
16 Absoluere potest iudex causæ testes excommunicatos ad tempus.
17 Delegatus ratione accessorij absoluere non potest excommunicatum, quando absolutio fuit reseruata papæ.
18 Commisso uno, non semper transeunt omnia, sine quibus expediri non potest.
19 Nolo, præcisam habet resistentiã, & contẽptũ, nõ uolo simplicem denegationẽ.
20 Exceptio usuraria infra quantum tempus probanda est, & nu. 21.
22 Feriati dies quando incidunt in termino, quando detur restitutio in probanda exceptione excommunicationis.
23 Lis non cõtestatur super exceptionibus, nisi haberet uim actionis. nu. 24.
25 Iuramentum calumniæ non requiritur in exceptionibus dilatorijs.
26 Et præstatur post litem contestatam, & quando nu. 28.
27 Et semel tantum.
29 Libellus non requiritur in exceptionibus, nec quod detur in scriptis.
30 Rescriptum non ualet non facta mentione processus inchoati.
31 Processus cum excommunicato ualet, si non opponatur.
32 Delegatus absoluere ab excommunicatione non potest, quando alius qui excommunicauit, est paratus absoluere.
33 Negligentia constare prius debet quando ob alterius negligentiam concessa est iurisdictio.
34 Forma non seruata, quando ualet absolutio ab excommunicatione. quod declara. nume. 35.
36 Excommunicatus an probetur quis per simplicem denunciationem, & an ut actor à iudicio repellatur. nu. 37.
38 Excommunicatio an sola fama probetur, & latius nu. 43.
39 Antecedens probatur probato subsequenti.
40 Excommunicatio probanda est apertissimis documentis.
41 Præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes, sed in casibus à iure expressis nu. 42.

§.Sexta. ¶Summatur, & diuiditur vt per Abb. hic. Et continuatur iste §. ad pcedẽtia. vt Abb. hic post alios dicit, †& talis cõtinuatio vr̃ fieri gratia cõmodioris doctrine,[a] vt p glo. in l.ij. in prin. de ver. obli. in l.iij. in prin. ff. de acqui. poss. & in l. palã, ĩ prin. ff. de ritu nup. † Aliàs vero de lege ad legẽ cõtinuatio nõ requirit, vt per glo. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & præsertim in legibus. C. vt per gl. in l.ij. C. de peti. bono. subla. lib. x. Et ita dicit And. Sicu. hic & ista dicta reassumunt Moder. insti. de actio. ¶†Sed tñ considerandum est, ꝙ §. debet continere quid diuersum, in eadem tamẽ materia, vt not. Imol. in l.iij. §. filius. in fin. de libe. & posthu. vbi ad hoc alleg. glo. in c.j. §. sub ea. in versi. sic, de postula. præla. in vj. Et isto respectu. §. deberet continuari, ne videatur alienam materiam continere. In isto tamen §. & similibus, in quibus papa consulitur de varijs quęstionibus occurrentibus, non cadit continuatio, sed congrua responsio secundũ ordinem consultationis requiritur, vt colligitur hic. †Et quare dicatur. §. & quando not. Archi. j. dist. c.j. Bar. Imo. & Alexan. in d. l.iij. §. filius. ff. de libe. & posthu. ¶†Primo not. secũdum Abb. hic practicam repellendi actorem excõicatum. And. Sic. hic dicit ꝙ potius hic ponit finis, & effectus opposite excõicationis, & practica, & forma opponendi habetur in c.j. de excep. in vj. Sed tamen dictum Abb. videtur bene procedere considerata distinctione, q̃ hic ponitur. & latius declarat Abb. in iiij. not. infra eod. ¶† Secundo not. ꝙ exceptio excommunicationis opponi potest non solum coram ordinario, sed etiam coram delegato. † Et ad hoc facit, quia rescriptum conceditur ad obseruationem iuris. l. falso. vbi Bald. C. de diuer. rescrip. & dixi supra in rubri. de rescrip. Vnde illud quod opponi potest coram ordinario, etiam opponi potest coram delegato. facit text. in cap. super literis, in fin. de rescri.[b] Et qđ plus † est, etiam coram seculari exceptio excommunicationis opponi potest. vt per glos. fin. in l.j. C. de iu. & fac. igno. & ibi Bal. col. iij. ver. vnum omisi, ad idem glo. ĩ c.j. ver. opponit, de exceptio. in vj. not. Bal. in c. intelleximus. col. j. de iud. in contingit. col. vj. ver. porro. si iudex, de dolo & contu. in l. Quoties, circa fin. vers. vlt. quæro. C. de iu. in l. placet. col. ij. ver. item noto. C. de sac. san. eccle. & est tex. in c. decernimus. de sentẽ. excom. in vj. facit tex. in c. postulasti. & ibi Ioã. de Ana. in col. j. de homi. & in c. domino guerram, in tit. hic finitur lex Corradi. Et licet corã seculari † opponi possit exceptio excõicationis, ipse tamẽ de illa cognoscere non potest, sed debet remittere ad ecclesiasticum, & probatio corã eo fieri nõ pōt, vt not. Bald. in d. l. quoties. in fin. & Cald. in consi. ix. de for. compe. & hoc declaratur. vt per Dom. in c.j. de excep. in vj. in §. si quis. el ij. in glos. in ver. ecclesiasticis. & in c. fi. col. fi. de for. compe. in vj. vbi dicit ꝙ remissio fit ad ecclesiasticum, quando dubitatur de validitate excõicationis. secus si agat de probatione, quia probatio excõicationis debet fieri corã eo, corã quo opponitur. quod notandũ est contra Bal. in d. l. quoties, in fi. ¶Tertio no. ꝙ excõicatio probari debet statim, vel intra terminum competentem. †Ex quo inferri videtur, † ꝙ illa probatio incontinenti fieri dicitur, quando fit sine termino, ex quo ista ponunt tanq̃ diuersa. c. inter cæteras. de rescrip. Sed contrariũ videt probare tex. in c. literas. §. ppterea. de restitu. spol. vt latius declarat Are. in c. veniens. el ij. col. viij. de testi. & ibi respõdet ad istum tex. & ibi etiam dicit ꝙ iste tex. sing. probat illud quod no. Bar. in l. fi. in fi. ff. pro suo. Similiter intelligẽdo tex. generaliter prout loquit. & sic tam in iudicio summario, quã plenario, videt probari hic, † ꝙ in iudicio summario persona debet plene[c] legitimari,[d] licet causa requirat summariam probationẽ. & ita istum tex. not. Are. in c.j. in prin. de accu. Et sic iste tex. facit pro eo. quod no. Bar. in l.ij. in fi. de edic. diui Adria. tol. ¶†Quarto no. practicam procedendi per delegatũ, qñ coram eo opponit exceptio excõicationis, vt Abb. hic prosequit. Ex cuius dictis primo hr̃ ꝙ iste tex. intelligit quando excommunicatus fuit post interpretationẽ rescri. quia si excõicatus fuisset tempore, † quo impetrauit rescriptũ impetratio non valuisset c.j. de rescri. in vj. Posset tñ dici ꝙ tempore huius decretalis illud non haberet locũ, quia postea ita statutũ fuit in d. c.j. de rescrip. in vj. ¶†Secundo ex dictis Abb. colligitur ꝙ regulariter ab excommunicatione lata ab homine alius iudex absoluere non potest.[e] ad idem text. in c. pastoralis. §. præterea. infra de offi. ordi. & in c. cũ ab ecclesiarum eo. tit. & per gl. in c. si inimicus. in glo. magna circa fin. xj. q. iij. & not. in c. ex frequentibus, vbi Abb. in vlt. not. de insti. & tradit Roman. in consi. cclxxxvij. in terminis propositæ. col. ij. Ab ista regula excipitur casus noster hic, in delegato papæ, qui data negligentia, vel iniusta recusatione illius, qui excõicauit, absoluere potest, vt hic dicitur. Sed tamen cõsiderandum est, quia videretur ꝙ delegatus absq; malitia, vel negligentia excõicationis deberet posse absoluere ad tempus, videlicet donec causa sibi commissa expediretur, sicut videmus † ꝙ iudex causæ absoluere potest testes[f] excommunicatos, ad tempus, vt dicant testimonium. vt no. Hostien. quem Abb. post alios sequitur in c. veniens. el ij. de testi. Oldr. in consi. cclxxviij. licet. in iij. dubio. Mode. in cap. pastoralis. §. præterea. de offic. ord. dicunt illud dictum Hostien. procedere in ordinario, & non in delegato. Sed contra hoc facit quod not. Abb. infra eo. c. §. fin. vbi concludit ꝙ ordinarius non potest absoluere excõmunicatum ab alio, dato etiam quòd excommunicator non velit illum absoluere, quia in hoc maiorem habet potestatem delegatus, q̃ ordinarius, quia delegatus representat papam c. sane. §. eo. & ideo differentia, quam faciunt Moder. in d. §. inter ordinarium & delegatum non videtur vera. Vnde ad dictum Hostiẽ. videtur posse rnderi ꝙ loquit, qñ excõicatus absoluitur pro interesse alterius, prout est in testibus. de quibus loquitur. secus vr̃ ad commodum ipsius excõicati, prout tex. hic loquitur. ¶†Quinto not. ꝙ delegatus ratione accessorij absoluere nõ potest excõicatum, quando absolutio fuit reseruata papæ. Ex quo Abb. infert † quòd vno cõmisso, non transeunt omnia, sine quibus principaliter cõmissum expediri non potest. Sed aduertendum est, quòd intelligendo istum tex. prout cõiter intelligitur, ꝙ iste actor excõmunicatus fuerit post rescriptum impetratum, ratio videt manifesta, quia de tali casu verisimiliter papa cogitare non potuit, qñ cãm delegauit. secus videtur, quando papa verisimiliter de tali excommunicatione cogitauit, quia vt actus valeat, etiam videtur sibi reseruata cõmisisse, vt dixi in cap. præterea. supra eod. ¶Vltimo not. de ver. non velit, nam secundum Abb. post Ioan. And. & alios

ADDITIONES.

a ¶S. Al. Doctrine. Vide quæ scribit Hotmannoctius detus in repe. l. iiii. §. Cato. ff. de verb. ob. vbi multa tũc iuuenis addidi.

b ¶S. Ald. Rescrip. Adde Ful. Bal. & Ias. in d. l. i. & omnes in d. cap. i. de excce. lib. vi. Spe. in l. j. de exce. §. nunc dicendũ. ver. & not. ꝙ iudex, & ibi Io. An. & Bal. Lap. aile. cxii. inspeximus. col. iii. Roma. sing. dclxxxv. Gui. papæ deci. ccxx. col. i. Felv. in c. tuæ. col. ii. vt lit. non conte. Dec. s. de consti. in c. ecclesia S. Mariæ. col. xx. Ias. in l. eleganter. §. si quis post. col. ii. de condi. inde.

c ¶Plene. Adde Alex. in consi. lix. nu. 2. lib. ii. & Dec. d. l. ii. nu. 47.

d ¶S. Ald. Legitimari. Vide Alex. in l. iudicis. C. de iudi. Pet. de Anc consi. xxxv.

e ¶Ald. Non potest. Idem in l. iii. ver. postremo. ff. de reg. iur. & vide omnino quæ addidi ad glo. in d. §. scientiam.

f ¶Testes. Vide j. ad Dec. de appel. c. ad præsentiam.

19 alios, verbũ, nolo, præcisam resistentiam, †& cõtemptũ, verbum non volo, denotat simplicẽ delegationẽ, & no. hoc Bal. in c.j. col. vij. de mil. vasal. qui contumax est. & idẽ Bar. per illum tex. in l. iã hoc dubitari. & ibi alia iura adducit. & idẽ sequitur Imo. ibi. ff. de hære. insti. & glo. in l. j. per illũ tex. in §. scientiam. in ver. velle. ff. de tribu. & ibi Alb. facit gl. xx. ij. q. ij. c. solet quæri. ĩ ver. noluit. Et tradit Alexan in l. qui se patris. col. v. C. vnde lib. & Maria. in trac. de cita. arti. xxvij. in vj. q. & in simili facit, quod no. Bar. in l. si lege. §. sed scire. ff. de peti. her. Nescio tamẽ an grammatici talem differentiam admitterent. quia verbum nolo, componitur ex nõ, & volo, vt Catolicum dicit in verbo nolle. vbi inquit nolle, id est, non velle. q̃a à non, & velle componitur. ¶In gl. in ver. terminũ competentem, ibi, intra octo dies. & ar. illius tex. idẽ dicitur quã-
20 do opponit̃ exceptio vsuraria. †vt no. Abb. post. Host. & Io. And. in c. quia frustra. in fin. de vsur. & idem tenet Lap. in alleg. lv. quidam coram iudice. Aliter tamen voluit Ro. in sing. xlvj. intra quã tum tp̃s. & aliter ẽt loquit̃ Io. de Ana. in d. c. quia frustra. col. iij. in
21 ver. adde ẽt prædictis. †vbi post Card. & Laur. de Rodul. quos refert, concludit ꝙ in exceptione vsurarum, quæ opponitur, termi-
22 nus debet assignari arbitrio iudicis. †Et notãdũ est sing. ꝙ si in illis octo diebus, qui danrur ad probandum exceptionem excommunicationis, occurrũt duo dies feriati in honorem Dei, non datur restitutio. vt no. Bal. dicit per illum tex. in l. sed & si per prætorem. §. si. feriæ. ff. ex quib. cau. maio. & ita refert de facto se habuis-
23 se. ¶†In glo. in ver. ex cõfessione. Abb. concludit ꝙ indistincte cõmunis opi. videtur ꝙ super exceptionibus non sit lis contestãda & late hoc tenet Car. hic in xij. q. post Bal. cũ si. tradunt Mod. hic, & Maria. in c. qm̃ frequẽter. in prin. in lxvij. q. vt lite non contesta. Perusi. in c. interposita. §. fi. gl. pe. de appel. Et adde Ang. in l. si q̃s
24 libertatẽ. §. nã cum quidã. in fi. ff. de pet. hære. †vbi dicit hoc tamẽ limitari, vt nõ habeat locũ in exceptione, q̃ hẽt vim actionis, vt in exceptione, quę opponitur ꝯ electum, q̃a super illa debet lis con-
25 testari. alle. Inno. in c. bone. de elec. ¶†Secundo Abb. cõcludit ꝙ
a iuramentum calumnię nõ requirat̃ in exceptionibus dilatorijs[a]
26 contra glo. hic, quia debet præstari post litis contest. † vt patet ex ordinę titulorũ. & q̃a semel tm̃ præstatur, vt no. in c. j. de iura. ca-
27 lum. †Sed tñ opi. glo. hic, verior videtur. ¶Non obstant rationes Abb. Et primo, ꝙ iuramentũ calumniæ pręstatur post lit. contest.
28 c. j. de iura. calum. l. ij. in prin. C. eo. tit. † quia illud verum est in iuramento calum. quod præstatur super tota causa. secus est in iuramento calum. quod præstari debet super certo actu, quia præstari potest ante lit. contest. vt no. Bar. in l. ij. in prin. colũ. vlt. versi. modo habemus videre. C. de iura. calum. & ipse Abb. hoc tradit in c. j. in iij. not. de iura. cal. ¶Non obst. quod iura. calum. tantũ semel præstatur. in auct. sacramentũ. C. de iura. calum. quia illud verum est, qñ super tota causa præstatur. secus si in aliquo actu præ-
29 stari debet ante litẽ contest. vt dictũ est. ¶†Tertio Abb. cõcludit ꝙ ĩ exceptionibus nõ requirat̃ libellus, nec dari debet in scriptis. De quo videndum est vt dixi late in c. quoniam contra. in glo. in
30 ver. exceptionis. de proba. ¶†In glo. in ver. aliam, ibi, de processu ordinarij. Colligitur primo secundum Abb. ꝙ in impetratione rescripti debet fieri mentio de processu inchoato coram ordinario aliàs non valet rescriptum. ad idẽ glo. in c. vt debitus. de appel. cũ
31 si. †vt dixit ibi. & late tradunt Moder. in c. cæterum de rescrip. valet tamen processus agitatus cum excõicaio, si non opponatur c. j. de excep. in vj. & ita Abb. hic concludit. Et pro rõnę diuersitatis videndũ est quod dixi in c. edoceri. de rescrip. ¶In glo. in ver,
32 ad excommunicatorem. Abb. post alios sequitur glo. † ꝙ delega-
b tus ex defectu potestatis nõ põt[b] absoluere, qñ alius, qui excõica-
33 uit, erat paratus absoluere. † Et ad hoc facit, quia cũ habeat delegatus potestatem propter negligentiã excõicatoris, debet prius de negligentia constare c. si capitulo. de conces. præb. in vj. cap. ad reprimendam. de offi. ord. no. in c. ex parte de conces. præb. & tradit Rot. in decis. x. in tit. de iure pa. in antiq. & dixi in consi. cxxix. col. iiij. Et tali casu non valet absolutio ex defectu potestatis, quia iudicibus delegatis vr̃ data potestas absoluendi limitata in defectum excõmunicatoris. aliàs vero data potestate valeret absolu-
34 tio, licet forma data à iure seruata non sit, †vt no. per glo. in c. cũ desideres. vbi Abb. de sent. excom. & idem Abb. post alios in cap,
35 qua fronte. de appel. cum si. vt dixi ibi. †Et hoc sane intelligitur in forma data à lege. secus esset in forma data ab homine, vt not.
36 Abb. tradit per illũ tex. in c. fi. col. iij. de rest. spo. ¶†Extra gl. quæritur an per denunciationẽ publicè factã quis probetur excõicatus. Abb. cõcludit ꝙ vbi agit̃ de modico pręiudicio, vt hic, per de-
c nunciationẽ excõicatio probat̃.[c] secus si de magno præiudicio tractatur. In quo primo aduertendum est, quia ratio quam primo Abb. adducit ad probandũ ꝙ per denunciationẽ non probetur excõicatio, videtur generaliter procedere, dum inquit ꝙ non sequitur est denunciatus. ergo excommunicatus, vt probatur in c. licet. de sen. excom. in vj. Sed rñderi põt, ꝙ licet hoc non probet concludenter, probat̃ tñ præsumptiue. & talis probatio præsum-
37 ptiua sufficit, vbi agit̃ de modico præiudicio. †Et ꝙ per denunciationẽ ꝓbet̃ excõicatio, ad istum effectũ, vt actor repellat̃ à iudicio. tenet Arch. xj. q. iij. c. nemo contemnat col. ij. ver. vlt. noto. Et idem Domi. in c. j. §. si quis. in glo. in versi. nomen. de excep. in vj. cum si. vt tradunt Mod. hic, qui istam opi. sequũtur. & idem in effectu concludit Rota in viij. dec. in ti. de excep. in nouis. & sequitur Ro. in consi. cccxlix. dũ quæritur. Et fundatur ista opi. per tex.
38 in d. c. licet. de sen. excom. in vj. †Et quia sola fama probat excõicationẽ, ad hoc vt quis euitet̃, tanquã excõicatus. c. cum desideres.
39 §. secunde. de sen. excom. & ita arguunt, & resident Mod. hic. †Et istam opi. fui secutus in c. pastoralis. §. verum. de app. quia probato subsequenti, probatur antecedẽs l. ij. vbi Bal. C. de do. promis.
40 Et ab ista opi. quæ cõis videtur, non est recedẽdum. ¶†Sed tamẽ in contrarium efficaciter facit tex. in d. c. j. de excep. in vj. vbi dr̃ ꝙ excõicatio debet probari apertissimis documentis. Domi. in d. c. j. in d. loco s̃. alleg. respondet qd̃ tex. ibi nõ loquit̃ præcise de excõmunicatione, sed dicit eam rem debere probari apertissimis documentis. quo casu probata denuntiatione, est probata qualitas excõicationis, & satis dr̃ probata eadem res. arg. glo. not. in c. denique. vij. q. j. in glo. ij. & Mod. hic sequuntur. Sed ista rñsio non satisfacit, quia verba tex. in d. c. j. repugnare videntur, dum ibi loquit̃ de specie excõicationis opposita, vt ex verbis p̃cedentibus colligit̃. ideo illa verba, eam rem, faciunt relationẽ ad speciẽ excõicationis. de qua ibi s̃. proxime loquit̃. facit tex. in l. Iulianus. & quod ibi Bar. ff. de hær. insti. Similiter ꝙ ꝑ denunciationẽ nõ ꝓbetur excõicatio, ꝓbat̃ hic, vbi dr̃ ꝙ legitime debet ꝓbari. facit tex. in c. at si clerici. in prin. cũ gl. in ver. legitima ꝓbatione. de iudi. cũ si. vt dixi ibi. Mod. hic respõdent ad hoc, ꝑ denunciationẽ p̃sumptiue excõicatio ꝓbat̃. & ista vr̃ p̃sumptio iuris, quo casu p̃sum-
41 ptiones iuris dicunt̃ †esse probationes liquidissime, vt per glo. in
42 l. si tutor. vbi Bal. C. de peri. tut. †Sed ẽt ista rñsio nõ vr̃ bona, quia
d solũ in casibus expressis[d] à iure pręsumptiones iuris dñr liquidissime ꝓbõnes, aliàs secus, vt no. Bal. ĩ l. ciues. in princ. C. de app. & sequit̃ Alex. in l. licet imperator. de leg. j. ¶Et si volumus tenere istã opi. negatiuã, quã tenet Ro. in l. j. in prin. col. j. de oper. no. nun. rñderi pot ad ea q̃ s̃. inducuntur. ¶Nam primo non ob. tex. in d. c. licet. quia ibi erat lata snĩa excõicationis, & sola denũtiatio non facit ꝙ repellat̃. & glo. ibi hoc dicit in ver. nunciari. ¶Nõ ob. quod dr̃ de fama, quia statim de hoc videbimus in art. seq. de fama. ¶Non ob. qd̃ no. Bal. in l. ij. C. de dot. promis. quia loquit̃ in accessorio quod nullo modo stare põt absque principali. secus videtur in denũciatione. Vel secũdo illud, quod ibi dicitur est spe-
43 ciale in dote. vt no. Alex. in l. legata inutiliter. col. ij. de le. j. ¶† Postremo quærit̃ an excõicatio probet̃ per famam. Abb. antiquus. dicit esse ponderandum modum opponendi. nam si dico, istum excõicatum, non sufficit probare famam. si vero dicã illũ non esse audiendum, q̃a infamatus, sufficit probare famã. & cogitur se purgare, vel petere absolutionem ad cautelã, ꝑ tex. in c. cũ desideres. §. secundæ de sen. excom. Abb. Mod. hic dicit ꝙ iudex probata fama, benę poterit repellere eũ, & ex officio suo ad purgationem inducere. Sed ad petitionem partis nõ tenetur, nisi excõmunicatio legitimè probata sit. ¶Sed aduertendum est. quia iste infamatus debet euitari ante purgationẽ canonicã, vt probatur in d. c. cum desideres. §. secundæ, ibi, ep̃s, nec alius sibi cõicare debet. & not. Abb. ibi post Inn. Vñ si euitandus sit, vr̃ ꝙ iudex illum repellere debeat, ẽt ad petitionem partis, cõtra Abb. hic. Et tenẽdo ꝙ ꝑꝑ solam famam debeat quis euitari, & repelli a iudicio, est ꝯ cõmunem opi. & ita tenẽt Mod. hic ꝑ tex. in d. c. cum desideres. §. secundæ. & in c. illud. de cle. excõ. mi. & idẽ tenet Bal. ĩ c. domino guerram. col. j. in ti. hic finitur lex Corradi. Et pro ista opi. arguunt Mod. hic. q̃a si denunciatiatio sola hoc operatur, à fortiori fama hĩ operari debet. ¶Sed tñ licet ista conclusio videatur ꝓbari efficaciter in iuribus prælleg. vr̃ contra istum tex. & ĩ d. c. j. de excep. cui non videt̃ posse bene rñderi. Vnde saluãdo opin. communẽ, dici potest ꝙ tex. in d. c. illud. loquitur ĩ foro animæ vt tutior.

ADDITIONES.

a ¶S. Ald. Dilatorijs. Id plane verum est, si talis exceptio legitime probata sit, vt dicit Bal. in c. ij. ĩ. de proba. seq. Ias. in l. admonendi. in repe. col. xlj. ver. condescendo. ff. de iureiu. & in l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum. in j. not. eo. titu. vbi subdubitare tamen videtur.

b ¶S. Ald. Non potest. Et si quis fuit excõicatus per vnum ex executoribus an possit per aliũ absolui, & à quo, & quando, vide Bertran. consi. cclxxv. nũ. 9 [illegible]

c ¶Probatur. Adde deci. Tholosa. cccj.

d ¶Expressis. Deci. ĩ. de proba. in rub. nu. 13.

tutior via eligatur, ne incidat quis in irregularitatē, prout tex. ibi loqui videtur. non aūt dicitur ꝙ repellatur a iudicio in foro contentioso. Non ob. tex. in d. c. cum desideres. §. secunde, quia etiā ibi non loquitur quod repellatur à iudicio in foro contentioso. ¶ Non ob. tex. in d. c. cum desideres. §. secunde, q̃a etiam ibi non loquitur ꝙ repellatur à iudicio in foro contentioso. Sed vr̄ cōsule re nequis in tali casu dubio illi cōicet. vel loquitur ille text. ſm iura antiqua, & aliter postea dispositū fuit in d. c. j. de excep. ¶ Nō ob quòd Mod. dicunt de denunciatione, quia contrarium supra dictum fuit, vt in supradictis patet.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicatus absoluitur pstito iuramēto de parēdo materia datis ecclesię.*
2 *Excommunicatus pro notoria contumacia, vel offensa, debet prius satisfacere integrè, quàm absoluatur.*
3 *Excommunicatus pro notoria contumacia, satis est ꝙ soluat expensas antequam absoluatur.*
4 *Excommunicatus ob contumaciam iudicialem vt absoluatur non sufficit cautio iuratoria sed requiritur fideiussor.*
5 *Cautioni iuratoriæ non statur in suspecto de periurio.*
6 *Delegatus cognoscit non solum de eo quod venit accessoriè ad causam sibi cōmissam, sed etiam de eo qd venit accessoriè ad accessorium.*
7 *Accessorium immediatè sequitur principale.*
8 *Reus in vna causa pendente iudicio non potest trahi super alia causa coram alio iudice.*
9 *C. dispendia. §. reus quoque. rescrip. lib. vi. limitatur.*
10 *In accessorio statutum habet locum in principali.*
11 *Ex accessorio infertur principale.*
12 *Accessorio probato probatur principale.*
13 *Accessorium non vestit principale.*
14 *Accessorium non trahit principale.*
15 *Accessorij vitium non vitiat principale.*
16 *Accessorij falsitas non vitiat principale.*
17 *Delegatus absoluto actore à vinculo excommunicationis cognoscere potest etiam de causa separata.*
18 *Surrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
19 *Iurisdictio delegata non potest prorogari à partibus sed à lege.*
20 *Episcopus ordinarius non poterit excommunicatum ab alio episcopo etiam in subsidium absoluere.*

114 Mod.ipsi sequunt̃ in c.olim.de rescri.Itẽ dici põt,†ꝙ ex tali ꝯfessione dicat̃ infamatus,vt no.Inn.in c.ꝑ inquisitionẽ,de ele.& sic resoluta sunt argumẽta,q̃ principaliter ꝓ ista ꝑte inducunt̃. Et istã partẽ negatiuã tenet Ant.de Bu.ĩ c.dilecti.in iiij.no. de arb. Ang. in l.j.circa fi.C.de ꝯfes.cũ si.vt tradũt Mod.ħ,& vr̃ sequi Alexã. in ꝯsi.xiij.Ex his,q̃ in themate,col.iiij.lib.j.vbi refert opi.Abb. hic.& idem Alex.in consi.xix.in his,quæ in themate. colum.iiij. lib. iiij.
115 ¶†Alia opi.principalis est ꝙ confessio facta coram incompeten-
c ti,valet extraiudicialis,[c] & sic facit indiciũ ad torturã,vt no.ꝯcludit Bal.in l.magistratibus.ver.sed tu dic.ff.de iur.om.iu.& ista opi. cõiter approbat̃.vt dicit Imol.ħ, & idẽ ꝯcludit Alex. in d.l. magistratibus.post alios,quos ibi refert. Et idem tenet Caid. in consi. vj.in tit.de confes.Et istã cõem opi.sequit̃ Are.ħ,primo ꝑ text. &
116 ibi Bar.in l.cũ scimus.circa fi.C.de agri.& cẽsi.li.xj.†vbi cõfessio facta corã notario,licet nõ valet,vt iudicialis, valet tanq̃ extraiudicialis.¶Scđo all.l.ictus fustiũ,fm intellm̃,de his,qui no.infa. per illũ tex.prius ad hoc Ang.in l.j.circa fi.de cõfes.¶Tertio adducit l.diuus.in pe.rñso.& qđ ibi Bar.ff.de cust.reo. Et licet ꝑdictis iuribus possit rñderi ꝙ nõ loquunt̃ in ꝯfessione facta in iudicio pe nitus incõpetẽti,prout agit̃ ħ.& q̃a ꝑdicta iura alios habent intellectus.Tñ placet ibi cõis opi.q̃ est verior, q̃a qua rõne ꝯfessio extraiudicialis indiciũ facit ad torturã,vt no.Bar. in l. capite quinto.ff. de adul.q̃a asserẽti de facto suo credẽdũ est l.qro.in fin.ff. de edi.
117 edi.†Ita vr̃ in casu isto dicendũ.Et q̃a talis ꝯfessio magis deliberata vr̃,cũ facta sit ad interrogationẽ,& instantiã iudicis,iuxta not. in l.j.ff.de ver.obl.q̃a licet ꝯfessio nõ valeat respectu iudicij. Istud tñ qđ in facto ꝯsistit,nõ tollit̃. Vñ videmus ꝙ ex ꝓcessu nullo in-
118 famia facti irrogat̃,†vt no.Azo.in summa ex qui.cau. infa.irrog. ĩ prin.cũ si.vt tradit Alex.in cõsi.clij.lib.v.Et iõ ex tali cõfessione nõ
119 vr̃ ꝙ iudex aliter arbitrari possit,& arbitrio suo cõmittit̃,†q̃n oria
120 tur indiciũ ad torturã.vt ꝑ Bar.in l.fin.ver.sed q̃ro.ff.de q̃õ.†Et ad hoc bñ facit,q̃a interpellatio facta ĩ iudicio nullo,licet nõ valeat, vt iudicialis,valet tñ vt extraiudicialis,vt no.Bald.in c.fi.col. ij. de mil.va.qui cõtu. est.vbi alle.Iac.de Are.in l.in minorũ.C.in quib. cau.fit in integ.rest.Et in simili confirmat̃ ista cõis opi. vt idẽ Are. tradit in cõsi.cl.visis diligẽter.col.fi.Et q̃a, vt dixi, licet cõfessio vt iudicialis sit nulla,nõ tñ permittit̃ illud qđ in facto ꝯsistit,ar.l.denique.ff.ex qui.cau.ma.l.in bello §.factę.de capt.& qđ not. Abb. in c.illud.de præscr.cũ si.s.allega.¶Circa fm de effectu extraiu-
121 dicialis ꝯfessionis.†Prima ꝯcl'o Abb.est, ꝙ si nõ habuit requisita, de q̃bus hr̃ in c.fi.de ꝯfes.ꝙ faciat indiciũ ad torturã,vt no.glo. & Bar.in l.capite quinto.ff.de adul.& Rot.in j.deci.ĩ ti.de ꝯfes.in nouis.& idẽ Abb.in c.si q̃s de gradu.de purg.can.cum si. vt tradunt Mod.ħ,& ĩ c.olim.de rescr.& idẽ Ang.in ꝯsi.x.in cã ꝑdicta.col.iij. Pau.de Cast.in ꝯsi.cxcvij.visa inq̃sitione.col.j. Alexã. in ꝯsil.xxiiij. animaduersis,col.pe.lib.ij.Rom.in ꝯsi.vij.& viij.in prin. Prædicta
122 ꝯclusio limitat̃†primo,nisi ꝯfessus extra iudiciũ, postea ĩ iudicio reuocaret, nã põt,ẽt aliter errare nõ probato,fm Bal.ĩ l.j.col.fi.C. de ꝯfes.ver.ex q̃ro,ibi,ꝙ sane intelligit̃. vbi dicit ꝙ cautus sit torquẽdus,vt dicat expresse se cõfessionẽ reuocare, & ꝑfecto ista esset magna limitatio,si esset vera simplr̃,put refert Mod.ħ, quia verisilr̃ semper reus reuocaret ꝯfessionẽ.vt euitaret torturã,& sic elusoria in effectu redderet̃ cõcl'o.s.facta.Ideo aduertẽdũ est,q̃a nõ solũ loquit̃ Bal.in ꝯfessione extraiudiciali.sed loq̃ vr̃,quare cõfessio fuit nulla,q̃a facta corã iudice ĩcõpetẽti.& allegat̃ istũ text. hic,ex quo eñ fuit cõfessio nulla,reuocabilis est, fm eũ. Sed hoc nõ est verũ,quia licet sit nulla tanq̃ iudicialis,valet tñ vt extraiu-
123 dicialis,vt s.cõclusum fuit.& not.Aret.hic,col.vij. †Scđo limitat̃, nisi agat̃ de crimine ciuiliter,q̃a tũc ꝑ ꝑ cõfessionẽ extraiudicialẽ nõ est q̃s torquendus,vt no.Abb.ħ.per c.olim, de rescri. & idem Abb.ibi,col.fi.& Mod.simplr̃ sequunt̃.¶Sed cõsiderandũ est,q̃a si cõfessio extraiudicialis facit indiciũ in criminalibus, vbi agitur de maiori præiudicio.l.in seruorũ.in fi.ff.de pe. & clariores ꝓbationes requirunt̃ l.fi.C.de ꝓba.à fortiori iõ ciuilibus debet face-
124 re indiciũ.Et bene verũ est,ꝙ in causa ciuili indiciũ non facit, †ꝙ q̃s torqueri possit,q̃a in ciuilibus nõ deuenitur ad torturã in liberis hoĩbus.l.diuus.in fi.vbi Bar.ff.de q̃õ. Et iõ vbi agit̃ de crimine ciuiliter,si ad torturã põt deueniri,vt in c.j. de deposi. vr̃ ꝙ ex tali cõfessione extraiudiciali torqueri possit.Non ob.c.olim.quia plures alios habet intellectus,& loquit̃ respectu plene ꝓbationis.nõ
125 tm̃ ad faciendũ indicium.¶†Tertio limitat̃, nisi cõfessio facta sit calore iracũde,fm Abb.ħ,qui allegat gl.in c.ex literis. in ver. admonita.de diuor.& Abb.ibi illam notauit pro sin.& idem Ro.in no.cccccviij.volo cõmentare.Abb.in c.fi.col.v.ver. vide ẽt aliã gl. de cõfes.& in c.afferte.col.ij.de præsum.& applicando illam gl.ad propositum dicendũ est ꝙ cõfessio facta extra iudiciũ calore iracundie,nõ pñdicat,si reuocata sit,& sic vr̃ præiudicare,nisi reuocet.Et gl.in d.c.ex l'ris.loquit̃ respectu plene probationis.& nõ quo ad indiciũ,de quo agit̃.Sed dicendũ est, ꝙ si facta sit in iudicio,vr̃ præiudicare respectu plene probationis. Si vero facta sit extra iudicium,præiudicat quantum ad indicium, nisi reuocet̃.
126 Et ratione iracundie reuocatio indistincte permittitur. ¶†Quarto limitatur non habere locũ contra clericũ, qui ex tali confessione extraiudiciali non poterit torqueri,nisi de crimine tali infamatus sit,vt no.Pau.de elea.& Doc.in c.j.de deposi. cum si.s. alle. & sic cõcurrente infamia cũ tali confessione clericus poterit torqueri.Sed sola confessio extraiudicialis non sufficeret, vt supradictũ
127 est,fm cõem opi.†Nec ẽt sola infamia esset sufficiens,vt no.Abb.
128 concludit in c.j.in fin.de pur.can. ¶†Secunda conclu.Abb.est,ꝙ
d cõfessio extraiudicialis facta de crimine parte pñte,plene[d] ꝓbat. & Abb.idem tradit in c.olim.col.fi.de rescri. quia sicut ꝓbat in ciuilibus, ita ẽt in criminalibus, prout Abb.arguit hic. Hoc simile
129 fm Are.nõ vr̃ bonũ,†& cõsequẽtia quã Abb.facit nõ vr̃ bona,q̃a ꝓbões factę in cã ciuili nõ ꝓbãt in cã criminali,in qua clariores ꝓbões requiruntur,vt not Bart.in l.ij.§.hoc edicto.ff. vi bo. rap. col.pe.ver.q̃ro vtrũ ꝓbões.Sed replicari põt ꝙ dcm̃ Bar. loquit̃
130 in alijs ꝓbõnibus,†secus vr̃ in cõfessione de qua agit̃,quia illa vr̃ semper præiudicare l.gñaliter.C.de non nu.pec.& in c.per tuas. de proba.& ideo confessio facta in vno iudicio semper ꝓbat in
131 alio,†vt no.Bal.ĩ l.ij.cũ si.vt tradit ibi Alex.C.de edẽ.de quo tñ videdũ qđ no.Maria.cõs. viij.visis.col.iij.¶ Alia ẽt rõne, q̃ idẽ Aret.
132 adducit,ꝑdicta cõclu. vr̃ dubitabilis,† quia respectu reipub. talis cõfessio facta vr̃ parte absente,vnde fisco nihil acquiritur, text. no. in l.arbiter inter cæterũ.ff.de arbi.vbi Bart.& idem Bar. in l.j. & fin.ff.de iur.fis.& facit glo. not. in l. illud.C.de sac.san.eccl. & quod ibi Pau.de Ca.vnde Aret.concludit ꝙ ista cõclu. intelligat̃,
133 q̃n pars pñs acceptaret nomine suo,& nomine fisci,†quia ꝓ alio absente,quis põt acceptare,vt no. Bald.in l.j.circa fi.C. q̃n lic. ab emp.disce.vbi alle.Dy.qui ħ tenet in consi.xv.q.talis. & idẽ tenet Ant.de Bu.in c.si cautio.col.ij.de fi.instr.vbi alle.Io.an.in addi. ad Spe.in tit.de confes.ver.quid si cõfiteor.vr̃ tñ ꝙ in tali acceptatione facta pro absente,requiratur ꝑsona publica,vt not. idem Bal. in l.ij.in fi.C.vt in pos.lega.& idẽ Abb.in c.fi.col.vj.de cõfes. dum alle.c.q̃ q̃.de vsur.in vj.Et idem in terminis in cõfessione extraiudiciali,vt no.Ant.de Bu.in c.per inquisitionẽ.col.v. ver. ad fm. de
134 elect.†vbi inquit referendo dictũ Inno. ꝙ confessio extraiudicialis præiudicat facta in præsentia illius, qui habet ꝑtãtẽ recipiẽdi pro vtilitate publica.Et quod plus est,tenet Bal.in l.q̃n.circa fi.ff.
135 de his,qui not.infa.ver.& aduerte, †ꝙ pñtia partis ĩ criminalibus nihil operat̃.Et hoc dictũ refert Are.hic,& Mod.in c.olim. de rescri.Sed rñderi põt ꝙ licet alteri q̃s stipulari nõ possit,nisi sit persona publica.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.ob.c. quanquã. de
136 vsur.in vj.Et ita loquuntur Doc.in loc.præalle. †tamẽ põt quis gerendo negocium alterius absentis,eius nomine acceptare illud, quod sit factũ,vel dictum in fauorem eius,& acceptatio habebit effectum

ADDITIONES.

a ¶Infamia. Hipp.Marsi.in singu.lv. in l.edictum nu.14.ff.de q̃õ.& in sua practi. in ver.nunc videndum nu.51. & ver. expedita. nu 40. Ias. in l. magistratibus. de iur.om.iud.& male.

b ¶Contra. Et bene. Sed Dec.hic, & nu.19.vacillat. Similiter Fely. hic sequitur cõmunẽ errorem sed in c.olim.s.de rescrip.sequitur opi Pan.in d.c.grauis vt sit in hoc differentia inter clericum & laicum.quod etiam sequitur Deci.j. de app.c. dilectis.in prin.& clare Alcia.c.j.nu.44.de offi.or. & ita obseruatur. ita tamen vt ad dictum testis vnici,non debeat honeste,vel bonæ famæ,& pauper torqueri,vt Lud.Nonus apud Gallos statuit,quod merito laudat Gul.Benedic. in repe. c.Raynutius.ver.abiecta impuberi.nu.34. de testa. Ea constitutio habetur sub tit.xlviij.inter veteres constitutiones regias.

c ¶Vt extraiudicialis. Idem Ias.in l.seruus.de iureiur.Fran.Ripa l.j. §. si quis ita. nume.20.ff.de ver.obl.& Nic.Boer.decis.Burdeg.xc.

d ¶Plene. Quod verum creditur ad finem ciuilem,non autem ad criminalem vt & Fel.s.de rescrip.c.olim.

affectũ, illo ratificante. l. fi. C. ad Mace. & in regula, ratihabitionẽ. de re. iur. in vj. & facit tex. in l si ego. ff. de neg. gest. & l. soluendo. eo. tit. & not. Bar. in l. si patruus. C. cõia vtri. iud. Ang. in l. certum §. si quis abñte. col. j. ver. si itẽ adde. ff. de cõfes. facit qđ not. Spec. in tit. de loc. § nunc aliqua. ver. cxlviij. cum si. vt tradit Alex. in cõs. cxxix. viso ꝓcessu. lib. ij. & facit qđ hr̃ in c. accedens, de præb. & no. Cal. in cõs. j. in ti. de præb. ¶ Et ĩ proposito nr̃o hoc idem tenet, & probat Sal. in l. j. col. pen. ver. sed an facta gestori. C. de confes. ¶ Et ad s. dicta notãdum est, ꝙ dũ Abb. loquitur simpliciter de p̃-137 sentia partis in cõfessione extraiudiciali, vr̃ sentire † ꝙ sola p̃ntia partis sufficiat, absque eo, ꝙ acceptata sit. Et hoc expresse Abbas tenet per illum text. in c. fi. in iiij. not. de succes. ab intest. Cõtrariũ tñ expresse voluit Cy. in l. j. in vj. q. C. de cõfes. vbi inquit ꝙ veritas a est, ꝙ præsente aduersario, & cõfessionem recipiẽte[a] cõfessio fieri debet, & sequitur Saly. ibi. col. xj. in xv. op. & idem Sal. in l. fi. C. de lib. cau. & hoc idem latius tradit Sal. in l. generaliter. in ij. q. C. de nõ nu. pe. vbi refert patruũ suum pluribus rõnibus ita tenuisse. & opi. Cy. & Saly. sequit̃ Alex. in cõsi. xx. in cã, & lite. col. ij. lib. iiij. & in cõsi. cxv. viso superiore. col. v. lib. iij. And. Sic. in d. c. fi. col. viij. de succes. ab inte. conat̃ rñdere rõnibus Sal. & in effectu concludit ꝙ acceptatio nõ requirat̃ nisi ad istũ effectũ vt reuocari nõ possit, alle. Bal. in l. Gallus. §. quidã recte. ff. de lib. & posth. Alex. vero in l. j. in iij. no. C. de repud. hære. cõcludit ſm opi. Sal. nisi confessio facta sit in actu in quo agatur de fauore partis p̃ntis. q. a tũc pars p̃ns vr̃ consentire. l. qui patitur. ff. man. & hoc modo opi. possunt cõcordari. & in effectu tamẽ ſm hoc cõclusio erit, ꝙ sola præsentia sufficiat, quia Doc. loquunt̃ de confessione fauorabili partis, & absolute requirũt præsentiam simpliciter, vt no. Bar. in l. ex hac scriptura, de don. & ideo verior vr̃ opi. Abb. in d. c. fi. vt nouissime cõcludit Sozi. in consi. cccxxviij. in causa Gabrielis. colũ. ij. & de his ẽt scribit Fran. de Cur. in ꝯsi. lxxvij. super arti. ¶ Successiue 138 in cõfessione iudiciali Abb. considerat duos casus. † Primus est, qñ confessio facta fuit præcedente processu. Secundus, quando fuit facta nullo præcedente processu. Primo casu concludit ꝙ habetur pro conuicto, sed non pro condemnato, quia sumus in cã criminali, in qua condemnatio requiritur l. si confessus. ff. de cust. reo. & no. Bar. in l. infamẽ. ff. de publi. iudi. col. iij. versi. quæro vtrũ. ¶ Sed aduertendũ est, quia dum Abb. dicit, ex quo sumus in cau-139 sa criminali, sentit secus esse in causa ciuili, † vbi conuictus pro cõdemnato hr̃ l. j. vbi Bar. ff. de confes. Sed certe hoc non vr̃ verũ in 140 terminis, in quibus Abb. loquitur, † videlicet qñ fuit facta cõfessio præcedente processu, quia tunc non hr̃ pro condemnato, sed expectat̃ sñia. vt not. Bar. in d. l. j. ff. de confes. & idem Bar. in l. j. C. de cõfes. col. pe. & no. Bal. post gl. in l. fi. in prin. C. de execu. rei iu-141 di. cum si. vt tradit Alex. in l. debitoribus. col. pe. de re iudi. ¶ Et retenta conclu. Abb. primo declaratur, † qñ talis confessio facta in iudicio habet sua substãtialia, vt Abb. simpliciter hic dicit. Et põt hoc exemplificari, quia in tali confessione ẽt p̃ntia partis requiritur vt no. Bar. in l. j. in pe. oppo. C. de confes. cum si. vt tradunt Moder. in c. si cautio. de fid. instr. in glo. in ver. cãm. in prin. & per glo. in cap. si constiterit. de accu. vbi Are. post alios. ¶ Secũda conclu. Abb. limitat̃, prout idem Abb. tradit in c. fi. char. fi. in ver. attende, 142 conclusio sic. de confes. nisi crimen notorium esset, quia tũc † procedi põt ad executionẽ pœnę sine alia sñia alle. tex. cũ gl. ſm vnã lec. in l. ictus fustiũ. ff. de his, qui no. infa. vel saltẽ nõ requirit̃ tanta solẽnitas, sicut in alijs, iuxta c. vestra. de coha. cle. ¶ Sed ista limitatio vr̃ dubitabilis, quia si in notorio crimine non requiritur sñia ergo vr̃ ꝙ nunq̃ ꝯ confessum sñia requirat̃, q. a cõfessio notorium 143 facit. c. fi. de coha. cler. † & sic in effectu conclu. s. facta nõ esset vera. Nisi dicamus quòd dictum Abb. in d. c. fi. de confess. intelligatur de notorio facti, prout ipse etiam loquitur de deprehenso in flagranti crimine, & non de notorio iuris, prout ex cõfessione habetur. ¶ In secundo casu Abb. concludit ꝙ confessio præiudicat 144 duobus cõcurrẽtibus. Primo, ꝙ facta fuerit principaliter, & nõ ĩcidenter. de quo dixi s. in not. Secundo, ꝙ facta sit iudice ad hoc sedente, & idem no. Ant. de Bu. in c. olim. col. ij. ver. no. ꝙ cõfessio. de rescri. vbi allegat ad hoc glo. pro sing. in c. fi. de confes. facit gl. in l. interrogatam. C. de lib. cau. Et hoc declarandum est, vt not. 145 Bar. in l. j. col. j. C. de confes. & not. in l. voluit. ff. de interr. act. ¶ † In glo. ij. ibi, nam si voluntarij, colligitur quòd trahi dicitur inuitus & non qui sponte cõpareret. Et ad hoc bene facit quod not. Bar. 146 in l. j. in fi. C. de agr. & censi. lib. xj. vbi inquit † qđ si statutum punit 147 trahentẽ non habet locũ in eo, qui sponte cõparet. † Et quãdo q. s dicatur trahi no. Abb. in c. ij. per illum tex. in ij. not. de libel. obla. & in c. pastoralis. col. j. in iiij. de cau. pos. & propr. & no. in c. si dili-148 genti. de fo. compe. ¶ † In ea. gl. ibi, clericum ciuiliter de crimine. b Gl. tenet ꝙ clericus coram seculari possit reconueniri, [b] si agatur ciuiliter de crimine, secus si criminaliter. Primum dictum glo. reprehenditur, & secũdum communiter approbatur. Et cõis ꝯclo est, ꝙ clericus pro crimine nec ciuiliter, nec crĩaliter, corã ciuili iudice cõueniri possit, vt Abb. post alios hic cõcludit, quia iura vr̃a indistincte hoc ꝓhibere respectu criminis, vt in c. j. de cle. cõiug. 149 in vj. † vbi clericus cõiugatus nõ potest à iudice seculari condemnari pro crimine siue agatur criminaliter, siue ciuiliter, facit text. in c. clerici. j. eo. & quia agitur de re spirituali, considerata persona clerici, quæ debet condemnari, vt per Abb. hic. ¶ Sed aduertendum est primo, ꝙ ista ratio Abb. etiam videtur habere totum in causa ciuili, saltem si actione personali clericus recõueniatur, quia agitur de condemnatione clerici, & tamẽ ſm communem opi. vt j. dicam, potest reconueniri, & non attenditur illa rõ ꝙ persona clerici condemnetur. Et ad tex. in d. c. j. de cler. coniu. rñderi põt ꝙ loquitur in causa prima cõuentionis, vt colligitur ibi, trahi nõ posse. secus vr̃ esse ĩ causa recõuẽtionis. Pro quo facit. q. a qua ratione in causa mere ciuili habet locum recõuentio, ita videtur si agatur de crimine ciuiliter, q. a non plus tangitur persona cleri-150 ci, q. in causa mere ciuili. † Et q. a qñ agitur de crĩe ciuiliter, causa 151 dr̃ ciuilis, de procu. c. super his, de accu. † Et iõ videmus, ꝙ laicus, c q. prohibetur ꝯ clericum testificari [c] in cã crĩali. c. de cetero. de testi. admittitur, si agat̃ ciuiliter de crimine, vt Abb. tenet ibi post. Host. Et idem Abb. per illum text. in cap. tam literis, de testi. in ij. not. ¶ Non tamen videtur recedendum à cõi opin. quæ bene ꝓbatur in d. c. j. de cler. coniu. vbi patet ꝙ facilius toleratur ꝙ laicus iudicare possit in causa mere ciuili ꝯ clericum, q̃ si agatur de crimine ciuiliter, & conuenit ꝙ ſm illam distin. intelligantur iura, q̃ de reuocatione loquũtur. Non ob. ꝙ laicus testificetur, qñ de cri-152 mine ciuiliter agitur, q. a facilius repellitur iudex, quàm testis, † vt 153 per glo. in c. cum R. de of. dele. † Et sicut qñ agitur de crimine clericus nõ potest absolute coram seculari, recõueniri, à fortiori nec in cã spirituali habet locũ recõuẽtio clerici corã seculari. vt Abb. h̃ cõcludit post gl. in c. cuius in agendo. iij. q. viij. & idem gl. fi. in c. 154 tuam de or. cog. Et iõ vr̃, † q. a etiã incidenter iudex secularis non põt cognoscere de cã spirituali. d. c. tuã. vbi glo. & Abb. post alios. & no. in c. lator. vbi Abb. in ij. no. qui fil. sint legi. & in c. si iudex, in 155 prin. vbi Do. in iiij. no. de sen. excom. † Et ideo si episcopus laicũ cãm delegauit, non venit incidenter causa spiritualis, quanuis aliter cã expediri non possit, vt no. Ang in d. l. ij. in ver. hoc autẽ limita singulariter. ff. de iur. om. iudi. & in suprascriptis nõ videtur dubitandum, quia Doc. cõiter sic tenent. ¶ Sed difficultas remanet in causa mere ciuili, in qua adeo Doct. vario modo loquuntur, & efficaces rationes pro vtraque parte adducuntur, ꝙ secundũ And. Sic. hic determinatio summi pontificis esset necessaria. d cõis tamen opi. est affirmatiua, [d] † ꝙ reconuentio fieri possit, & ita 156 tenet Bar. in auct. & cõsequenter. circa fi. C. de sen. & Albe. ibi, col. pen. dicit ꝙ de equitate, & ſm cõem opi. ita saluatur. Et istam opi. veram dicit Lap. in alleg. cxviij. quæritur non leuiter. col. ij. & glo. fi. idem tenet in c. denique. xcvj. dist. & xj. q. j. in glo. sumere. & idem Bal. in c. j. colũ. ij. ver. secundo quæro pone. de contr. feu. inter pa. termi. & in l. ij. §. sed si agant. ver. & est arg. ff. de iudi. & idem Anc. late tradit in regula, ea, quæ. in xiiij. quęst. de regu. iur. in vj. Et ꝑscrutando rationes, quæ magis stringunt, quia in singulis insistere longum esset. Primo pro ista communi opi. allegatur text. in c. j. & ij. de inut. peti. vbi actor cogitur respondere reo in causa reconuentionis coram eodem iudice. Sed responderi potest quòd illa iura loquuntur in iudice ecclesiastico, vt patet ibi. Et in seculari iudice hoc non reperitur expressum. Et hoc comprobatur, quia cum illa iura loquantur simpliciter, intelligi debent de illo iudice, cuius iurisdictio potest prorogari, & sic de ecclesiastico, & non de seculari, vt minus iuri cõmuni derogetur, arg. c. cum dilectus. de consue. & per hoc rñdetur ad quædam alia argumenta, quæ pro ista parte inducunt̃. quia non habent locum in isto casu, in quo nõ potest iurisdictio prorogari. c. si diligẽti. de for. compe. 157 ¶ † Nec ob. ꝙ à lege prorogatio fieri possit, licet non possit ab homine, vt no. Bar. in d. auct. & cõsequẽter. & Abb. hic, q. a nõ cõstat isto casu ꝙ facta sit à lege. Nã solũ allegatur in d. c. j. de mut. peti. cui rñdetur, vt dictũ est. ¶ Secũdo principaliter, ſm Imo. hoc pro-158 batur. † quia si clericus agat ꝯ laicum coram seculari, & succũbat, clarum vr̃ ꝙ poterit clericus condemnari in expensis à iudice seculari, iuxta reg. quæ habet̃ in c. finem litibus. de dol. & cõtu. in l. prope-

ADDITIONES.

a ¶ Recipiente. Adde Fr. Purpur. in l. rogesti. §. si tibi. nu. 65. ff. si cer. pet.
b ¶ Reconueniri. Fely. hic. nu. 8. Steph. Aufre. in repet. clẽ. j. de offi. ordi. nu. 15.
c ¶ [illegible]
d ¶ Affirmatiua. Steph. Aufr. in repe. cle. j. reg. ij fal. iij. de offi. ord. Matth. Afflic. decis. Neap. clxiij. Sed de consuetudine non est locus reconuentionis. Adde hic Deci. in l. est receptum. in fi. ff. de iur. om. iud.

properandum.§.finautem alterutra.C.de iud.ita ergo videtur dicendum in reconuentione,quæ accessorie venit, sicut dictum est de expensis.Sed respondetur ꝙ in expensis satis videt̃ expressum per iura canonica, quæ volunt ꝙ si actor clericus agat contra laicum coram seculari,vt in c.cum sit generale, & in c.si clericus laicum,de fo.cõpe. iuncta regula quæ habetur in d. c. finem litibus. de dolo & contum.¶ Præterea, & secundo responderi potest, ꝙ condemnatio expensarum accessorie sequitur cãm principalẽ. facit tex.in cle.j.in fin.de rescript.non sic videtur in reconuentione,quæ non habet ita connexitatem cũ causa princi. vt patet in c.cum inter. de excep.vbi licet excommunicatus possit se defendere in causa prin.nõ tñ potest actorem recõuenire. ¶Tertio ꝓ 159 ista parte Are. hic col.pen. adducit nouã rationẽ, †quia actor, & 160 reus à pari procedunt.l.fin.C.de fruc.& lit.expen.†Sed reus si velit actorem reconuenire,cogitur inuitus coram eodem iudice illum reconuenire.§.sancimus.in auct.de execu.colla.vij. ergo pariter actor cogitur coram eodem iudice [a] respõdere. ¶Sed ẽt ad hoc potest respõderi,ꝙ arg.Angel. præsupponit ꝙ recõuẽtio habeat locum. & casu quo habeat locũ, tunc reus cogitur reconuenire coram eodem iudice.Sed in casu isto negatur ꝙ sit locus reconuentioni. ¶ Præterea tex.qui cogit reum reconuenire actorẽ coram iudice eodem,intelligatur de tali iudice, cuius iurisdictio poterat prorogari, per supradicta respõdẽdo ad c.j.de mut. pet. quia illa dispositio indefinita non æquipollet vñi, ex quo eadẽ ratio non videtur,iux.not.per Dy.in rub.de reg.iur.in vj. ¶Quarto arguunt Mod.hoc,per c.cum inter,de excep.vbi qui conuenire non potest,nec etiam potest reconuenire. ergo eẽ, qui potest conuenire, pariter potest reconuenire.sed dic hoc eẽ verum coram competenti, vel coram incompetenti, cuius iurisdictio prorogari possit.¶Quinto, quia causa reconuentionis pendet à cã principali,& illi connexa videt̃,d.c.j. de mut.pet. & de connexis idem est iudicium,c.quanto.§.eo. Sed rñdet̃ ꝙ isto casu hoc non vr̃ verũ,q̃a licet secularis cognoscat de cã princi.nõ tñ cognoscit de incidenti,& accessoria,quæ spiritualis sit, vt s̃.dictũ est, & q̃a arg.videt̃ procedere in ꝯnexis necessarijs, sine quibus causa principa.non potest expediri,& hoc non est in causa recõuentionis, quæ vr̃ separata à causa principali,vt patet ĩ d.c. cum inter de ex- 161 cep.¶†Sexto in iudicio quasi contrahitur.l.iij.§.idem scribit.ff.de pecu.vnde sicut clericus ratione contractus subijcitur alieno foro c.si.de for.comp. ita videtur in quasi contractu, & sic agendo coram seculari,videtur ꝙ ibi possit reconueniri.¶Sed respondet̃ ꝙ ratione contractus potest clericus conueniri coram alieno iudice,ecclesiastico tamen.& nõ seculari.¶Secundo, quia in iudicio quasi contrahitur respectu primę instantiæ, & non respectu reconuentionis,de qua agitur.¶Tertio, quia ex tali quasi contractu,qui fit in iudicio,ab inuito,ad contractum,non bene infertur & ar.non valet.vt dixi in c.qua fronte.de appellat. ¶Vltimo facit tex.in l.ij.§.sed si agant.ff.de iudi.& l.qui non cogit̃ respõdere.eo. tit.vbi quis cogit̃ respõdere vbi agit. Sed illa iura loquuntur, qñ erat talis iudex,cuius iurisdictio poterat prorogari. & ita resoluũtur rõnes,q̃ pro cõi opin.adducuntur. & non immerito plerique tenet contrarium, ꝙ clericus nullo modo corã seculari reconue- 162 niri posset.& ita Abb. hic concludit post alios quos refert. ¶†Et primo probatur ista opi.quia iura præcise prohibent iudicem laicum clericos iudicare.c.qualiter.de iud.& in cap.cleri.j.eo.cap. si diligenti.j.de for.cop.xj.q.j.c.j.& ij.Sed respondetur ꝙ tex.in d.c. qualiter.loquitur in causa reconuentionis,vt colligitur ibi, in verbo,trahantur,& eodem modo loquuntur alia iura s̃.allegata.Secus videtur in causa reconuentionis per c.j.& ij.de mut.peti.¶Secundo videtur tex.secundum vnam lec.in c.si eo.Sed ille text.nõ potest loqui in causa recõuentionis,vt Abb.ibi declarat in vj.col. 163 ¶†Tertio efficax ratio secundum Abb. per antiquos inducitur, quia prorogatio in causa reconuentionis surgit à prin.volũtario, quia iura dicunt ꝙ non debet quis dedignari illum contra se habere iudicem,cuius arbitrium agendo,fuit secutus,in l. Papinianus.C.de sen.& iij.q.viij.cap.cuius in agẽdo, & prædicta ratio nõ videtur habere locum in clerico,qui licet ipse velit, non potest iudici seculari se subijcere, d.cap.si diligenti, de for.compe. ¶Sed respondetur negando,quia illa facultas reconueniendi actorem non fundatur in voluntate agentis: quia clericus agens cogitur inuitus agere coram seculari, secundum regulam iuris, ꝙ actor sequitur forum rei,cap.cum sit generale. cap. si clericus laicum, 164 de fo.compet.†Et hoc patet,quia non potest clericus, etiã in aliũ iudicem ecclesiasticum, iurisdictionem prorogare,sine consensu proprij iudicis.cap.significasti,de fo.comp. Et tamen in reconuẽtione hoc non requiritur,c.j.de mut.peti. & ita respõdẽdo huic rationi tradit Pet.de Anch.in regula,ea,quæ.in iiij.q. de reg. iur. in vj.& refert Are.hic.¶Quarto facit tex.ĩ c.deniq;.xcvj.dist.quẽ Abb.adducit.Sed potest responderi quòd loquitur in causa conuẽtionis,& quando laici vellent propria auctoritate hoc facere. secus videtur in causa reconuentionis. ¶Quinto pro ista parte And.Sicu.inducit tex.in cap.j.de iura.cal.& Abb. ibi illum text. ponderauit in v.nota.vbi constitutio quæ generaliter disponebat ꝙ clerici non deberent iurare, præualet constitutioni, quæ volebat, ꝙ personę principales deberent iurare de calumnia. Vnde Abb.refert ad quæstio.nostram,ꝙ regula, quæ habet ꝙ clerici nõ incidenter à laicis,ꝙ talis regula videatur præualere,& derogare iuribus loquentibus de reconuentione. ¶Sed respondetur, vt dicunt Mod.hic, quòd attenta tali ratione esset dicendum quòd si aliquis laicus ageret cõtra clericum in foro ecclesiastico ibi nõ posset reconueniri,quia est regula quòd laicus debet coram suo iudice conueniri,cap.si clericus laicum de for.comp. Ista tamen responsio non satisfacit, quòd regulę affirmatiuę quòd laicus debet coram suo iudice conueniri,derogatum est per iura, quæ de reconuentione loquuntur.Vnde aliàs dici potest ꝙ attento eo, ꝙ dicitur in d.cap.j. de iura.calum. sequeretur quòd vasallus clericus non posset cõueniri coram domino feudi seculari. cuius cõtrarium habetur in cap.verum.infra eo.¶Sed ad hoc etiam replicari potest quòd sit speciale in causa feudi,quia aliter laici nõ cõcederent feuda clericis. & quia tali casu iudicat laicus in re propria,cum directum habeat dominium,vt no.Abb.hic, ar. cap.j. de feu.¶Ideo tertio responderi potest ꝙ in casu d. cap. j. de iur. cal.illæ duæ constitutiones erant circa idem, vtraque enim respiciebat iuramentum.Sed in casu nostro sunt circa diuersa.quia regula negatiua loquitur, quando clericus conuenitur.Alia contraria loquuntur de reconuentione, & per hoc respõdetur ad quædam,quæ And.Sic.hic adducit,& etiam responderi aliter potest, vt statim dicam.¶Sexto aliàs sum secutus istam partẽ, pro qua 165 allegabam,†ꝙ quando concurrunt duę regulę,vna prohibitiua, & altera permissiua,præualet negatiua,vt no.Bar.in l.iij.§.liberti. per illum tex.ff.de suspe.tut.facit l.j.in l.si Ruffinus.vbi Bald.C.de testa.mil.ergo videtur,ꝙ regula negatiua, quæ omnino prohibet clericum coram seculari,conueniri,attendatur,non obstante regula affirmatiua,quæ de reconuentione loquitur. ¶Sed ad hoc etiam respondetur quòd in casu nostro non concurrunt duę regulę, quia vna de conuentione altera de recouentione loquitur vt supra dixi.Et quia in casu,in quo loquitur Bar.in d.l.iij. §. liberti.regula negatiua attenditur,quia erat magis specialis,quia respiciebat qualitatem personarum, & affirmatiua reputatur magis generalis,quæ ad causam suspecti tutoris referebatur, & ideo cũ in casu nostro regula negatiua generalis videatur, & regula affirmatiua quæ de recõuẽtione loquitur,sit magis specialis,illa attẽditur,quia species generi derogat.vt regula generi,de reg. iur. in vj.l.vxorem.§.felicissimo.de leg.iij.Et sic etiam euitari possunt rationes, quę pro ista parte negatiua allegãtur.&,vt patet ex s̃.scriptis,articulus esset disputabilis.Mihi tamen finaliter placet opi. affirmatiua,quæ communis est.Et considero hoc modo quòd tota vis in hoc consistit,an tex.in d.c.j. de mut.peti.dũ dicit, ꝙ in casu reconuentionis efficiatur iudex, qui non erat,intelligatur etiã habere locũ in clerico agẽte corã seculari.Et supradictũ fuit ꝙ rñdẽdo ad illũ tex.q̃a cũ ille tex.simpl̃r loquat̃,debet intelligi de iudice,cuius iurisdictio possit ꝓrogari, vt minus derogẽt iuri cõi, arg.c.cũ dilect.de ꝯsue.& ꝑ istã rõnẽ potissime,q̃ vr̃ efficax, aliàs legẽdo Paduæ,secutus sum opi.negatiuã.Sed tũc onus arguendi in publica disputatione ꝓ parte affirmatiua mihi incũbere visum fuit cõtrariũ,ꝙ imo regula.d.c.cũ dilectus.generaliter intelligatur,ẽt respectu clericorũ, vt coram seculari iudice possint recõueniri.Et hoc sic deducitur.Nã lex canonica facit clericum actorem coram iudice seculari,s̃m rẽam,quæ hr̃ in c.cum sit generale de fo.cõpe.Et est tex.in c.si clericus laicum.eo.tit. Modo sic text. in c.dispendia.§.reus quoque.de rescrip.dicit ꝙ reus cogitur recõuenire actorem coram eodem iudice.ergo ẽt coram seculari, ex quo clericus ẽt s̃m canones actor cõstituit̃ coram seculari, vt dictũ est.¶Secũdo hoc probatur,q̃a regula, q̃ simpl̃r dicit ꝙ actor sequitur forum rei.vt in c.cum sit generale.de fo.comp. declarat etiam habere locum in clericis, vt cogantur agere coram seculari,vt est casus in d.c. si clericus laicum.ergo pariter idem videtur dñm in iuribus,quæ simpliciter de recõuentione loquunt̃,& dicũt ꝙ actor corã eodẽ iudice possit,& debeat recõueniri ẽt de clericis litigãtibus corã seculari intelligant̃. Et ita ꝯfirmat̃ cõis opi. à qua

ADDITIO.

a ¶Hier.Gig. Iudice.Laicus an possit reconuenire clericum coram eodem iudice seculari,coram quo conuentus fuerat à clerico,vide etiam per Paul.de Ca.in auc. & confir.circa h.in vers. quæritur.C.de iudi. & per Pet.de Anc.in cap.ea, quæ. de reg.iur.in vj.

à qua nõ est recedendum. Et ista cõis opinio, maxime haberet locum stante cõsuetudine, q͂a etiã dato ꝙ esset verior opinio nega-
166 tiua,† valeret tñ consuetudo in ꝓrium, vt Abb. hic concludit post
167 Io. And.† q͂a cum tali casu sint opi. inter Doc. præualet illa opi. q̃ à cõsuetudine comprobatur, l. si de interpretatione. ff. de legi. c. cum dilectus. de cõsue. Et idẽ in simili casu no. Imo. in c. j. col. pen. in prin. ver. vnde vr̃, de his, q̃ fi. à ma. par. ca. vbi dicit valere cõsue-
168 tudinem.† ꝙ ĩ alienatione bonorum ecclesiæ inferioris nõ requiratur cõsensus capituli ecclesiæ cathedralis, q͂a de hoc inter Doc. sunt opi. Et in simili casu idem dixit Pau. de Cast. in l. etiam. col. j.
169 ff. sol. ma. valere cõsuetudinem,† ꝙ emphyteusis ecclesiastica transeat ad heredes extraneos, q͂a de hoc vario modo Doc. loquuntur & ita allegant Mod. in c. cũ cã. de re iudi. quibus addatis Abb.
170 in cõsi. xxv. in q. quæ ad pñs vertitur. col. fi. lib. ij. vbi inquit, † quòd q͂n est aliquod dubiũ in iure inter Doct. standum est, consuetudi-
171 ni, quæ est optima legum intepres ¶ † Et ex prædictis notã. est, ꝙ
a licet aliàs nõ valeret cõsuetudo, q̃ esset onerosa ecclesijs.[a] cap. j. §. de consue. tñ q͂n est dubium inter Doc. valeret cõsuetudo, per §.
172 dicta.† Et ista conclu. vr̃ ẽt habere locum, licet in tali dubio communis opi. esset pro altera parte, quia altera pars ꝯ cõem præualet, ꝑ ꝑ auctoritatẽ cõsuetudinis. Et ad hoc ẽt bene facit qđ not. Ant. de Bu. in d. c. cum dilectus. col. v. ver. ex quo infertur. dicens,
173 † ꝙ q͂nq; statutũ, qđ de se nõ valeret, a consuetudine interpretatiua coroboratur. Et in simili tradit Bar. in consi. lix. cõe Spoleti.
174 col. fi. in prin. † qđ ꝯcessio immunitatis, de qua dubitatur, confir-
175 mat à cõsuetudine. alle. tex. in l. fi. C. de fun. pa. lib. xj. † Et notandũ
b est ꝙ talis consuetudo interpretatiua[b] non requiritur, ꝙ præscri-
c pta sit.[c] vt no. Ant. de Bu. in cap. fi. char. v. versi. ex his dicit, Nic. de mat. de consue. & tradit Are. in cõsi. xj. procedendum est. Alexan.
176 consi. cvij. pro inuestigatione. col. pen. lib. ij. ¶ † In ea. gl. ibi, cũ ciuiliter actum sit, non debet dici infamis. No. ꝙ ciuiliter condemnatus de crimine quod infama, non efficit̃ infamis, & istam glo. pro sing. alle. ad hoc Ro. in cõsi. cxcj. spectabilis dñe. col. ij. & idem tenet Rot. in ij. decis. in tit. de iniu. in fi. in antiq. Contrariũ tamẽ voluit gl. in c. cũ te. in gl. ij. de re iudi. & illa cõiter approbatur vt ibi, & hic Abb. dicit, & idẽ tenet Bar. in l. infamẽ. col. ij. post gl. ibi, de pub. iudi. Et tollit rationẽ, quæ in contrarium allegari põt, & idẽ Bald. post Cy. quem refert in l. si tutor. in fin. C. de interd. matr. & Io. de ana. in c. qualiter. §. ad corrigendos. col. iiij. de accus. & probatur in l. j. de his, qui not. infa. vbi damnatus furti est infamis, & hoc declaratur siue manifesti, siue non manifesti. l. furti. in princ. eo. ti. Ita videtur, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, quia ꝑ furto agitur ciuiliter, & criminaliter l. fi. ff. de fur. Glo. tamẽ hic saluari potest, prout loquitur, q͂n ciuiliter clericus fuit damnatus in iudicio seculari, quo casu non valet iudicium, vt dictum est. & ideo nõ dicitur condemnatus l. iiij. §. condemnatum. de re iudi. & hoc
177 bene procedit quantum ad infamiam iuris, † sed non respectu infamiæ facti, quæ irrogatur etiam ex processu inordinato, vt ꝑ Azo. in summa. C. ex quib. cau. infa. irroga. in prin. facit tex. cũ gl. in l. interlocutio. C. eo. ti. cum si. vt tradit Alex. in consi. clij. viso ꝓ-
178 cessu. colũ. iiij. lib. v. ¶ † Item, & sc̃ũdo, cõmunis opi. habet locum in actione furti, prout gl. & Doc. loquuntur. secus est in ꝯditione furtiua, quia condemnatio non infamat l. cessat. ff. de act. & obli. & rationem Bal. hic adducit. col. vj. ver. sed quæ est ratio. quia non reperitur hoc expressum in edicto prætoris. Sed videatis Bar. qui melius hoc declarat in l. j. ff. de his, qui not. infa. quod dictum est de conditione furtiua, idem est in conditione generali, vt dicit Bald. hic, & est glo. no. in l. certi conditio. in princi. ff. si cert. peta.
179 Et quando non apparet † an quis fuisset condemnatus actione furti, vel conditione furtiua. in dubio debet iudicari quòd conditione furtiua damnatus fuerit, vt infamia euitetur, vt not. dicit Ioan. de ana. in dicto §. ad corrigendos, colum. iiij. & ibi refert se ita consuluisse Venetijs. Pro quo est bonus tex. in l. hæc enim.
180 ff. de suspect. tut. † vbi in dubio quis remotus à tutela videtur ex causa, quæ non infamat, & in dubio etiam intentata videtur il-
181 la actio, quæ non infamat. † vt not. Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de oblig. §. pen. in j. addi. magna. refert, & sequitur Alexan. in d. l. certi condictio. in princ. & in l. Gallus. §. si eius. colum. ij. ff. de lib. & posthu. & no. etiam Bald. in c. Imperialem. §. præterea. colum. iij. versi. dubitatur tandem. de prohi. feud. alien. per Frideri.
182 ¶ † Secundo ex glo. colligitur per Abb. hic, quòd sicut per cõdẽnationem factam de crimine quis infamis efficitur. ita per confessionem, & hoc in causa ciuili in qua condemnatus pro confes-
183 so habetur. l. prima. ff. de confess. † secus in causa criminali, in qua confessus non habetur pro cõdemnato. l. si confessus. ff. de custo. reo. vt latius Abb. hic tradit post Bar. in d. l. infamem. de publi. iudi. ¶ Sed aduertendum est primo. in causa ciuili non est verũ generaliter ꝙ confessus habeatur pro condemnato, Sed tũc demũ quando ante litem contestatam confitetur, secus si post litem cõtestatam, & post inchoatum processum, vt no. Bar. in d. l. j. ff. de cõfes. & in l. j. eo tit. vnde ex isto capite condemnationis nõ videtur absolute ꝙ cõfessus sit infamis, sed ex ipsa confessione immediate ista conclusio verificari potest, vt j. dicam. Secundo considerãdum est, ꝙ in causa ciuili ꝯfessus nõ redditur infamis, q͂a habetur pro condemnato. nam ista videtur ficta condemnatio, vt no. Bar.
184 in d. l. j. † Vnde non videtur ꝙ ex ficta condemnatione quis reddatur infamis, vt no. Bar. per illum tex. in l. furti. §. quis alieno. ff. de his, qui not. infa. & facit quod Abb. inferius dicit de ficta confessione, quæ infamiam non inducit. ¶ Sed dicendum est, ꝙ ficta cõdemnatio non infamat speciali ratione in casu d. §. si quis aliena. prout Bal. ibi declarat in princi. Similiter ficta confessio, quæ insurgit ex contumacia, non infamat, prout Abb. infra loquit̃, aliàs
185 secus, vt ibi dicam. ¶ † Tertio dum Abb. dicit, ꝙ quãdo agitur criminaliter, confessus non efficitur in famis, quia expectatur sentẽtia, vt not. Bar. in d. l. infamẽ. vbi Ang. sequitur. & idem Ang. in l. ictus fustium. ff. de his, qui not. infa. cum si. vt tradit And. Sicu. in consi. iij. lib. ij. colum. j. ¶ Sed tamen glo. j. tenet contrarium in d. l. ictus fustium. & in l. pẽ. gl. ij. C. de interd. matri. & in l. sed & si possessori. §. sed cum de hæreditate. in gl. j. ff. de iureiur. Innoc. in cap. super his. de pœnis. & Azo. in summa. C. ex quib. caus. infa. irro. Et ista omnia allegat Car. hic, qui sequitur istam opin. in pen. col. ver. septimo quæro. & concludit quòd ex sola confessione efficiatur infamis ille, qui confitetur, quia notorium confessio facit, c. fin. de coha. cle. & notorium, & sententia equiparantur. l. empto rem. in prin. ff. de actio. emp. Et istam rationem etiam reassumit
186 And. Sic. hic, qui idem tenet. Sed responderi potest, † quòd equiparantur quo ad declarandum, & manifestandum delictum, sed non quo ad disponendum, vt no. Bal. in l. j. col. j. ff. de cur. furio. vbi alle. glos. in d. l. sed & si possessori. §. fin. cum de hæreditate &
187 idem Bal. in d. l. ictus fustium, col. fin. † Et ideo licet prælatus notorie criminosus sit, non tamen depositus, intelligitur, nisi sequatur sententia, vt no. Bal. in l. cum fratrem. col. iij. C. de his, quib. vt indig. Secundo And. Sic. alle. glo. quæ hoc sentire videtur, in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de infami. Sed sunt aliæ plures, vt supradictum est, quarum auctoritas declinari potest. Tertio alleg. plura iura, in quibus condemnatus, & conuictus æquiparantur, in l. iij. §. l. Iulia ibi, iudicatus vel cõuictus erit. ff. de testi. & in l. qui in iudicio, cum glo. fi. ff. de accu. ergo idem videtur in confesso. Sed respondetur, ꝙ iura loquuntur in alijs casibus, ex quibus nõ bene infertur ad infamiam, de qua agitur, quia illa solum locum habent in casibus in iure expressis. l. j. ff. de his, qui notã. infa. ¶ Et per hoc respondetur ad quædam alia, quæ And. Sicu. inducit, q͂a cum text. in dicta l. j. loquatur de condemnato, non debet extendi ad confessum, & isto respectu ista opinio. non videtur vera. ¶ Sed prædicta opin. quam præsertim tenent Cardi. & And. Sic. hic post alios in locis prealle. ex alio capite suaderi potest, quia non solum damnatus furti, sed etiam pactus, infamis efficitur, dicta l. j. ibi, damnatus pactusue erit. & ideo pactus notatur, quia confiteri videtur l. quoniam. ff. eod. titu. vnde si pactus repellitur, quia videtur tacite confiteri. ergo à fortiori confessus infamis videtur, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, auctẽn. multo magis. C. de sacrosan. eccle. c. cum in cunctis, de elect.
188 ¶ † Ex retenta conclusione[d] quòd confessus indistincte infamis
d sit, infertur quòd cautela ad euitandum infamiam quam Abb. hic ponit, secundum Bar. in d. l. infamẽ non sit vera. quando quis confiteretur, sed solum haberet locum, quando quis alijs proba-
189 tionibus esset conuictus, & solueret ante condemnationẽ. † Nã euitatur infamia, vt not. etiam Bart. in l. si reus. ff. de procu. cum simi. vt tradunt Moder. in cap. cum te. de re iudi. in ij. colũ. & Bal. in l. j. in ij. not. C. de dolo. & in l. vtique. in fin. princi. ff. de rei vend.
190 vbi notabilem ponit quæstionem. ¶ † Et quod supradictum est de confessione, quæ infamat, verum est in vera confessione. secus in ficta, vt Abb. hic dicit post alios, quos refert. & idem Bart. in l. ictus. circa fi. ff. de his, qui notan. infa. Bald. in l. si tutor. C. de interdic. matri. in l. etiam. colum. fin. C. de fur. & in l. j. colum. fin. C. de hære. insti. cum simi. vt tradit Alexã. in l. sæpe. in char. viij. ff. de re iudi. & Paul. de Cast. in consi. cxcvj. aliàs. cxcviij. super hoc puncto

ADDITIONES.

a ¶H. Gig. Ecclesijs. Consuetudo onerosa ecclesijs non valet, hoc tamen qualiter procedat. vide per eundem Dec. s. in c. j. de consue. per totum.

b ¶Interpretatiua. Adde Philip. Dec. in c. j. nu. 38. de postu. præla. in l. vt liberis. nume. 19. C. de colla. & consi. xj.

c ¶Syl. Al. Præscripta sit. Adde Roch. Cur. in repe. rub. de consue. in iiij. q. princi. & Dec. in consi. xlviij. col. ij. in prin. in c. cum M. Ferra. nu. 26. de const.

d ¶Retenta conclusione. Idem Fely. hic, & bene.

puncto. And. Sic. in conſi. iij. lib. ij. & Pet. phil. de com. Peru. in cõſ. xlij. videt. lib. j. Are. tamen in c. inquiſitionis, de accu. dubitat de 191 iſta conclu. † & contrarium arguit, quia in multis ficta cõfeſſio habet vim vere confeſſionis, vt no. Bar. in l. abſentem. ff. de pen. col. 192 pen. † Et ideo, ille qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, non appellat ſicut nec vere confeſſus, vt not. Bald. in l. omnes populi. char. pe. col. fi. verſi. & ſi ſtatutum dicit ꝙ bãnitus. ff. de iuſt. & iur. Et hoc, ſecundum eum, ratione probatur. quia eo ipſo ꝙ quis fingitur eſſe confeſſus per interpretationem paſſiuam, leges, quæ loquuntur de confeſſione, videntur trahi ad iſtum taliter cõfeſſum. l. j. §. lex Falcidia. C. ad leg. Fal. ¶ Sed ad iſta videtur poſſe reſponderi, quia licet quandoque ficta confeſſio operetur id, qđ ve-193 ra. tamen in multis differunt. † Vnde licet contra vere confeſſum poſſit ferri ſententia, ẽt ex inordinato proceſſu, vt per Inn. in cap. qualiter. el. ij. cum ſi. vt ſupra dixi de accu. Secus tamẽ eſt in ficta, 194 vt ibi in no. dictum fuit. † Et tabellio condemnatus ex vera confeſſione, non poteſt inſtrumẽta conficere. ſecus eſt in ficta. vt no. Bald. in l. & ideo. ff. de euic. & qđ no. Bar. in l. eius, qui. ff. de iur. fiſ. Vnde ex hoc non poteſt inferri, prout facit Aret. Non ob. qđ dicitur de interpretatione paſſiua, quia iſta fuit ratio Iac. Bu. quam Bar. refert. in d. l. ictus, & illa non obſtante tenet contrarium. Et prædicte rationi reſpondet etiam Bald. in d. l. j. de hære. inſt. col. fi. ver. ſed quid ſi dicit ſtatutum. ¶ Et retenta prima concluſ. ꝙ confeſſio ficta non infamet, hoc intelligitur in confeſſione ficta ratio 195 ne contumaciæ, quæ in non facto conſiſtit. † Secus eſt in non ficta confeſſione, quæ inſurgit ex facto reprobato, quia illa infamat vt no. Bal. per illum tex. in l. ſi tutor. C. de interd. matri. in verſ. modo, eſt dubium. & per hoc etiam poteſt reſponderi ad d. l. quoniam, vbi ficta confeſſio infamare videtur, quia illa ficta confeſſio inſur 196 git ex facto, & non ex contumacia. ¶ † Vlti. ſecundum Abb. ex gl. colligitur quòd infamatus de facto ſuſpenditur ab officio, donec ſe purgauerit, & circa hoc Abb. plura applicauit. Et ex dictis eius 197 plures conclu. colliguntur. † Prima eſt, ꝙ probatio facta de crimine, pro quo actum eſt ciuiliter contra clericum, non facit, vt puniatur criminaliter, vel qđ propter hoc priuetur beneficijs, quia actum, ad hoc non fuit, vt gl. hic dicit. facit tex. in c. j. de excep. in c. ij. de ordi. cog. & ſententia debet conformari libello. c. licet Heli. de ſim. l. vbi fundus. ff. communi. diui. Vnde conſiderãdum eſt. ꝙ ceſſante iſta ratione, puta in papa, qui poteſt crimen punire, li-198 cet ad id actum non fuerit, † vt no. Hoſt. Io. And. & Abb poſt alios 199 in c. tam literis. de teſtib. † eſſet dicendum ꝙ iſta conclu. non haberet locum, quia princeps ipſe iudicare poteſt, non attenta forma petitionis, vt dictum eſt vt no. Bar. in l. Emilius. ff. de mino. Anto de But. in c. licet Heli. col. iij. de ſimo. Alex. in l. vinum. col. fi. ff. ſi cer. pet. ¶ Sed tamen aduertendum eſt, quę ratio obſtare videtur quia probationes factę in cauſa ciuili, non ſufficiunt in cauſa cri-200 minali ad penam imponendam, prout inferius dicam. ¶ † Secundo prædicta concluſio limitatur, niſi reus conuentus in iudicio ciuili aſſumere defenſionem, dicendo ſe illud non commiſiſſe delictum, quia tunc ſi conuincitur, poterit puniri, licet ad hoc actum non fuerit. ita dicunt Mod. hic allegãdo Do. in c. j. xlviij. di. Archi. ij. q. in c. in primis. & Inn. in c. ij. de fideiuſ. ¶ Sed adde ꝙ contrariũ tenet. Abb. in c. ij. de ord. cog. col. xvj. ver. ſed nunc habeo longiori ſtudio per. c. ſuper his. de accu. Et quia eadem ratio videtur, ꝙ ſententia conformari debet libello. Et per iſtam rationem idem 201 Mod. hoc ſequuntur in c. j. de exce. in ver. quarta concluſio. † Sed tamen reſponderi poteſt, ꝙ quando quis inſpicit defenſionem, poteſt condemnari etiam in eo, ꝙ nõ fuit petitum, ita voluit Inn. 202 in d. c. ij. de fideiuſ. & declarat ibi Imo. col. pe. † Et ad hoc facit. q͂ de partium conſenſu fertur ſententia, licet non ſit conformis libello. vt no. Bar. in l. ij. col. ij. ff. de act. emp. Alex. in l. vinum. in fin. ſi cer. pet. Et ideo diſtingui poteſt, ꝙ aut ſuſcepit defenſionem limitatã ſecũdum formam petitionis, & nullo modo poterit puniri, aut generaliter, vt declarat Imo. in d. c. ij. & tunc ſaltem extraordinaria pena puniri poteſt, vt Imo. ibi concludit. reliqua de ma 203 teria vide in c. j. de excep. ¶ † Secunda concluſ. Abb. eſt, ꝙ acta, & probationes factę in cauſa ciui. non probant in iudicio criminali. vt not. Bar. in l. ij. §. hoc edicto. in fin. iiij. col. ver. quæro vtrum. ff. vi. bo. rap. & idem Abb. ſequitur in c. per inquiſitionem, col. pen. de elec. & in c. qualiter, & quando, el. ij. circa fi. de accu. quia in criminalibus clariores probationes requiruntur, l. fi. C. de proba. vbi. Pau. de Caſt. plura ponit exempla. Et ratio iſta videtur habere locum in cauſa criminali, vbi agitur de pœna corporali. ſecus, ſi eſ-204 ſet pecuniaria, arg. l. in ſeruorum. in fi. ff. de pe. Niſi dicamus † ꝙ licet pęna ſit pecuniaria, tamen odioſa eſt, & liquidiores probationes exiguntur, vbi agitur de pęna, vt no. Bal. in c. j. circa fi. qualiter do. feu. prop. priue. alle. in teſtamento. de cond. & dem. la. i. vbi etiam Bald. & Imo. & idem Bal. in l. j. col. ij. in iij. oppoſi. C. de

a abb.prosequit an causa exprimenda sit in libello,[a] & cōcludit ꝙ in actione personali causa remota exprimi debet, & nō sufficit ꝙ causa proxima tm̄ exprimat. Sed in actione reali satis est causam proximā,& immediatā exprimere. Et idē abb.tradit in c.ij.col.v. ver.sed queritur. de li.obla.& gl.Bar.& Doc.idē tenēt in l.j.in pn̄.ff. de eden.Idē Inno.in c.cōquerente.circa fi.de off.or.Et rōnē diuersitatis inter actionē realē & ꝑsonalē abb.adducit,quia in actione personali,si causa proxima exprimat,videlicet,quia debitor obligatus sit,reus,q̄ cōuenit,nō reddit certus,q̄a multæ possunt esse causę oblōnis,& ideo opus est causam remotā exprimere.Secus est in actione reali in qua agit de dn̄io,quod tm̄ ex vna cā haberi pōt.Sed ista rō dubitabilis vr̄,quia licet dn̄iū tm̄ ex vna cā haberi possit, dubitari tn̄ pōt an sit talis causa q̄ inferat dn̄iū. Vnde aliā rōnē Cy.adducit.in l.edita.C.de eden.quā referūt, & sequuntur Pau.de Ca.& Alex.in l.j.in prin.ff.de eden.videlicet,q̄a dominiū quocūq; modo acquisitū sit,est vniforme. Nō sic in obligatione, q̄a alia est bone fidei,& alia stricti iuris.Sed ista ratio ēt nō multū satisfacit,q̄a non consonat ꝙ ab ista qualitate oblōnis,ꝙ sit bone fidei,vel stricti iuris,debeat pendere deliberatio rei,an velit cedere,vel cōtendere,vt dr̄ in l.j.in pn̄.ff.de eden.Et ideo aliter dicendum vr̄,ꝙ in actione perso.reus ex facto suo cōuenit,de quo ipse reus certus erit,si causa remota allegetur c.ab excōicato. de resc.& ideo bn̄ poterit deliberare. Sed in actione reali nō magis certus reddit reus ex cā remota,q̄ ex ꝓxima. ideo sufficit causam proximā allegare,& credit actori quo ad fundandū iudiciū, & postea de veritate in ꝓcessu apparebit. Et quod dictū est ī actione reali, habet locū qn̄ agitur rei vend.Secus si hypothecaria agat, vt no. Ang.in d.l.j.in prin.col.pen.& Inno.in c.cōquerente.Et in actio. perso.sufficit ꝙ cā remota,vt dictū est,exprimatur,& nō est opus
49 † ꝙ causa ꝓxima allegetur,quia sufficit ꝙ libellus p̄sumptiue cōcludat,vt abb.hic dicit,& idē no.Bar.in d.l.j.in prin.col.fi.ff.de eden. & in l.certū.§.j.vbi no.loquit de cōfes.& idē Bal.in l.edita.col.xiij. vers.sed hic querit.C.de eden.Alex.in cōsi.j.col.pe.lib.v.¶ Sed tn̄ in casu isto ēt dici pōt ꝙ cā proxima allegetur,quia dū actor allegat causam remotā,quia mutuauit, & cōcludit restitutionē sibi fieri, satis vr̄ dicere illū de p̄senti obligatū esse,vt in simili not.Bar.in l.
50 Aurelius.§.Sticho.de lib.leg.† Et causa q̄ allegat apta esse debet, aliàs nō valet, vt per gl.in d.l.j.in prin.vbi Bar.in ver.veniamus ad causam. de eden.Et idē gl.in l.ij.§.circa de excep.Domi.in verbo
51 causa.† & tali casu libellus est nullus,ēt parte nō opponēte vt no. Bar.in l.edita.C.de eden.cū si.vt tradit Alex.ibi col.iiij.& Mod.in
52 c.cū ordinē.de rescri.† Et cā apta intelligit,si rōnabilis sit,& concludens,si esset vera,vt no.Bal.in l.certi cōdi.col.pen.si cer.pet.& in libello sufficit ꝙ cā simpliciter allegetur.nō aūt qualitas causæ re
53 quirit, vt puta, si agatur ꝯ prælatū ex causa mutui,† satis est dicere,q̄a mutuauit, & nō est opus allegare ꝙ mutuū cōuersum fuerit in vtilitatē ecclesiæ,vt no.Bar.in d.l.j.in prin.cū si.vt p Alex.ibi col.pe.& idē abb.post Ant.de But.in c.fi.de lib.ob.& no.Mathesi. in xj.not.ꝙ in libello. & Pet.de Anc.in cōsi.ccxcv.ex p̄dictis.col.j.
54 & illud cōsi.est repetitū in cōsi.cccxviij.† Et p̄dicta locū habēt in petitorio,sed in possessorio non est opus causam allegare, vt no. abb.p gl.fi.ibi post Inno.Bal.& alios in c.querelā.de elec.& idem
55 Bal.in l.iolent.§.fi.in vlt.q.de offi.ꝓcon.† Imo,quod plus est,si causa allegata sit,& non probet,non nocet in possessorio,vt no.dicit Inno.in d.c.querelā. in fi.& sequit Ang.in d.l.j.in prin.col.ij.ff.de eden.vbi inq̄t ꝙ si ago cōtra te,q̄a me spoliasti possessione annui census mihi debiti,ex tali causa, nā licet cā nō probet,satis est ad victoriā ꝙ spoliatio probet, & dicit illo anno de facto se ita obtinuisse.Et idē Ang.tradit in l.fi.C.de anna.excep.col.j.ver.& prę-
56 mitte.¶ † Tertio abb.instat an actio sit exprimenda in libello. & post Ant.de But.in col.pe.hic cōcludit ꝙ nō,ſm opi.cōmunē tam Legistarum,q̄ Canonistarū. & idē gl.j.in fi.in c.quo iure. viij.dist. & in auc.de exhib.reis.in prin.in verbo, libellū.q̄ dicit ita seruari de cōsuetudine.& hoc idē dicūt Bar.& Ang.in d.l.j.in prin.col.fi. de eden.& idē tenet Bar.in l.cū mota.circa fi.C.de transa.abb.in c.tua. col.ij.de deci.Saly.in l.fi.in fi.C.de interdi.Cy.& Bal.& alij in d.l.edita. & tradit Specu.in tit.de act.& peti.in princi.circa fi. ¶Prædictę cōclusioni vident obstare plura iura,in quibus probari videtur ꝙ actio exprimat in l.oēs.§.fi.ibi, ꝓposita actione.C.de episc.& cle.& in l.aduersus.C.de exce.ibi, ꝓposita actione.& in l. fi.C.de iudicijs,cū simi.allegatis in gl.hic.Sed tn̄ his,& similib.re-
57 spondetur dupliciter. Primo † ꝙ actio ponat pro libello, & scriptura,quæ datur iudici,vt in auc.offeratur.C.de lit.contest.& per gl.& Bar.in d.l.edita. Secundo,quia iura nihil dicunt de nomine act.sed de actione. nā actio ipsa bene proponit absq; eo ꝙ nominetur,narrando factū,ex quo qualitas actionis colligitur,& sic re ipsa,& virtualiter exprimit, vt no.abb.hic, & Bar.& Doc.in d.l.j. in prin.ff.de eden.nam cum ex tali narratione aduersarius possit certificari,hoc sufficit,absq; eo ꝙ aliter nomen actionis ponatur.
58 arg.l.certū.ff.si cer.pet.¶† Et retenta cōi opinione,limitatur,nisi in loco esset cōsuetudo ꝙ nomen actionis exprimeretur,ſm Bal. in l.maioribus,circa fi.C.cōmu.vtriusq.iudi.vbi dicit ita esse in ciuitate Auinionensi.Et ad hoc facit,quia in formatione libelli cōsue
59 tudo inspicitur.† Et ideo dicit Ang.in l.j.de offi.asses.ꝙ libellꝰ formatus cōtra cōsuetudinē reijcitur ex officio iudicis, allegat gl.in l.de quibus.in verbo, inueterata.de leg.& idē Ang.in l.diuturna.
60 de leg.¶† Secundo p̄dicta cōclusio limitat non habere locū, qn̄ ex narratione facta plures actiones cōpeterēt ad eundē effectū, nā tunc exprimi debet nomen actionis,vt reus intelligat, q̄ actio intentata sit l.si dolo.in prin.& quod ibi Bart.de sol.& idē Bal.in l. Gallus.§.si eius. in ij.col.ver.itē est arg.de lib.& post.& in l.edita. col xj.versi.circa primū. & no.Ang.in d.l.j.in princ.col.fi.de eden. ¶Ista limitatio bene procedit, qn̄ nullo respectu colligit q̄ actio
61 intentata sit, † vt quia narratio æqualiter oībus actionibus cōueniat.secus qn̄ ex coniecturis apparet ꝙ vna potius q̄ alia intentata videat, nā si narratio facta ſm vnā actionē ī aliquo esset superflua, ſm aliā nō iudicatur ꝙ illa actio intentata sit,in qua nihil superfluū ī narratione reperit, vt dn̄t Ant.de Bu.& abb.hic col.pe.
62 † Similiter si vna actio ḡnalis sit,altera sp̄alis, nam in dubio sp̄alis intētata vr̄,vt notat Bar.in l.hoc legatū. de leg.iij.Bal.in l.j.in prin. circa fi.de eden.abb.post Anto.de Bu.hic cum si.vt per Alex.in l.
63 Gallus.§.si eius. col.ij.de lib.& post.† vbi tn̄ ipse limitat hoc, nisi sp̄alis sit pœnalis,q̄a ad remouendū pœnā,in dubio videt potius deducta ḡnalis.allegat Io.An.in addi.Spe.in tit.de obl.& sol.§.sequit. col.ij.& idem Alex.in l.cert. cōdi.in prin.ff.si cert.pet.vbi ad hoc ponderauit gl.Et ad hoc facit quod no.tradit Io.de Ana.in c. qualiter,& qn̄. el.ij.§.ad porrigendos. col.iij.de accu.vbi refert se in no.casu cōsuluisse Venetijs interpretādo ꝙ in dubio pœna ex-
64 cludatur. ¶ Vltimo dū abb.dicit ꝙ libellus generalis sine † causa
b valet,& tenet, si nō opponatur [b] l.fi.C.de anna.excep.vbi Bar.& idē no.Bar.in l.j.in prin.col.fi.de eden.hoc intelligit,dūmodo cō-
65 prehendatur quid actor velit, † vt no.Bar.in trac.ad reprimen.in verbo,figura.col.ij.Itē, & secūdo,hoc intelligit quātū ad hoc vt libellus admittat.sed postea vt ꝯdemnatio fieri possit, actor debet intentionē probare,vt abb.hic dicit,& no.Bar.in l.i.§.si qnis argētū.ff.deposi.& in l.si rē in fi.de rei ven.& in l.in actione.de fur.Bal.
66 in l.ij.col.j.C.de sen.quæ sine cer.quan.¶† Tertio p̄dicta cōclu-
c sio procedit in ciuilibus. secus est in criminalibus, [c] in quibus libellus ḡnalis nō procedit,ēt parte nō opponente,vt no.Bal.in l.j. col.xj.ver.iuxta hoc q̄ro.C.de cōfes.& idē Bal.in l.edita. col.ix.C. de eden.Alex.in consi.lxxij.inspecto. col.pe.lib.j.& idem Alex.in
67 consi.xxxij.in causa executionis.col.iiij.lib.iiij.¶† Quarto, & vltimo,p̄dicta cōclusio fallit coram illo, cui aliquo casu sp̄ali iurisdictio cōpetit,nam corā illo libellus generalis nō procedit,ēt parte nō opponente,vt no.tradit Ang.in cōsi.vj.dictū statutum. col.j.& refert, & sequitur Alexan.in d.consi.xxxij.¶Et in istis casibus, in quibus dictū est ꝙ libellus generalis nō procedit,ēt parte non op
68 ponente.hoc limitat nō habere locū in summarijs, † in quibus libellus procedit,si à parte nō opponat,ſm Bart.in d.verbo,sine figura, quem ita intelligit, & declarat Alex.in d.consil.xxxij.Licet aliter de hoc loquatur ipse Alex.in cōsi.clxxxvj.in hac causa. lib.ij.
69 ¶† Ex prædictis notandum est,quòd nisi libellus declaretur,reus non tenetur respondere,vt not.abb.in capit.ij.in pe.not.de libel.
70 obla.& idem Bal.in l.fin.col.iiij.in ij.oppo.C.de codi.† Et cautela est quòd reus non petat declarari, sed dicat simpliciter libellū non procedere,vt Spe.docet in titu.de libel.obla.§.fi.colum.pen. quem referunt, & sequuntur Paul.de Cast.& Alexand.in l.j.in princi.ff.de eden.& idem Pau.de Cast.in l.edita.col.ij.C.de eden.

ADDITIONES.

a ¶Hier.Gig. Libello. An & quando sit exprimenda causa in libello, adde quæ late scribunt Doctores in.§.omnium.Insti.de actio. vbi per Ias.in xxij.col.

b ¶Gig. Opponatur. Adde ꝙ ista exceptio libelli nō continentis specificam causam opponi nō potest,nisi ante litem cōtestatam,vt no.voluit Bal.in l.exceptionem. in iij.col.in ver.deinde dico.C.de prob.& qualiter debeat facere reus in opponenda ista exceptione contra libellum. vide not.per Spec.in tit.de libelli concept.in.§.fi.ver.sis cautus & Pau.de Cast.in l.edita,circa fi.C.de eden.& Ant.de But.in c.fi.extra de libel.oblatio.

* ¶Syl.Ald. Opponatur. Vide Dec.in c.consulit,el ij.col.iij.in prin.de app.

c ¶Hier.Gig. In criminalibus. Adde Ias.in.§.curare. Instit.de actio.in v.col.in ver. ad vnum tamen singulariter, & plura de isto articulo, vtrum libellus incertus & generalis procedat.vide per eundem ibidem.

SVMMARIVM.

1 Stare quid significet.
2 Excommunicatus non potest esse iudex, item nec iudicis officialis. & nu.3.
Nec arbiter. num. 4. secus arbitrator. nu.5.
Nec aduocatus. num. 6.
7 Aduocatus debet esse in iudicio.
Et dicitur persona egregia. num.8.
9 Excommunicatus dicitur turpis persona, nec dicitur vir bonus, aut honestus. num. 10.
An possit doctorari. num. 11.
Et an dicatur infamis, & quomodo. num. 12.
Nec potest esse testis. nume.13. quod intellige in iudicio. secus in contractibus. nu.14. etiam si dicat excommunicationem nullam. nu. 16.
15 Testis excommunicatus adhibitus in instrumento, si examinandus sit, absoluitur ad hunc effectum cum reincidentia.
17 Excommunicatio. nullam dicens in extraiudicialibus admittitur. secus in iudicio.
18 Excommunicatus an possit esse notarius causæ.
19 Notarius excommunicatus an officium suum exercere possit.
20 Excommunicatus non solum repellitur in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus.
21 Actus extraiudicialis contra prohibitionem an sit nullus.
22 Intellec. c. licet, de sen. excom. lib. vj.
23 Excommunicatus testari potest.
24 Excommunicatio non debet prodesse.
25 Excommunicatus tenetur dicere officium.
26 Inducta in odium non debent cedere in fauorem.
27 Nobilis reputatur in onerosis priuatus nobilitate propter delictum.
28 Inducta in fauorem non debent retorqueri in odium. limita nisi in consequentiam. num. 29.
30 Excommunicatus celebrare non debet.
31 Pœnam quandoque & præmium ex eodem facto consequimur diuersis respectibus.
32 Excommunicatus agere non potest, licet conueniri possit. quod declara maiori excommunicatione. secus si minori. num.33.
34 Excommunicationis appellatione de maiori intelligitur.
35 Qualitas excommunicationis allegari, & probari debet.
36 Argumen. à contrario sensu non colligitur, contra alia iura.
37 Relatio non fit ad præcedentia, quando resultaret absurdum.
38 Excommunicatus conuentus an cogatur mittere procuratorem. Et an audiatur ipse prosequens appellationem ab iniusta excommunicatione, nisi prius absoluatur. num. 39.
40 Absolutio specialiter exigitur, quando quis impugnat excommunicationem.
41 Debet, importat necessitatem.
42 Procuratorem constituere non potest ille, cui imponitur necessitas agendi per se.
43 Oportet, importat necessitatem.
44 Procuratorem quis non cogitur constituere, nisi propter delictum.
45 Excommunicatus potest ipse per se agere, quando in loco non reperitur idoneus procurator.
46 Copia procuratorum præsumitur esse in loco insigni.
47 Excommunicatus conuentus procuratorem constituere potest absque periculo communionis, & si impediatur propter hoc, agere potest vt impedimentum remoueatur.
48 Excommunicatus non petit restitutionem.
Limita in restitutione vxoris, num. 49.
50 Restitutio vxoris fit officio iudicis in excommunicato.
51 Excommunicatus si venit vt reus principaliter ad se defendendum, & petat reuocari missionem factam contra eum propter contumaciam admittitur. secus si petat principaliter tenutam reuocari tanquam non legitimè factam.
52 Defendere se dicitur, qui petit tenutam reuocari.
53 Agens stimulatus dicitur sustinere partes defensoris.
54 Excommunicatus non potest reconuenire.
Sed excipere & appellare ibi.
55 Procuratorem qui potest constituere, non semper potest constitui.
56 Tutor excommunicatus an esse possit.
57 Excommunicatus eo casu quo potest esse in iudicio, potest etiam constituere procuratorem. Et executor num.59. Et filiusfamilias, num.60.
58 Procuratorem quilibet potest constituere, qui potest esse in iudicio.
61 Coniunctus licet agat, non tamen procuratorem constituit, lite tamen contestata potest. num.65.
62 Pater in causa matrimoniali tanquã cõiunctus pro filia procuratorẽ cõstituit.
63 Procurator non potest ante litem contestatam procuratorem constituere.
64 Tutor ante litem contestatam procuratorem non constituit.
66 Reuerentia quæ debetur patrono per libertum, locum habet etiam quòd libertus litigat per procuratorem.
67 Mandatum speciale an exigatur pro defensione excommunicati, & qualiter concipi debeat. num.69.
68 Mandatum ad recipiendum & confitendum quomodo intelligatur.
70 Mandatum speciale vbi requiritur, satis est cum clausula quòd possit quæ dominus potest.
71 Excommunicatus si cœpit agere nec fuerit repulsus, an ipse inuito reo possit desistere.
72 Iudex ex officio potest, & debet repellere excommunicatum agentem, reo inuito, num.73.
74 Excommunicatus an agere possit ex l. diffamari.
75 Actor reputatur debitor qui non lacessitus agit tanquàm diffamatus. ex l. diffamari.
76 Iudicium an valeat agente excommunicato si non opponatur.
77 Clausula, in suo robore duraturis, non tribuit nouum robur.
78 Clausula, suam obtineant firmitatem, quid importet.
79 Suspensus, & interdictus possunt agere. & eis communio non est interdicta.
80 Periurus an agere possit. num.81.
82 Excommunicatus repellitur à iudicio etiam contra excommunicatum maiori excommunicatione.
83 Pluralis in beneficijs pluralem non repellit.
84 Possidentis conditio melior est in pari causa.
85 Excommunicatus prohibetur communicare cum alio excommunicato.
86 Exceptio excommunicationis potest opponi à tertio cuius non interest.
87 Tertius de cuius interesse non agitur, admittitur in casibus, in quibus iudex ex officio supplere debet.
88 Excommunicatus repelli potest ab agendo, etiam ab eo qui iurauit exceptionem excommunicationis non opponere.
89 Iurans soluere creditori intra certum terminum, non tenetur soluere, si sit excommunicatus.
90 Vasallus non tenetur seruire domino, si est excommunicatus.

INtelleximus. ¶ Summat̃, & diuidit̃, vt p abb. hic. ¶ † In tex. ibi, stare,[a] hoc verbum alibi ponitur ad differentiam eius, qui sedet, in cap. j. de vi. & hone. cle. in c. quid est hoc l. dist. & in c. episcopus. xcv. dist. sed hic generaliter accipitur vt excommunicatus nullo modo iudicio stare possit. Ex quo infertur, s̃m abb. † Primo, ꝙ excommunicatus non potest esse iudex. & est tex. in c. ad probandum. de re iudi. not. in cap. sciscitatus. de rescrip. † Et sicut repellitur iudex ita etiam officiales eius repelluntur, vt Rom. tradit in singu. dcxxvj. est excommunicatus. vbi alleg. text. in cap. j. de offi. ord. in vj. Et idem est in arbitrio, † quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum l. j. de arbi. & ita concludit Ioann. An. in regula, dolo. de regu. iur. in vj. gloss. & Barto. in l. Pedius, in ver. ignominiosus. de arbi. Spec. in titu. de arbi. §. differt autem, colum. iij. ver. item secundum eum. abb. in capitu. veritatis. colum. xij. ver. nunc venio ad glo. de dolo & contu. & in capit. ad probandum. colum. j. de re iu. & in capit. Quintauallis. de iureiur. Domi. in c. decernimus. colum. penult. de sen. excom. in vj. & not. Innoc. in l. ex facto. §. si quis rogatus, el. ij. ff. ad Treb. vbi Barto. secus esse dicit in arbitratore. de quo late ibi Alexand. insistit. ¶ † Secundo Abb. infert quòd excommunicatus non possit esse aduocatus, † & probatur hoc in d. cap. decernimus. & facit text. in cap. excommunicatus. §. credentes. de hæreti. † Nam aduocatus debet esse in iudicio l. j. §. postulare. ff. de postu. vbi Barto. & per abb. in rub. de post. merito prohibetur, cum in iudicio stare non possit, vt hic. Et ad hoc etiam facit, quia aduocatus dicitur egregia persona, † vt not. Bart. in l. j. C. de aduo. diuer. iu. † Excommunicatus vero est turpis persona, secundum Bald. hic, colum. ij. ver. sed nunquid excommunicatus. † Et excommunicatus nõ dicitur vir bonus, nec honestus, ex quo ab ecclesia non toleratur, vt not. tradit Maria. in consi. xlv. visa appellatione. col. ij. vbi ad hoc allegat Ant. de Bu. in c. cũ dilectis, de purga. cano. † Et licet excõmunicatus aduocatus esse non possit. Doctor tamẽ fieri non prohibetur, vt cõcludit Car. in repe. c. perpendimus, in pe. col. in iiij. q. de senten. excõ. & sequit̃ Io. de Ana. in rub. de magi. col. ij. Sed tamen in hoc cõtrariũ tenent Bal. & Saly. in prima cõstitutione. C. ver. ideoq;. Et ad hoc facit. † quia excõmunicatus infamis dicitur, vt no. Bal. in c. j. col. iiij. per gl. ibi in tit. quo tẽpore miles. & probatur vj. q. j. in c. infames, quẽ text. ad hoc pro singulari allegauit Ro. in no. dclxxv. an excommunicatus. & infamis doctorari non potest. vt not. Bartol. in prima constitutione. colum. iiij. Sed tamen proprie loquendo, non videtur quòd excommunicatus infamis sit, vt not. Rom. concludit in singulari. dclxxxij. incip. in principio, vbi corrigit illud, quod dixit in alio singulari. supra alle. & allega. Innoc. in capit. testimonium, de test. & hoc idem tenet Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. colum. fin. ver. vlt. quæro. & ideo verior videtur opin. quòd doctorari possit. Quamuis enim communio cum excommunicato prohibita sit, non tamen per hoc fit quominus actus validus remaneat vt. j. col. sequẽ. vers. & subijcit Abb. ¶ † Tertio infertur ꝙ excõmunicatus non possit esse testis, & de hoc est text. in c. decernimus, de sentẽtia excõicatio. in vj. & no. Spe. in tit. de test. §. j. in ver. item est excommunicatus, & hoc procedit in iudicio, prout loquitur text. in d. c. decernimus,

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Stare. Et de multiplici significatione verbi stare, vide Io. Cald. in repe. c. post cessionem, in j. col. j. de probat. & ibi Deci. in ij. not.

14 mus,& abb.hic.† Secus aũt est in instrõ, in quo extra iudiciũ põt
esse testis,vt no.Inn.in c.pia.in fi.de excep.in vj.& sequit̃ Anto.de
Bu.in c.ex literis. col.v.ad fi.de trãs.& idẽ Domi.post Io.An.in d.
c.decernimus. col.fi.in ver.sed est dubiũ. Car.in rep.c.perpendi-
mus, in xxxvij.q.ad fi.de sent.excom.& idẽ not.Bal.in l.j.col.vij.in
versi.itẽ põt.C.de hær.insti.vbi inquit ꝙ excõicati põt esse testes
in ꝯtibus,licet non in iudicijs. Et casu quo talis testis excõicatus
15 adhibitus in instrõ deberet deponere in iudicio,† absolui poterit
ad tps,ad istũ effectũ testificandi, & statim ꝙ dixit testimoniũ, ip-
so facto reincidit in excõicationẽ, vt not.Host.& abb.post alios in
c.veniens. el.ij.de test.cum si.vt dixi in casu notabili in consi.cxlvj.
16 ¶† Et quod dictũ est ꝙ excõicatus nõ potest esse testis in iudicio,
hoc ampliat̃ procedere,et si dicat excõicationẽ nullã, quia habet̃
tm̃ pro excõicato,vt not. Are.in c.veniens.el.ij. per illũ text.in viij.
not.de test.& Mod.sequunt̃. Are.tñ ibi vr̃ ponderare text.in ꝯriũ
17 in c.solet.in fi.de sen.excõ.in vj.dũ ibi dicit̃,ꝙ † ille,qui dicit excõ-
municationẽ nullã,in iudicio euitari debet tanquã actor.ergo vi-
det̃ ꝙ vt testis nõ repellat̃.Sed r̃nderi põt ꝙ dũ ibi loquit̃ de acto-
re,solũ intelligit̃ isto respectu,vt nõ excludat reũ excõicatum,qui
põt esse in iudicio,vt hic, & isto respectu arg.ibi a ꝯrio sensu colli-
git̃,nõ aũt respectu testiũ,quia qua rõne actor excõicatus repelli-
tur,ita etiã testis,ex quo gñaliter prohibet̃ stare in iudicio, vt hic.
Et ad hoc bene facit,quia in d.c.solet,in fi.dicit ꝙ ille qui dicit ex-
cõmunicationẽ nullã in extraiudicialibus admittitur. secus ergo
videt̃ in iudicio,q̃a generaliter prohibet̃, nisi sit reus vt dictũ est.
18 ¶† Quarto abb.infert idẽ esse in notario excõicato. Et hoc clarũ
est in notario causæ,quia in iudicio stare nõ põt,vt hic dicit̃, & ita
videt̃ loqui abb.hic.Idem tñ generaliter videt̃ esse in notario,qui
19 et extra iudiciũ,si excõicatus sit,nõ videt̃ † ꝙ officiũ eius exercere
possit,vt tenet gl.in d.c.decernimus. in gl.fi.& late Do.ibi, qui fi-
naliter tenet opi.gl.ibi,quã et sequit̃ idẽ Do.in c.nullus.iij.q.iiij.&
20 Card.in d.c.perpendimus, in xxxix.qõ.¶† Et subijcit abb.hic,† ꝙ
excõicatus nõ solũ repellit̃ in iudicialibus,vt hic, sed et in extraiu
dicialibus.Et facit tex.in c.licet,de sen.exc.in vj.vbi generaliter di
cit̃ excõicatũ repelli in iudicialibus,& extraiudicialibus, & a legi
timis actibus.& rõne et abb.hic adducit, q̃a omnis cõio prohibi-
ta est cũ excõicato.xj.q.iij.c.cũ excõicatio. ¶ Sed tñ ista rõ nõ facit
21 ꝙ actus extraiudicialis ꝯ prohibitionẽ sit nullus, † q̃a ex quo im-
ponit̃ poena excõicationis minoris participantibus cũ excõica-
to,actus remanet validus, vt no.Car.dicit in d.cap.perpendimus
22 q.xxxv.& idẽ abb.in c.si vere. de sen.excõ.† Nec ob.text.in d.c.li-
cet,dũ loquit̃ de actibus legitimis, q̃a intelligit̃ qñ rõne alicuius
officij competerent.Secus in his,q̃ excõicatus facit vt priuatus.&
ita illũ text.declarat Car.in d.c.perpendimus,in xxxviij.q.circa fi.
& iõ infert Car.in d.q.xxxv.ꝙ excõicatus põt ꝯhere, al.Inno.in c.
veritatis, de do.& contu.& text.in c.felicis. de pœnis in vj.& late
abb.idẽ tenet in d.c.veritatis.in iiij.car.& idẽ abb.in d.c.si vere.de
sen.excõ.cũ si.vt tradunt Mod.ibi.Et propter hoc et Car.cõcludit
23 in d.q.xxxviij.† ꝙ excõicatus testari possit.[a] & idẽ tenet Bart.in l.si
a quæramus.ff.de testa.cũ simi.vt tradit Are.ibi col.vj.& Mod.in c.
cũ voluntate. de sen.excom. Ange. Are.in §.fi.inst.quibus non est
24 permis.fa.testa.¶† Secundo principaliter not.ꝙ excõmunicatio,
quæ est facta in odium excõicati, nõ debet illi prodesse. facit glo.
pen.in c.pro illorũ. de ꝑben.quæ dicit ꝙ valent gesta per excõmu
b nicatũ in præiudiciũ[b] eius. Et iõ excõicatus tenet̃ dicere officiũ
25 † gl.fi.& no.in c.ꝑsbyterũ.xxviij.dist.& tenet Host.in sum.de cle-
ri.excom.mi.in §.j.col.j.& Car.in cle.j.in vij.oppo.de regu.Et pro
26 his est regula cõis,† ꝙ inducta in odiũ,nõ debent in fauorẽ retor-
queri l.relegatorũ.§.fi.de interdic.& relega.l.ij.§.nemo, vbi gl.in
verbo.exuitur.ff.de cap.dimi.in l.actione.§.itẽ qui societatẽ.ff.pro
27 socio. facit gl.in c.ij.in gl.pe.in fi.de confes.in vj.† Et ideo qñ quis
priuat̃ nobilitate ꝑp delictũ, reputatur tñ nobilis in onerosis, vt
no.Bar.in l.j.in fi.C.de infa.lib.x.cũ si.vt tradunt And.Sic.& Mod.
28 hic,& idem And.Sicu.in cõsi.xcj.lib.iij.† Et idem est ecõtra,[c] quia
c inducta in fauorem, non debent in odiũ retorqueri l.quod fauo-
re.C.de legi.cum si.vt late cõgerunt Mod.in c.cum dilectus. el.ij.
in ver.octaua cõclusio.de rescrip.& videbimus in c.causam,que.j.
eo.& dixi in cõsi.xij..in notabili casu.Et conclusio prædicta proce
29 dit considerando principaliter,† sed in cõsequentiam, & ratione
cõnexitatis inducta in odium cõmodum afferre possunt l.sed &
milites.§.qui.n.ignominiosa.ver.scribit autem Vlpianus.de excu.
tu.ibi,tutelis excusabunt̃.quia vrbem ingredi eis non licet. & in l.
30 decreto.de suspec.tu.† & patet in proposito in excõicato,qui ce-
lebrare non debet c.ij.de cle.excom.mi.Item prædicta conclusio
habet locum respectu eiusdem dispositionis.secus est respectu al
31 terius dispositionis, † quia ex eodem facto diuersis respectibus
d quandoq; quis pœnam patitur, & præmium meretur[d] l.j.de his,
quibus vt indi.& per gl.not.in c.dixit Sarra.in glo.fi.xxxij.q.iij.&
not.Bald.per illum text.in l.ij.§.deinde ex his legibus.de origi.iur.
32 ¶† Tertio no.regulã, quæ ponitur hic,videlicet ꝙ excõmunicatus
agere non põt,licet cõueniri possit. Et hoc intelligitur in excõmu
33 nicato maiori excõmunicatione.† secus est si excõicat⁹ sit minori,
quia agere nõ prohibetur.vt abb.hic dicit, & idem abb.in c.ã no-
bis.de excep.Et subijcit abb.hic,ꝙ appellatione excõicationis de
34 maiori intelligit̃,† vt est text.in c.pen.de sen.excõi.Sed aduerten-
dum est,quia hoc nõ habet locũ in isto casu,quia non sufficit exci
e pere simpliciter,& probare excõmunicationem,[e] sed qualitas ex
35 cõmunicationis allegari,† & probari debet ca.j.de excep.in vj.&
no.do.abb.in c.in præsentia.col.iiij.in pe.no.de prob.in fi.& idem
abb.in c.solicite. col.j.de resti.spol.& Dom.in c.j.de excep.in vj.in
gl.in verbo,speciem.& tradunt Mod.in d.c.pe.& in c.fi.de excep.
¶ In gl.j.ibi.§.credentes. Ille.§.prima facie videtur probare con-
trarium,quia loquitur qñ perseuerauit in excõmunicatione post
f annum.[f] † ergo ante annũ secus videtur. Sed respondetur ꝙ tale
36 arg.ã cõtrario sensu,non colligitur contra alia iura. iuxta gl.in c.j.
de æta.& quali.in vj.facit text.in l.conuenticula.C.de epis.& cle.
Vel secũdo dici potest ꝙ ibi consideratur ꝙ steterit in excõmuni-
catione per annum respectu pœnarum quæ grauiores ibi impo-
nuntur,videlicet quia infamis efficitur,& intestabilis,non autem
quo ad facultatem agendi,de qua inferius dicit in ver.nullus prę-
37 terea. Nam in tali ver.nõ habetur relatio ad præcedentia,† quia
absurdum & inconueniens resultaret,vt no.abb.per illum tex.in
c.ecclesia.l.ultimo. in vj.no.de elec.Et hoc videt̃ esse ibi de mente
literæ,quia primo ponuntur quædam pœnæ grauiores, quæ im-
ponuntur hæreticis excõmunicatis post annum,& tales pœnę lo
cũ habent vltra alias,quæ excõicatis simpliciter imponuntur, de
quibus dicit in ver.nullus præterea.¶ In ea.glo.ibi, præterea prin
cipalis persona,de hoc hodie est text.in cap.j.de iura.calum.in vj.
¶ In eadem gl.ibi,non credo illum compellendum. do.abb.post
38 alios sequitur glo.& contra Cald.concludit † ꝙ excõmunicatus,
qui conuenitur, non cogitur procuratorem constituere. Sed ta-
g men opi.Cal.verior[g] videtur pro qua arguit Are.col.fi.per tex.in
39 c.per tuas,de sen.excom.† vbi excõmunicatus nõ auditur in pro-
pria persona, prosequẽdo appellationẽ ab iniusta excõicatiõne,
nisi prius absoluatur. ergo multo minus non debet audiri in alia
40 causa,vbi se defendit,& excõicatio non impugnat̃.† Sed respon-
deri potest,ꝙ illa absolutio spãliter requiratur,qñ quis impugnat
excõicationẽ. Secus videtur in alia causa,vt abb.declarat in c.per
tuas.col.ij.in ver.sed cõtra hãc literam. & in c.fi.de excep.& ideo
pro opi.Gal.quã Imo.& Moder.sequuntur, melius facit iste text.
41 hic,dum dicit,debet,† quod importat necessitatem, vt per glo.in
cle.attendentes.in verbo,debeant.de sta.reg.& per Bar.in l.iij.C.
de pig.& quia cũ hic imponatur necessitas agendi per aliũ. ergo
42 nõ videtur † ꝙ ipse agere possit,sicut est contra, qñ alicui in pœnã
imponitur necessitas agendi per se, nõ põt procuratorẽ cõstitue-
re l.cum miles.vbi Bar.de alie.iu.mut.causa fac.quem text. Andr.
Sicu.hic adducit.Mod.r̃ndent, & dicunt ꝙ in casu d.l.cum miles,
nõ tollitur facultas cõstituendi procuratorem, sed solũ excludit
miles,vt ipse agere nõ possit virtute cessionis. Sed replicari põt ꝙ
immo sm̃ cõem intellectum Bar.& aliorũ ibi tollitur facultas cõ-
stituendi procuratorem.Et ad hoc illum tex.pro singulari allega-
43 uit Ro.in no.lxxxiij.no.casum mirabilem.† & facit tex.ibi, qui vti
tur verbo,oporteret,quod importat necessitatem, vt not.in l.j.in
prin.de iu.& iu.Et retenta opi.Cal.nõ obstant rationes abb.quia
non tollitur defensio, licet ipse comparere non possit, cum satis
defendatur per procuratorem l.fi.C.de procur.in c.cum olim.de
44 do.& contuma.† Non ob.ꝙ quis non cogatur procuratorem cõ
stituere d.c.quærelã, de procura.quia immo propter delictũ cõ-
pellitur l.Papinianus exuli.de mino.Non ob.ratio quam abb.ad-
ducit.de e.quia diuersitatẽ,ne pœna excõicationis inducat̃, quia
attenta hac ratione deberet posse agere excõicatus contra text.
45 hic.† Et hoc,quod dictũ est, sm̃ Cal.intelligitur qñ idoneus pro-
46 curator reperitur, † vt in simili not.Bart.in l.idem quæ.per illum
tex.ff.pro socio. & in loco insigni copia præsumit c.statutũ de re-
scrip.in vj.secus si idoneus nõ reperiatur,quia tũc excõicatus per-
sonaliter admitti debet. Et tali casu cõis opi.bene procedit, & in
ista conclusione in effectu resident omnes Moder.hic. Et ad hoc
etiam

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Possit.Plura addidi ad Bar.in d.l.si queramus. vbi vide.
b ¶Syl.Ald. Præiudicium.Imo tenetur facere quæ sunt in odium Deci.in c.cum inter col.ix.in prin.de excep.
c ¶Ald. Econtra. Vide Dec.in c.ij.in j.lectu.col.iiij.in prin.de constit.
d ¶Syl.Ald. Meretur. Idem in c.j.in j.lectu.col.xxj.eo.tit.
e ¶Ald. Excommunicationem.Adde Dec.in c.in pręsentia.col.ix.in prin.de prob.
f ¶Annum. Vide Dec.Tholo.ccclxvj.
g ¶[illegible]

etiam facit, quia tex. hic spāliter etiā loquit̃ de procuratore, vñ ab ista spāli declaratione iura, q̃ abb. adducit, q̃ loquuntur de defensione simpliciter, ꝑ istū tex. declarari debēt, qui magis spāliter loquit̃, ar. in regula, generi ꝑ spēm. de reg. iu. in vj. Et q̄a tolerat̃ reus excōicatus in iudicio ꝑꝑ necessitatē, vt cogat̃ soluere. Cum ergo hoc fieri possit mediāte procuratore, nō debet ipse ꝑsonalr̃ cōparere, ar. j. q. j. in c. quod pro necessitate. & est tex. hic, vt supradictū est.

47 ¶ Successiue ex his, q̃ abb. circa gl. dicit. Prima cōclo est, † ꝙ excōmunicatus cōuētus procuratorē cōstituere possit absq; periculo cōionis. Et si impediat̃ isto respectu, agere pōt vt impedimētū remoueat̃, vt dicit Vincē. hic, quē ēt sequit̃ Arch. iiij. q. j. ĩ summa. Et hoc idē no. Lap. alle. lv. quidā corā iudice, col. iij. ver. itē si excōmunicatus. & Do. in c. j. de rescrip. in vj. col. vj. vers. q̄ro an excōicatus.

48 ¶ † Secūdo abb. incidēter cōcludit ꝙ excōicatus nō pōt petere restitutionē,[a] vt per gl. in c. ex insinuatione, in verbo, canonicū, de procu. cū si. vt ꝑ eū hic. & late tradūt Mod. in c. dilectus. el. j. col. pe. de rescrip.

49 † Fallit in restitutione vxoris, vt ꝑ gl. in c. q̃m. in verbo, vxoris. xj. q. iij.

50 † Fit tñ ista restitutio officio iudicis, vt not. abb. post Ant. de But. in c. fi. de ordi. cog. & gl. expresse hoc dicit in d. c.

51 ¶ † Tertia cōclusio abb. est, ꝙ si excōicatus venit vt reus principaliter ad se defendēdū.[b] & petat reuocari missionē factā cōtra eū ꝑꝑ cōtumaciā, admittit̃. secus si petat principaliter tm̃ retractari, tanquā nō legitime factā, quia tunc actor videt̃, & ideo repellit̃. & idē abb. tradit in d. c ex insinuatione. in gl. in verbo, canonicū. de procu. Et fuit ista doctrina Bar. in l. de pupillo. §. fi. de ope. no. nun. circa quā late insistunt Mod. hic. Et in effectu difficultas videt̃ esse in primo casu, quō veniat tanquā reus, petendo reuocari tenutā. Nam s̃m Pau. de Ca. in d. l. de pupillo. §. qui remissionē, exemplificat̃ qñ data fuit tenuta ob contumaciā rei, & postea fit præceptū de sgombrando, id est, euacuando s̃m formā statuti Florentini. Si enim reus cōpareat, & ꝯdicat huic ꝑcepto, reus dicit̃, q̄a couenit̃ c. forus. §. reus, de verb. sign. & in ꝯñiam poterit ēt petere ꝙ tenuta reuocet̃. Et ad hoc bene facit text. in l. si pupillus. §. defendere.

52 de priuil. credit. † vbi qui petit tenutā reuocari, dicit̃ defendere.

53 Ad idē tex. in l. nō cogendū. §. si procuratori. de procur. † & ibi Ang. dicit ꝙ agēs stimulatus dicit̃ sustinere partes defensoris. ergo videt̃ hoc permissum excōicato c. cū inter. de exce. Sed rñderi pōt ꝙ hac rōne attēta, excōicat⁹ ēt principalr̃ deberet posse petere tenutā reuocari, q̄a vr̃ stimulat⁹, & tñ nō pōt, s̃m Bart. & Doct. & q̄a excōicatus nō pōt petere restitutionē vt. s. dictū est. ergo nō videt̃ ꝙ possit reuocationē tenute petere. Cōfirmat̃ hoc, q̄a cū semel tenuta data fuerit, citatio facta à principio habuit effectum suū, & ille ꝯ quē data fuit tenuta, nō vr̃ necessitat⁹, cū habeat annū ad illā reuocādā c. q̃m. §. in alijs. vt lit. nō cōtest. Nō tñ puto recedendū ab opi. Bart. videlicet. ꝙ excōicatus reuocationē tenute in ꝯñiam tenute petere possit. Et in ꝯñiam vr̃ petere, qñ excōicatus, ꝯ quē data fuit tenuta, iterū vlterius molestat̃, & defendendo se ab illo nouo grauamine poterit petere tenutā datam reuocari, q̄a hoc venit in ꝯñiam suę defensionis: q̄a rō, q̃ allegat̃ ad remouēdū nouū grauamē, ēt infert ꝙ tenuta reuocet̃. Et rōne cōnexitatis excōicatus hoc petere pōt. & hoc venit in ꝯñiam, q̄a hoc futurū grauamē remoueat̃. & ꝙ tenuta prius data reuocet̃, ab eodem fundamēto regulant̃, vt q̄a forte dicat̃ se impeditū iusto impedimēto, & cōtumacē nō fuisse. Et declarādo hoc mō, opi. Bar. vr̃ bñ procedere, quā Ang. Alex. & Mod. sequunt̃ in d. l. de pupillo. §. fi. Ant. de Bu. in c. cū inter. de excep. cū si. vt tradūt Mod. hic. & idem Ro. in cōs. ccxvij. res ista. & tradit Nell⁹ in tractatu bānito. in prima parte secūdi tp̄is q. lxiij. ¶ Et ad iura. s. alleg. q̃ ꝓbāt ꝙ ille, qui petit tenutā reuocari, dicat̃ se defendere, rñdet̃ ꝙ largo mō intelligunt̃, & nō hñt locū in excōicato, in quo defensio necessaria cōsiderat̃ c. cū inter de exc. Itē illa iura si bñ cōsiderent̃ ꝑsertim tex. in d. l. si pupillus. §. defendere. vñr loqui respectu cāæ principalis, ad cuius defensionē reus se offert, qñ petit tenutā reuocari, non aūt respectu tenute q̃ reuocari petit̃.

54 ¶ † In fi. gl. Glo. cōcludit ꝙ excōmunicat⁹ nō pōt actorē recōuenire, sed excipere, & appellare potest.[c] De recōuētione est tex. in c. cū inter. allegato in gl. quod declarat̃ vt ꝑ abb. ibi col. pe. De exceptione dicēdū est vt abb. tradit in c. ij. de excep. Et de appellōne habet̃ i c. significauerūt. de exce.

55 ¶ Successiue dū abb. opponit de c. post cessionē. de prob. notādū est ꝙ nō oīs qui ꝑcuratorē pōt cōstituere, † pōt ipse ꝑcurator cōstitui, & idē ecōtra, q̄a nō q̄libet, qui cōstitui pōt, aliū pōt cōstituere c. q̃ gñaliter. §. j. de ꝑcu. in vj. Et dū abb. rōne adducit, q̄a officiū ꝑcuratoris volūtariū est, sentit ꝙ secus esset in tutore, q̄a officiū ei⁹ est necessariū, de quo no. Bal. in d. c. cū inter. in fi. & in l. j. C. de

56 iur. & fac. ignor. † vbi tñ cōcludit idē esse in tutore, vt excōicatus tale officiū habere nō possit. Et quod abb. dicit circa intellectū d. c. post cessionē, ꝓcedit retēto cōi intellectu, de quo videndū est vt dixi in d. c. post cessionem. ¶ ~~Secūdo ex dicto Inno quod abb. hic~~

57 refert, notādū est, † ꝙ excōicatus eo casu quo pōt esse in iudicio, ēt pōt ꝑcuratorē cōstituere.[d] Quod ēt sequit̃ Car. in cōsi. xlvj. vr̃ ꝙ

58 Lucretia, in fi. & est rl̃a gñalis, † ꝙ eo casu, quo q̃s pōt esse in iudicio, ꝑcuratorē ēt pōt cōstituere, vt no. Inno. in c. edoceri, de rescri.

59 † Et de executore no. Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de epis. &

60 cle. in vj. q. † Et de filiofa. no. Bal. per illū tex. in l. filiusfa. in prin. de ꝑcu. ad idē tex. in c. fi. in prin. vbi Do. de iu. i vj. & in c. ex parte, vbi Ant. de Bu. de resti. spol. & in l. seruū quoq;. in prin. de procu. quē allegauit Ro. in l. si ex legati cā. de ver. ob. & est gl. in cle. si religiosus, in verbo, cōstituere. de ꝑcur. & facit rl̃a, pōt q̃s, de re. iu. in vj.

61 Et ista cōclo ꝓcedit in eo, qui pōt agere noīe ꝓprio. † Secus si nomine alieno, ꝓut est ꝯiuncta ꝑsona, q̃ licet agere possit, nō tñ pōt ꝑcuratorē cōstituere. vt not. cōcludit Rot. in xxxiiij. decis. de ꝑcu. in antiquis. & Mod. simplr̃ sequunt̃ in c. cū I. & A. de re iud. Sed ꝯ

62 illā decisionē vr̃ tex. in c. accedēs. de ꝑcu. in fi. † vbi pr̄ in cā matrimoniali tanq̄ cōiunctus pro filia in cā mr̃imoniali, ꝑcuratorē cōstituit. Sed dici pōt ꝙ fit casus spālis in pr̄e pro filia in cā mr̃imoniali, ꝓut loquit̃, alˀs

63 nō vr̃ ꝙ cōiunctus possit. vt Rota dicit. Et cōfirmat̃, † q̄a procura-

64 tor qui habet mādatū nō pōt † añ li. cōtest. ꝑcuratorē ꝯstituere l.

65 ꝙ quis. C. de proc. & tutor similiter nō pōt l. neq;. C. eo. ti. † Sed li. ꝯte. bñ vr̃ ꝙ cōiunct⁹ possit a d similitudinē ꝑcuratoris. & ita tenet Spe. in ti. de ꝑcu. §. rōne cōstituētis. ver. q̄d si canonicus. & sequit̃ Ro. in cōs. ccxlj. spectabiles dñi. col. iij. Alex. in l. ꝙ q̃s. C. de proc. & ita decisio Rote declarat̃. ¶ Tertio abb. cōcludit ꝙ dispositio c. per tuas. ēt locū habet, qñ q̃s litigat ꝑ ꝑcuratorē, vt priusquā audiat̃ debeat absolutionē petere, ꝯ Ant. de Bu. hic, q̄a s̃m eū eadē rōne dicat̃ cōtemnere excōicationē. And. Sic. hic rñdet ꝙ isto casu non videt̃ cōtemnere, ex quo litigat ꝑ ꝑcuratorē. & sic noluit se ingerere cōioni hoīum ꝑꝑ reuerētiā excōicationis. Sed replicari pōt ꝙ cū iura velint ꝙ absolutio petatur, satis videt̃ cōtemnere, si hoc nō facit. nisi dicat̃ ꝙ iura nō loquunt̃, qñ litigat̃ per procuratorē. Mod. ēt hic arguunt ꝯ abb. quia si absolueret̃ excōicatus qñ procuratorē cōstituit ad se defendēdū, nihil operarent̃ iura, q̃ dicūt ꝙ excōicato dat̃ defensio. Sed facile rñdet̃ ꝙ nos loquimur solū in terminis c. per tuas. de sen. excō. vbi absolutio requirit̃, qñ excōmunicatio iniusta dicit̃. secus est in alijs casibus, in quibus absolutio nō est necessaria. & tūc hñt locū iura, quæ de defensione loquunt̃. Vnde finaliter mihi placet opi. abb. Primo per tex. quē ipse adducit in c. cū cōtingat. de off. dele. dū ibi dicit̃ ꝙ absolutio peti debet, quia in omnē euentū necessaria est; nā ratio ista ēt vr̃ militare, qñ litigat ꝑ ꝑcuratorē. ¶ Secūdo pro opi. abb. in simili bñ

66 facit tex. in l. honori. ff. de obse. † vbi reuerētia, q̃ debet̃ patrono ꝑ libertū, ēt locū habet, qñ libertus litigat ꝑ procuratorē. ergo pariter vr̃ ꝙ reuerētia, q̃ considerat̃ qñ excōicatus ipse agit, ne videat̃ cōtemnere excōicationē, ēt vr̃ procedere, qñ litigat per procuratorē. ¶ Tertio, & vltimo facit text. in c. mulieres. de sen. excō. in fi. vbi probat̃ ꝙ respectu excōicationis proprie, & vere facere dicit̃, qui ꝑ aliū facit. ergo vr̃ idē dicēdū respectu absolutionis, vt proprie dicat̃ agere, qui agit ꝑ procuratorē, & iō videt̃ ꝙ debeat abso

67 lutionē petere, sicut si ipse ageret. † An aūt in ꝑcuratore, qui cōparet pro defensione excōicati, requirat̃ spāle mandatū. abb. post alios cōcludit ꝙ nō, sed ꝙ sufficiat gñale mandatū ad agendū, & defendēdū. Et ita cōiter Doc. tenent. Et idē est, si datus esset simpliciter procurator. nā intelligit̃ datur ad agendū, & defendēdū, quia aliter nō esset procurator idoneus ad agendū, nisi ēt posset defendere l. seruū quoq;. §. ait ꝑtor. ff. de procu. & ita no. Bar. dicit in l. quod dr̄. §. fi. ff. de tut. ¶ Et vlterius cōsiderādū est in ista q̄one quia ēt si dicat̃ expresse ad agēdū, & defendendū, prout Doc. loquunt̃, videt̃ ꝙ nō sufficiat tale mandatū, vt excōicatū defendere possit, quia illa verba, ad defendendū, restringunt̃ quatenus necessaria est defensio in cōsequentiā agēdi, quia aliter, vt dictū est, ꝑcurator ad agēdū simpliciter nō esset idoneus. Et hoc in simili. no. Bar. in l. ij. §. creditū. si certū pet. de procuratore ad recipiēdū,

68 & cōfitendum. † Nam verbū illud, confitendum, restringitur ad confessionē de receptis. sed hoc in casu nostro nō videt̃ verificari posse, quia cū excōicatus agere nō possit, nec per se, nec ꝑ procuratorē, vt hic, illa defensio in consequentiā agendi nō pōt cōsiderari, & tale mandatū, quod intelligit̃ de defensione in consequentiā, vt dictū est, cum stricte debeant interpretari, vt no. Bart. in d. l. quod dicit̃, nō debet extendi ad defensionē, quæ principaliter cō

69 siderat̃ in excōmunicato. † Et ideo necessariū est, ꝙ in tali mandato dicatur,

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Restitutionem. Etiam si in actu extraiudiciali sit grauatus. Deci. in c. cum inter. col. vj. in fi. de exceptio.

b ¶ Ald. Defendendum. Idem Deci. in c. cum inter. col. vij. de arbi.

c ¶ Potest. Declara hoc vt per Deci. in c. cum inter. j. de excep. col. xj. in fi. ver. vnum.

d ¶ Syl. Ald. Constituere. Idem Dec. quãuis nō ita plenę. in c. edoceri. col. fi. de iudi.

to dicatur, ad agendum,& defendendũ principaliter, & in cõsequentiam,& tunc tale mandatũ sufficiens videtur, nisi ageretur de causa defensionis,quæ de sui natura speciale mandatũ postu-
70 laret.iuxta c.qui ad agendum,de procura.in vj.† Et casu,quo speciale mandatũ requiratur, satis videtur esse speciale per clausulã illã ꝙ possit omnia, quæ dñs potest,vt abb.hic cõcludit post alios, quos refert, & idem Bar.in l.si procurator.C.de proc.Bal.in l.j.circa fin.C.de bo.ma.& Do.in c.qui ad agendum.§.fi.de procu.in vj. & est text.quem Ange.ibi ponderauit ad hoc in §.ad hæc prohibemus.in fi.in auc.de colla.& not.Alex.in d.l.si procu.in princ.C. de procu.vbi comprobat dictum Archid.in d.c.j.de rescrip.in vj. quod abb.hic refert.& idem Sozi.sequitur in consi.xciiij.visis his,
71 col.fi.¶† Subsequenter quæritur, si excõmunicatus incipit agere,& non repellitur, si postea ipse desistere velit, an possit cõpelli ad prosequendũ . iuxta auc.qui semel.C.quomodo, & qñ iud. abb.concludit ꝙ sic,ꝙ compellatur ad instantiam rei.& fuit dictũ Inno.quod abb.refert in c.exceptione, de excep.& hoc sequunt Bald.& Ange.in l.nulla.ff.de legi.& idem Ioan.de Ana.in c.dura. col.iij.ver.quid aũt. de cri.fal.& ad hoc facit gl.quàm ibi no.Ant. de But.in c.significauit.de offi.ordi.dicens,ꝙ ille, qui necessitatur
72 agere dicit̃ reus.† Et ista conclusio procedit, nisi iudex ex officio ipsum excõicatũ repellat,quod facere potest, nõ obstante ꝙ reus cõtradicat,vt not.abb.cõcludit in d.c.exceptionem.in fi.Ista enim facultas iudici cõcedit̃ propter publicam vtilitatem d.c.exceptionem. in fi.& ideo nõ attendit̃ ꝙ reus cõtradicat, & idẽ tenet Do.
73 in c.j.§.fi.per illum text.de excep.in vj.vbi inquit † ꝙ iudex,etiam parte cõtradicente,& inuita,debet excõicatum repellere, per illum text.vbi iudici hoc præcipit, si tamẽ iudex excõicatũ non repellit,ad instantiã rei excõicatus cogit̃ prosequi litem, & valebit
74 processus,sicut valet qñ nõ opponit̃,vt.j.videbimus. ¶† Quid aute si excõicatus agere velit cõtra creditorẽ suum illum diffamantẽ.[a] abb.cõcludit ꝙ nõ possit, post Ant.de But.hic. & ista cõclusio
75 clara videt̃ de iure,† quia licet excõicatus debitor dicatur, tamẽ ex quo ipse nõ lacessitus ad iudicium prius prouocauit, actor reputatur,vt no.Bar.in simili per illũ tex.in l.libertus.de in ius vo.& ibi Pau.de Cast.in terminis hoc dicit. & facit text.in l.in tribus.de iudi.& quia ipse excõicatus nõ stimulat̃.ergo nõ agitur de defensione eius saltẽ necessaria, prout in excõicato requiritur c.cũ inter. de excep.Et per hoc respondetur ad ea, quæ dicit io.de Ana. qui tenet cõtrariũ in d.c.dura.col.ij.de cri.fal.Nam licet aliqualiter videat̃ stimulatus ab infamia, & sic agatur de defensione,talis defensio non est necessaria, prout cõsiderat̃ in excõmunicato.
76 ¶† Successiue quærit̃ an teneat iudicium si excõicato agenti nõ opponatur.abb.cõcludit ꝙ sic,& ita cõiter Doc.tenent per tex.in c.j.in §.si vero.de exce.in vj.ibi,his, quæ ꝓcesserunt, nihilominus in suo robore duraturis.Solus And.Sic.hic tenet cõtrariũ, dicens
77 † ꝙ illa verba, in suo robore,non trahunt nouum robur l.fin.vbi Ang.C.de temp.app.l.omnes.C.de ꝓscri.xxx.ann.Et ad hoc facit
78 text.in c.j.§.de pac.† ibi, suã obtineant firmitatẽ, prout illũ Sal.inducit in l.legẽ.C.de pac.in vij.q.Sed breuiter ad ista respondet̃,ꝙ in d.c.j.sunt alia verba ex quibus colligit̃ validitas processus. nã in d.ver.si vero dicit̃,actor in sequentibus excludatur. ergo videt̃ ꝙ præcedentia valeant, & in d.c.j.ver.sed si post rem, dicitur ꝙ si opponat̃ post rẽ iudicatã executio impedit̃.sed sñia, quæ ꝓcessit, nõ minus robur debitũ obtinebit.Ex quibus verbis manifeste patet ꝙ processus prius agitatus valet. & ita ẽt dicũt Mod.in c.exceptionẽ.j.de excep.Et post oppositã exceptionẽ processus non valet,quia ita expresse dicit̃ ibi, ꝙ actor in sequentibus excludatur. Aliàs vero prohibitio cõis nõ redderet actũ in ꝑriũ nullũ. vt not. Car.in c.perpendimus.in xxxv.q.de sen.exc.& abb.in c.si vere. de sen.excõ.Et vt supradictũ fuit,prædicta locũ habent in excõicato.
79 secus aũt est in † suspenso,vel interdicto, quia agere nõ prohibet̃ cũ sibi cõicatio prohibita nõ sit,vt ab.hic cõcludit. & idẽ abb.post Inno.in c.venerabilis. de sen.exc.Anto.de But.in c.ad apostolicę. de exce.& abb.ibi,qui hoc limitat,nisi vellet agere pro beneficio,
80 à quo esset suspensus. ¶† Quid autem in periuro, an ipse agere possit?[b] abb.concludit ꝙ sic, post Anto.de But.hic in fin.& idem Ant.de But.& abb.in iiij.not.in c.dilecti. de exce.cũ si.vt tradunt
81 Mod.ibi.† Et hoc intelligitur nisi agere velit in causa, in qua fuit periurus, quia nõ põt l.si quis maior.C.de transac.Et hoc pro singulari Ro.tradit in sing.cccxcj.Tu sai.in fi.& no. Alex.in cõsi.xvij. ponderatis.col.j.lib.iij.& idẽ Alexan.in cõsi.lxxvj.visis.col.iij.li.v. & ex supradictis absoluta sunt oĩa q per abb.tradunt. ¶ Vlterius aliqua notãda sunt,& primo ꝙ regula,quæ ponit̃ hic, vt excõmu-
82 nicatus repellat̃ à iudicio,ẽt habet locũ,† licet reus,qui conuenit̃, & ipse excõicatus sit maiori excõmunicatione,[c] vt Bal.hic cõcludit col.pe.ver.quæro quid si ambo.& idẽ tenet Bal.in l.si creditoribus.C.de cõmuni.ser.pig.da.ma.& idẽ Bar.in l.seruos. de accu. & est gl.quã doc.cõmuniter sequuntur in c.à nobis.de exce.quia generaliter iura dicunt ꝙ excõmunicatis defensio non negatur. Et ad tex.ibi,qui videt̃ sentire cõtrariũ,ſm gl.& Doct.subauditur dictio maxime. Sed ista cõclusio prima facie vr̃ dubitabilis, quia videt̃ cõtra manifestã rationẽ literę d.c.à nobis.Et magna est diuinatio ꝙ subdatur dictio,maxime. Non ob.ꝙ excõmunicato cõcedatur defensio,quia hoc nõ videt̃ habere locũ, si ipse reus pariter excõmunicatus sit,vt est tex.in d.c.à nobis. & facit tex.in c.cũ ecclesiasticę. de exce.vbi pluralis in beneficijs pluralem nõ repel-
83 lit,† & quod abb.ibi dicit.† Sed tñ à cõmuni opinione nõ est re-
84 cedendũ,quia in pari causa melior est cõditio possidentis,& rei l. si seruũ.§.sequitur.de ver.ob.l.apud Celsum.§.Marcellus.de exc. do.Vnde cũ vterq; excõmunicatus sit,causa rei fauorabilior vide-
85 tur.† Et quia ſm cõmunẽ opi.excõicatus prohibet̃ cõmunicare
d cũ alio excõicato.[d] vt abb.cõcludit.in c.nulli.de sen.exc.in c.illud. de cle.exc.mi.& in c.ex parte A.de test.Et gl.quę cõtrariũ dicit in c.de voto.xxvij.q.j.in verbo,Christianæ.cõiter reprobat̃ Non.ob. tex.in d.c.à nobis.quia responderi põt ꝙ ibi in text.allegat̃ ratio, quæ magis specialiter respiciebat casum ꝓpositum,ſm cõtingentiam facti,quia nõ erãt in pari gradu excõmunicationis.Sed dato ꝙ fuissent,hoc ibi nõ determinatur.idẽ tñ fuisset, per supradicta. Et pro ista cõclusione videt̃ tex.in c.dilecti.de exce.vbi ille,q literas impetrauit erat excõicatus, & agebat, oppositum fuit sibi de excõicatione.replicatur, illos opponentes exceptionẽ etiã excõmunicatos esse,dicit̃ ibi ꝙ talis replicatio nõ admittit̃, quia illi se
86 defendebãt.¶† Secundo notandũ est,ꝙ ista exceptio excõmunicationis opponi põt etiã à tertio,cuius non interest,qa agitur de interesse publico.ita Card.no.dicit in c.exceptionem. in vj.q.de exce.Et hoc ꝓ Mod.hic cõprobatur pluribus rationibus, & in c. nõnulli.§.j.col.fi.de res.Quibus addo text.no.in c.cum parati. de
78 app.Et ibi Imo.per illũ tex.cõcludit † ꝙ tertius,de cuius interesse nõ agitur,admittat̃ in casibus, in quibus iudex ex officio supple-
88 re debet. & de hoc dixi ibi.¶† Tertio, & vltimo no.ꝙ excõicatus repelli põt agẽdo,etiã ab eo, q iurauit exceptionẽ excõicationis non opponere,quia iuramentũ tanquã illicitũ non tenet, vt no. Do.post.Io.An.in c.j.i prin.circa fi.de exce.in vj.Et hoc, ſm Peru. ibi procedit in iudicio. secus si extra iudiciũ petatur ab excõmunicato debitum à debitore,qui promisit soluere intra certum terminum cũ iuramento,quia in termino soluere tenetur, non obstante excõicatione creditoris,vt tenet Inno.in c.veritatis,de dol.
e & cõtu.& hoc verũ est tenendo illã opi.Inno.[e] Sed cõtrariũ tenet
89 Bal.hic col.ij.ver.quæruntur. dicens † ꝙ si iuraui soluere creditori, intra certum terminum non teneor soluere creditori. si excõmunicatus sit,per tex.in c.j.§.j.in titu.hic finitur lex, deinde incip.
90 consti.regni.† vbi vasallus non tenetur seruire dño excõmunicato. & idẽ tenet gl.xv.q.vj.in c.nos sanctorum abb.in d.c.veritatis. & in c.inter alia.de sen.excõmuni.in fi.cũ si.vt tradunt Mod.ibi.

ADDITIONES.

a ¶Ald. Diffamantem. Idem Deci.in c.cum inter.col.iiij.in fi.de excep.
b ¶Syl.Ald. Possit.Idem Deci.in c.dilecti.in iij.no.de exce.
c ¶Syl.Ald. Excommunicatione. Vide Deci.in c.ij.col.iij.de excep.in fi.
d ¶Syl.Ald. Excommunicato.Vide eundem in c.ij.in ij.not.de excep.
e ¶Innocen.Et hæc opinio Inno.verior est, quidquid dicat Dec.

SVMMARIVM.

1 *Dedignari,hoc verbum,aptatur etiam ad ea, quæ de necessitate fieri debent.*
2 *Leges non dedignantur sacros canones imitari.*
3 *Leges in foro seculari,canones in ecclesiastico seruandi sunt.*
4 *Pater tenetur filium spurium alere in terris ecclesiæ,& an in terris imperij.*
5 *Alimenta spurio relinqui possunt.*
6 *Alimenta à spurio an peti debeant coram iudice ecclesiastico.*
7 *Doctor antiquior est præferendus.*
8 *Antiquior in prælationibus intelligitur gradu non ætate.*
9 *Temporis prærogatiua potius est nobilitate & diuitijs.*
10 *Licentiatus prius debet præferri,licet posterior sit in doctoratu,num.11.*
refert,& ſequitur Albe.de Roſ.ibi, in verſi. & facit iſte.§.ad.quæ-
ſtionem,& ad hoc etiam allegat Azo in ſum. de fide inſtru. verſi.
de amiſſione.& Spec.in d.§.poſtquam.quem ad hoc latius refert
Alex.in d.§.ſi quanuis nullam faciat mentionem de Albe.qui ſu
bijcit ibi hanc opi. de more iudiciorum ſeruare . Et idem videtur
velle Bal.in l.prima.§.editiones.col.fi.verſi.item quæro.ff.de edẽ.
264 ¶ †Tertio in actis,quæ indiſtincte eduntur , quoties petũtur, ſe-
cundum Ange.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi quis.§.fi.in verſi. hæc vox.
allegant Imol.in c.quoniam contra.j.eo.& in d.l.ij.C. de edendo
dicit Alexã.ibi, ꝙ Imo.hoc non dicit in d.c.quoniã contra,nec ꝓ-
batur in dicta.l.ij.Videtur tamen dictum probabile, quia facilius
editio fit in inſtrumentis,vt ſupra dixi,& in actis non videtur eſſe
265 periculum,per ſupra dicta.¶ †Sciendum eſt, ꝙ notarius, qui ro-
gatus fuit de aliquo actu,ſi non velit edere, immo ſe rogatũ fuiſ-
ſe negat,pœna falſi tenetur.l.cum qui.vbi Bal.dicit in l.qui accu-
ſare.C.de eden . Quod dictum ſimpliciter limitatur ſecundũ Io.
And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.edi.§.inſtrumentũ. in princ.niſi
266 eſſet notarius bonę famę,† & longum tempus interueniſſet,be-
ne facit,quia ex diuturnitate temporis,obliuio inducitur,gloſ.&
267 †Doct.in l.j.C.de ſer.fugi.no.Bar.in l.qui fundum.§.ſeruus.ff.pro
268 empt. † vbi dicit hoc procedere, ſi agitur de damno euitãdo.Se-
cus ſi de lucro acquirendo . Et ita eſt caſus noſter , vt pœna falſi
euitetur.Et ideo not.ad propoſitũ dicit Ange.in auct. de trien.&
269 ſemiſ.§.ſi aũt ꝑ illũ tex.†ꝙ excuſat̃ notarius à pœna falſi,q̃ inter-
rogatus ĩ ſenectute de inſtõ ab eo ꝯfecto ĩ iuuẽtute, dixit cũ iurõ
illud inſtr̃m ab eo ſcriptũ nõ fuiſſe.Nã falſum nõ cõmittit̃,niſi cũ
dolo.l.nec exemplũ.C.de fal.& quęlibet cauſa,etiam iniuſta,ex-
270 cuſat à dolo.l.igit̃.§.j.ff.de lib.cã.gl.in l.plagij.C.de plagia.† Et in
notario

ADDITIONES.

a ¶Hier.Gig. Iuris: Adde tamen quòd in hoc contrarium vuluit ſolennis doctor. d.Sal.in l.apud quem,in ij.col.C.de eden.in ver. vltra ſcribentes quæro vbi cõprobat opinionem ꝯriam , & pluribus rationibus reſpõdet ad allegata in ꝯriũ.

b ¶Debent. Adde Deci.in l.ij.C.de eden.& ab editione appellari põt,& poſt Card.& Fel.in d.c.per tuas.tradit Io.Imbertus Ruppell.vir doctiſſimus.inſti.de foren. li.j.cxl.Idẽ olim Io.Gu.q.x.loquẽs ẽt de ꝑductis.ſed tunc æquitas aliud ſuadet.

c ¶Ergo. Et bene Et ita practicatur.

d ¶Fiſcum. Niſi criminalia , vt contendunt aduocati fiſcales . ſed quidquid dicant. vera eſt opin.Deci.hic,vt omnium actorũ,etiam ciuilium ab omni publica perſona editio facienda ſit contra fiſcum,vt contra priuatum.

notario potius semper error præsumitur, quã dolus, vt not.Bar. in l.quoties.§.j.ff.de hæredi.insti.in tertio not.per illum tex.cuius dictum proprie procedit, quando aliquid omissum fuit ex obliuione, & sic deliquit non faciendo, vt in casu nostro, licet secus 271 esset in faciendo,† vt not.declarat Ang.de Aret.in consi.incipien. in casu prædicto videtur, quòd nullo modo dictus notarius. in 272 quinto colum. ¶ † Secundo limita, quando quis omnibus celaret instrumentum. secus si tantum petenti Bartol. in l.tertia.§. si quis dolo.versi.& posse.ff.de tab. & exhib.Bal.in l.fin.C.de eden. colum.fin.vers.octauo quæritur. Et ad prædicta vide etiam Bald. ibi.colum.fin.versi.sexto quæritur. Feder.consi.cxiij. incipien.Titius constituit. & Bald. in l.argentarius.§.fin.ff.de eden. Roma.in not.ccclxxvj. tabellio. ¶ Superest vltimus articulus primæ quæstionis principalis, videlicet quomodo editio à tertio postuletur, 273 †in quo cõclusio,& regula negatiua sit quòd tertius,apud quem reperiuntur rationes, vel instrumento, inuitus edere non cogitur, vt voluit gloss.In l.in fraudem.§.neque instrumenta.in versic. edi.ff.de iure fis.quam pro not.allegauit Ang.in l.prima.§.editiones.ff.de eden.& Abb.hic in quarta colum. vbi reprehendit Anto.de But.qui contrarium hic tenet, & male, per rationes, quas Abb.iuducit. & secundum istam conclusionem consuluit Alex. in consi.lviij.incipien.circa primum quæsitum, in secunda col.in primo lib.& idem Bald.voluit in d.l.fin. in quinta colum.versi.vltimo circa materiam.ad fi.distin.C.de eden.Facit quod supra dictum fuit de notario, qui tertio non tenetur edere, cũ ab eo non fuit rogatus. ergo idem in tertio dicendum est. ¶ Limitatur ista 274 conclusio pluribus modis. † Et primo,si tertius voluntarie exhibeat, quia potest, licet non cogatur.ita gloss.in d.§.neque instrumenta.vbi Barto. sequitur, & Abbas hic.& Alexan.in consi.lviij. 275 supra alle. † Et idem est in notario,qui edere potest,si velit in casibus,quibus non compellitur, vt no.Ange.& alexan.in l.prętor. in prin.ff.de eden.circa.fi.Et talis editio proueniens ex mera voluntate poterit fieri cuilibet,vt supra dixi in notario, ex quo sola voluntas habentis instrumenta, vel rationes contemplatur.

276 ¶†Secundo fallit in actis,quæ etiam à tertio edi petuntur,vt voluit glo.not.in l.ij.§.diuus.el.j.in verbo agatur.circa fin.ibi,sed quilibet alius etiam.& ibi Barto.& ange.hoc sequuntur.ff.de iure fis. alexan.in d.l.secunda in secunda colum.C. de eden.& in d.conf. lviij.supra alle.facit quod no. Bar.in d.l.j.§. editiones.in versi.iuxta hoc quæro.ff.de eden. de quo supra dixi de notario actorum, in prin.Et licet ista sit communis opin.non tamen videtur in tertio aliqua ratio diuersitatis,quæ vrgat inter acta,& alia instrumenta.

277 ¶†Tertio,si apud tertium reperitur originale esse siue protocolum notarij, tunc ipse edere cogitur. Regula ergo supradicta ꝓcedit, quando habet instrumentum sumptum ab ipso originali. secus quando ad eum peruenit originale. ita not.Bal. in l.fin.col. quinta versi.vltimo circa materiam.ad fin.C. de eden.alleg.text. in l.quædam.§.is autem in l.prætor.§. si quis seruus.ff.de eden. & idem not.Bald.in l.quidam.§.nihil.ff.de eden. dixi supra de notario contractus in quarta limita. facit quod Bartol. tradit in l. ter-278 tia.§.si tabulę.ff.de tab.exh.† vbi depositarius,& sequenter,apud quem protocola reperiuntur, edere tenetur,& tali casu etiã reus edit actori ad fundandam intentionem.Bald.in l.prima.§.editiones.colum.quarta.vers.fallit si reus.ff.de eden.Spec.de instrumẽ. edi.§.videndum.versi.ex præmissis.colum.septima. Are.hic,colũ. octaua ad fin.& subijcit Bald.in dicta l.fin.colum.quinta,versicu. 279 vnum tamen,allegando Iacobum Butriga.† quòd quando notarius perdidit protocolum,agere potest cõtra possessorem instrumenti,vt ipsi notario edat instrumentum cum die, & consule, vt alijs ipse notarius edere possit.l.si quis ex argentarijs.§.penult.de eden.Quod Bald.dicit menti tenendũ,quia contingit sępe quòd notarij perdunt protocola in ciuitatibus, à quibus expelluntur. ¶Ex quo dicto colligitur quarta limitatio,vt non habeat locum in notario, qui perdidisset originale, quia ad tertium poterit recusare qui instrumentum habet inde sumptum. dicta l.si quis ex argentarijs.§.prætor.vbi Paul.de Castr.per illum text.facit quod 280 Bald.in l.publicati in prin.C.de testamẽ.¶†Quinto fallit, quando tertius non vt edat simpliciter. sed pro interesse domini conuenitur. nam edere tenetur.l.tertia.§.interdum.ff.ad exhib.lege procurator.C.de eden.gloss.in l.dissolute.C.de condi.ex lege.Et ista nõ est editio.sed exhibitio, secundum Bald. in dicta l.fin.col. quinta dicto versicu.vltimo circa materiam.in principio,quia ipsum originale datur petitori, & non remanet apud illum, à quo petitur.alleg.dicta l.secunda.§.interdum. ad exhiben. & sic illo §. nõ loquitur in materia editionis.¶Sexto, regula procedit in tertio,cum quo non litigatur,nec cui mandatum fuit. secus si mandatum ei fuisset, licet non sit in iudicio, quia edere tenetur.l.argentarius. in prin.ff.de eden.ibi. an cum alio. Et sic argentarius, cui fuit mandatum, tenetur edere, licet lis cum alio sit. Sed tamen text. loquitur in argentario, qui ratione officij edere tenetur. Vnde in notario esset bonum simile. secus videtur in priuato. de quo textus non loquitur. Idem tamen in priuato dicendum est, ex quo sibi fuit mandatum. & tota vis in mandato videtur consistere.lege si quis.§.pertinere.ff. de edendo. In hoc tamen videtur differentia, quia in argentario,& notario, qui ratione officij debent edere, officio iudicis coguntur. sed in priuato, cum voluntarium sit mandatum, actione mandati conuenitur, quia cessat ratio, quæ in notario, & argentario allegatur ꝑ Bart. & Docto.in l.prima C.de eden. in l.quædam.in principio.ff.eod. titu.¶Septimo fallit in scriptura, quæ apud tertium reperitur,& scripta ab alio me mandãte fuisset, cum enim mandato meo facta sit, licet mandatum non afficiat tertium possessorem,ęquum tamen est vt mihi succurratur, propter mandatum meum.vnde tertius isto casu mihi edere tenetur text. not.in l.tertia.§.interdũ. ff.de exhiben. Et licet de mandato meo nihil in text. dicatur.tamen secundum gloss.ibi,in versicu. conscripserit. ita intelligitur, & videtur verisimile, vt secundum alia iura intelligatur.ita Aret. hic,colum.octaua. & istum intellectum approbat Alexã. in con-281 silio.lviij.supra allega. ¶ † Ad dictum.§.interdum, etiam alius est intellectus,secundum Aret.hic,colum.octaua circa fin.vt restringatur in possessore,qui non habuit causam ab eo, qui scripsit me mandante.alleg.Ioan.And.in addi.Specu. in titu.de instru.edi.in rubr.in secunda colum.ibi,si autem dominus non est.vbi Io. An. non dicit hoc.sed loquitur simpliciter, prout dicit text.in dicto.§. interdum domi.Bartho.Sozi.in dicta l.fin.C.de eden.videtur aliter referre Aret. scilicet per contrarium eius quod dictum est, vt §.interdum.procedat in eo tantum qui habuit causam ab eo,qui scripsit me mandante. Et vitio impressoris non facile colligitur intentio Aret. Quidquid tamen sit, istę restrictiones diuinant ad dictum.§.interdum,qui generaliter loquitur.ego debet indistincte intelligi.l.prima.§. & generaliter.ff. de lega.præstan. decimanona.dist.in capitu.si Romanorum. Hoc vlterius probatur.nam in dicto §.interdum,ponuntur duos casus. Primus, quando ille, qui agit contra possessorem est dominus, & tunc habet rei vendicationem, & actionem ad exhibendum. Secundus casus est, quando agens non est dominus. tunc pro interesse, quod prætendit, habet actionem in factum. Modo sic in primo casu, quãdo agit dominus, clarum est quòd possessor, qualitercũque possessionem habuerit, à domino conuenitur.§. primo.instit. de act. ergo in secundo casu idem dicendum est, quia Iurisconf. procedit retento eodem themate. Nam actio in factum in non domino surrogatur in locum rei vendi. in domino.& ideo eo casu debet actio in factum competere non domino. quo casu rei vendi. domino datur, quia surrogatum sapit naturam eius in cuius locum surrogatur.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff. si quis caut.¶Alius etiam intellectus colligitur ad dictum.§. interdum. ex dictis Angel.in l.quædam.in princip.in l.prætor.§ primo.ff.de edẽ. & Are. hic refert colũ. octaua, vt regula supra posita loquatur in tertio, qui dominus est, & possessor. secus in eo qui simpliciter possidet dicto.§.interdum.¶Postremo,circa dictum.§.interdũ.non omitto quod Bald. voluit in dicto.§. interdum. dicens quòd in subsidium actio in factum competit ei, cuius interest, vt sibi edatur, quanuis aliquod eius mandatum nõ interuenerit. & hoc videtur probari in dicto interdum. vbi actio in factum datur, quæ subsidiaria est.l.quia actionum.ff.de pręscrip.verb.l.sancimus.vbi Bar. C.sac.sanct.eccles.¶Considerandum tamen est, quòd si hoc dictum Bald.intelligatur generaliter, prout ipse simpliciter loquit, regula supra dicta parum nobis seruiret. Vnde intelligitur Bald. quando apud tertium reperitur originale. Ita loquitur.§. interdum. qui in rationibus loquitur, quas seruus conscripsit, & postea ad tertium peruenerunt. Nam hoc casu editio petitur à tertio, sicut supradictum est de protocolo notarij, in quarto limita. Secus si non esset originale apud tertium.sed instrumentum trãsumptum, quia etiam in subsidium editio non peteretur ab ipso tertio,per regulam supra dictam.¶Vltimo limita regulam supra positam,nisi tertius qui possidet,teneretur agenti contra me edere ratione communionis instrumenti, que est inter eos. Nam sicut ego reus possum petere ab actore, vt mihi edat.ita immediate tertius iste, qui possidet, tenetur mihi edere,& ad mihi edẽdum cogi poterit, sicut per illum agentem contra me compellere potuissem.ita no.colligit Are.& do.Barth.Soz.in l.procurator secundum vnum intellectum glo.C.de eden.Periculosa videtur 282 hæc limitatio, quia ius petendi editionem personale est, vt dicit Bar.in l.Titius.ff.si quis prius.ff. de aqua plu.arcen.colum.pen.& quia non videtur mihi contra illum tertium immediate ius competere.sed deberem agere contra te vt tu ageres contra illũ, qui tibi

tibi ad edendum tenetur,iuxta l.si sic.ff. de leg.j.l. cum in plures. 283 §.in messem.ff.loc.¶ †Secundo principaliter quæritur, quo iure instrumenta,vel rationes edi postuletur.in quo recurtendum est ad ea,quæ Bart.tradit considerando plures casus in l.quædam in princ.ff.de eden.in l.j.C.eod.tit. cuius dicta reassumit,& sequitur do.Abb.hic. Sed quantum ad propositum prosequar dūtaxat illum casum,qui ad materiam ti.de eden.pertinet. Et in hoc communis conclusio est,ꝙ editio,quę per titulum de eden.petitur ab argētario,notario,& similibus, non iure actionis à principio.sed offi.iud.postuletur.ita probatur in l.j.C.de eden.Et si requisiti nō edant. tunc demum ad interesse actione in factum tenentur.l. si quis ex argentarijs.§.ex hoc edicto.ff.de eden.Ita firmauit gl.fi.in d.l.j.quam Bart.& doc. communiter sequuntur.Idem glo.in l.j.§. editiones.in glo.mag.ff.de eden.Et ista est communis opi.contra quam insurgit Alex.in d.l.j.col.fin. & dicit veriorem esse contrariam opi.quia immo iure actionis in factum argentarius, & similes edere coguntur.Mouetur per l.prætor in princ.ff.de eden.vbi verba prætoris ad partem referuntur. ergo non videtur offi.iudi. competere, quoniam illud locum habet, quādo ad iudicē verba diriguntur,iuxta gl.in l.si soror.C.de coll.no. Bar.in l.j.ff.de cond. ex leg. Secundo probatur, secundum eum in l.iij.§.interdum.ff. ad exhib.vbi si ab eo,qui nō sit dñs charte, pro eius interesse petātur rationes exhiberi,datur actio in factum.ergo ita videtur dicendū in proposito.& in ista opi.fuit ēt Ant.de But.hic Spe.in tit. de instru.edi.§.videndū col.fi.vers.idem in argentario.& gl.videtur hoc tenere in d.l.si quis ex argētarijs.§.ex h edicto. addo Fed. consi.cxiij.incip.Titius constituit. Vnde si actio in factum competit,dicit Alex. ergo non datur officium iudicis, quod est extraordinarium remedium,& ideo cessat existente ordinario.l.in cāe.ff. de mino.no.in l.in prouinciali.ff.de ope.no.nun.¶ Non obst.tex. in l.j.C.de edē.quia Alex.rñdet dupliciter. Primo quòd loquatur de offi.iudi.mercenario deseruiente actioni depositi intētate, nō de offi.iudi.nobili.de quo est quæstio Doctorum.Vel secundo dicit ipse,quòd ibi offi.iudi.consideratur quo ad causæ cognitionē, quam iudex adhibere debet,quando actor editionem petit,non quòd ius petendi editionē fundetur in offi.iud. immo iure actionis illud petitur,vt supra dictum est. Vel tertio potest dici ꝙ in d. l.fit editio per reum actori cōtra regulam ex causa. ideo tali casu speciali offi.iu.petitur.¶ Vtraque opi. disputando esset sustentabilis.Sed tamē pro nunc sequor cōmunem opi. non obstantibus supradictis.Pro qua videt text.in l.pen.§.fi.ibi,ad iud.offi.pertinere.ff.ad leg.Falc.facit text.in l.si quis ex argentarijs.§.prætor.ff.de eden.ibi,prętor ait,causa cognita edi iubebo.nam verba ad iudicem referuntur.ergo offi.iudi.videt competere,iuxta glo.in d.l.si soror.Et hoc modo idem probatur in l.quędam in prin.eo.tit.ibi, nec à prætore hoc edicto compelluntur,& inferius ibi,non cogitur à prætore per metum in factum actionis.Et ita argu.primum Alexand.contra eum retorquetur.Et dum dicitur metu actionis in factum compelluntur. ergo videtur quòd prius non competat actio in factum. sed officio iudi. & probatur etiam in l.secunda.C.eodem titu. Et licet text. loquatur in actione, idem tamen videtur in instrumentis, cum nulla ratio diuersitatis esse videatur & maior ratio videtur esse in actis, vt edātur iure actionis, ꝗa facilius eduntur,vt not.in d.l.ij.& s.dixi.vnde si acta non eduntur iure act.sed offi.iudi. idem cōcludendum est in instrumentis. Vltimo probatur in d.l.j.C.de eden.¶ Non ob.responsiones Alex. Nam primo de offi.mercenario videt cōtra text.in d.l.j.quod refert se ad iudicem.ergo vr̄ ꝙ sit in arbitrio iudicis, & sic de officio notabili loquitur,non de mercenario quòd famulatur actioni ꝓposite,iuxta no.in l.j.ff.de iurisd.om.iu.& vide Bart.in l.iubere col. fin.ff.de iurisd.om.iud.¶ Non ob.secunda responsio,quòd officiū iud.de quo in d.l.respiciat causæ cognitionem,quia hoc nō videt verum,immo respicit ipsam editionem,vt colligitur ibi,nā quod considerat. Nam officium iudi. refertur ad desiderium petentis. ergo respicit editionem,de qua ibi agitur. Confirmatur hoc,ꝗa causa est qua editione debet fieri, non committitur iudici.sed in iure debet esse expressa, vt not.in d.l.j. ergo offi.iudi.considerari non potest eo modo,quo Alex.dicit.Et istam opi. cōmunē etiam Barto.sequitur in duobus locis,qui non allegantur communiter in l.iiij.§.Cato in iij.oppo.de verb.ob.dum respondet ad text.in l. si quis ex argentarijs.§.j.Idem Bar.in l.si tertius.§.si quis prius.col. 284 pe.ff.de aqua plu. arcen. vbi inquit † ꝙ tale officium iudi. de quo in tit.de eden.personale est, vt vbi per eum.Car.in cle.j.§.cæterū. in iiij.q.de vsur.¶ Non ob.allegata in cōtrarium per Alex.Et primo dum dicit,ꝙ verba referuntur ad partem,per d.l.prætor.quia in hoc non potest fieri fundamentū, cum ēt verba dirigantur ad iudicem,per iura.s.alleg.Preterea.s.pluribus modis probatur,& clarum relinquitur,quòd officium iudicis detur.ergo non attenditur quòd verba ad partem dirigantur.quia illud argu.procedit in dubio, vt no.Sal.in d.l.j.ff.de condi.ex lege.Non obst.text.in §. interdum.quia ibi non loquitur de actione in factū ex tit.de edē. in quo mādatum requiritur, & agitur contra argentariū, vel notarium dominum scripture. Sed in §.interdum nō constat mandatum interuenisse,vt supra dixi, & agitur ibi contra illū, qui nō est dominus scripturę.vnde efficacius tenetur,vt supra dixi secūdum Ang.ad intellectum illius.§.¶ Non obst. vltimū quod Alex. dicit,si actio in factum datur, est ordinariū remedium. ergo cessat extraordinariū, quia negatur ꝙ actio detur, vt patet ex supra dictis.¶ Præterea, etiam si actio competeret, vt dicitur in d.§.interdum.argumentū non videt procedere,quia illa actio datur in subsidium. Et sic videtur remedium extraordinarium. vt non vi-285 detur excludere officium iudicis, † quia extraordinaria remedia bene simul concurrunt.l.si longius.ff. de iudi.iuncta.l.cū filiusfa. viaticum.ff.si cert.pet.& no.Bar.in d.l.in prouinciali.§.j.colū.pen. Adde tamen ꝙ pro opinione Alex.videtur tex. in d.l.quædam.in prin.dum ibi dicitur,ꝙ contra procuratorem actio,manda.competit,& non cogitur metu actionis in factum. ergo videtur quòd ad edendum detur actio in factum.¶ Nec obs.ꝙ videtur text. ibi loqui de illa actione in factum,quæ datur pro interesse,ad quod tenetur ille,qui non edit.l.si quis.§. ex hoc edicto.ff.de eden.quia immo tex.videt loq. de prima petitione editionis, vt patet in eo, quod ibi dicitur de procuratore, ꝯ quem agitur actione mādati, vt cogatur rationes edere,& nō metu actionis in factū,& sic videtur loqui tex.de prima petitione, qn̄ agitur ad edēdū, & non respectu interesse.¶ Et vltimo no.est,ꝙ disputatio.s.facta inutiliter non ꝓcedit,quia si iure actionis editio deberet fieri, ex interpellatione extraiudiciali constitueretur in mora,qui teneretur edere.secus si officio iud.l.cum postulassem.ff.de dam.infe. Et etiam propter modum formandi libellum, vt per Alex.in d.l.j.col.fi.C. de eden.Et ad prædicta vide Bal.hic qui distinguit inter offi.iud. quo petatur ab aduersario,& off.iud.quo editio à notario postulatur.in colū.xj vers.& no.ꝙ offi.iud.¶ Nunc.iij.q.princ. se offert, scilicet, quomodo editio fiat pro cuius declaratione de duobus quæritur. Primo,an in totum debeat instrumentum edi, vel dūtaxat sufficiat partem,de qua agitur exhibere. Secundo, vtrum 286 editio debeat fieri cum die, & cōsule.¶ †Circa primam quæstionē habemus tex. in materia editionis. in l.argentarius.§.edi.ff.de eden.vbi aperte dicit text. quòd illa pars tantum edi debet, quæ ad instructionem causæ pertinet,& idem dicit Bar.per illum tex. 287 vbi Bal.sequitur in l.fin.C.de pci. impē.offer. † ꝙ si copia instrumenti petatur,tantum illa pars, quæ ad eum spectat dari debet, non totum instrumentum.& idem Spe.tradit in tit.de instru.edi. 288 §.videndum. colum.vij. † Vnde legatario sufficit, quòd illa pars testamenti edatur,in qua legatum continetur, vt not.Barto.in l. ij.§.fin.quemad.testa.aperi. idem Bart. dicit in dicto.§.edi.Et hęc reperio quòd in pulchra quæst.consuluit Ange.in consi.cxiij.incipien.super facto prædicto arguo primo. Et idem dicunt Bar.& Ang.in l.fin.per illum tex.ff.de bo.auc.iud.poss. Ad idem text.in c.contingit.infra de fid.instru. in c.cum personæ. de priui.in vj.& 289 Bar.& alij in locis infra allegandis.¶ †Prædicta conclusio limitat̄ quando capitula sunt separata,& diuersam materiam contineāt. Secus si connexa sint capitula,vel de eadem materia loquantur, ita quod ad capitulum.de quo agitur,aliquid conferant.nam tūc instrumētum in talibus partibus debet exhiberi.l.in ciuile.ff.de legi.& Bal.ibi in prin.colligit per illū tex.quod totum instrumē-290 tum debeat legi, & etiam illud † quod continuatur cum ipso, quia sequentia declarant præcedentia, & sæpe etiam corrigunt. l.si tibi.ff.si cer.pet.Et ideo dicit Bar.in l.qui filiabus. in princ per 291 illum tex.ff. de leg.j. † quòd legatario non solum debet dari particula testamēti, in qua legatum continetur. sed etiam alia pars, per quam legatum posset declarari. & Albe.de Rosa.in d.l.argē-292 tarius.§.edi.inquit † quòd legatario omnia edenda sunt,quę ad legatum conferunt.vnde institutio legatario exhibenda est, quia ab illa pendet legatū,sm̄ Pau. de Cas.in d.l.fin.C.de præci.impe. off. Regula ergo supradicta procedit, quando sunt capitula separata,& sic doc.loquuntur, & domi.Abb.ita videtur intelligere in d.c.contingit. de fid. instru. ¶ Secunda conclusio supra dicta declaratur.vt procedat in editione,quæ fit peteti editionem, prout 293 videntur loqui iura s. allegata. † Secus est si instrumentum edat̄ iudici, quia totum instrumentum exhibetur iudici.l.j.§. pen.qui incipit, edere.ff.de edend.facit text. in d.l.in ciuile.ff. de legib.per quæ iura Barto.ita concludit in d.§.edi.& late idem voluit Barto. in rubr.ff.de ope.no.nunc.versic.iuxta hoc quæro,& tenet Anto. de But.hic, & in d.ca.contingit. Ista tamen limitatio non videtur bene probari in iuribus alleg.per Barto.in d.§.edi.nam text.in d. §.edere.vt ex precedētibus ibi colligitur,videt loqui de editione,

quæ

quæ fit parti, & tamē dicit quòd edi in totum debet. Vnde magis conuenit quòd ille tex. intelligatur secūdum primam limitationem, scilicet qn̄ est eadem materia, vel idem capitulum. Et verba correspondent, dum tex. dicit ibi, edere non videtur, qui stipulationem totam non edit. De vna stipulatione ergo videtur loqui, & de eodem capitulo. Sic etiam in d.l. in ciuile. diuinare est quòd restringatur in iudice. Et ratio illius .l. qua mouetur Bar. in d. rub. de ope. no. nun. ad dicēdum ꝙ iudici in totum sit edendum, quia vna pars sequens possit præcedētia corrigere. d.l. in ciuile. ita militat in parte sicut in iudice, per ea, quę supra dixi in prima declaratione. Et tex. in l.j. §. edenda. ff. de eden. videtur ęquiparare editionem, quæ fit parti, & illam quæ fit iudici. & ibi Bal. in princ. videtur hoc colligere. Opin. tamen Bar. videtur probari in c. cōtingit de fide instru. quem tex. Bar. adducit in d. rub. facit text. in c. cū personæ. de priuileg. in vj. Et talis editio, quæ fit iudici, est facultas quedam inspiciendi, quæ conceditur iudici, pro quo præsumitur capit. in præsentia supra de renun. vt ipse omnia videat, & parti tantum concedatur copia capituli. de quo agitur. Et ita ex dictis Barto. elicitur in dicta rubr. de ope. no. nun. & Bal. idem dicit in d. l. in ciuile. de legi. dum allegat dicto cap. contingit. vbi Abbas & not. Pau. de Ca. in d.l. fin. C. de præci. impe. off. Et hoc modo hæc secunda limitatio declarata bene procedit, quia ratio diuersitatis manifesta est, quia de parte lex suspicatur, si totum editur. d.c. contingit de iudice confidit.

294 ¶ † Tertio fallit conclusio supra posita in legibus, vel statutis, quæ in totum debent produci. ita Bar. in d.l. in ciuile. per illum tex. ff. de legi. Si ergo in instrumentis, vel rationibus aduersario editio fit pro parte. sed i lege, vel statuto fit in totum. Idem videtur velle Bar. in l. secunda ad fin. ibi nō idem dico. l. quemad. test. ape. & rationem Bart. adducit in d. rubr. quia statuta toti ciuitati communia sunt. ideo in totū producēda sunt, quasi, ūt puto, velit dicere Bar. in rationibus. & instrumentis, cōsideratur interesse petentis, & est suspicio. si in totum edantur, ideo editio limitatur. Iste rationes cessant in statutis. quia sunt publica, & omnibus communia sunt, & ita in effectu dicit, & sequitur Alex. in rub. præall. ¶ Hæc tertia limita. in qua differentia colligitur inter leges, vel statuta, & rationes, vel instrumēta, bene ꝓcedit, qn̄ editio fit parti, vt supra dixi. Secus si fieret iudici, q̄a tūc nulla est differentia inter statuta, & instrumenta, quia semper tūc editio in totum fieri debet. Ita Bart. in d. rub. loquitur dum concludit idem esse in instrumentis, & statutis. & idem Bal. & Ful. in d.l. in ciuile. Anto. de But. hic, & in d.c. contingit. Et ita ampliatur quod. s. dictū est in ij. limi. vt iudici in totum edatur tam in instru-

295 mētis, & rationibus, q̄ in legibus, vel statutis. ¶ † Et sic ex. s. dictis colligitur ꝙ statuta integraliter debeant edi. Et idem est, si aliqua

296 additio statuto facta fuisset, † quia cū statuto debet exhiberi, vt Bar. dicit in rub. præalle. per ea, quæ not. gl. in d.l. in ciuile. Ad hoc allego no. dictum Card. post Lap. in cle. statutū col. ij. in iij. oppo.

297 de elec. vbi singulariter dicit, † ꝙ additio facta alicui statuto recipit omnes qualitates prioris statuti, & ꝙ de tali additione per oīa

298 idem quod de statuto iudicatur. † Et licet statutū in totum edēdum sit, non tn̄ opus est edere volumen statutorum. Ita Barto. in rub. præall. in d. ver. in prin. & idem Bal. in d.l. in ciuile. ¶ Nō obst. si dicatur, ratio quare edatur, totum statutū, est, quia posset principium corrigi in fi. vt no. in ciuile. & s. dictum fuit, talis ratio etiā militat in toto libro. nam Bal. ibi respondet ꝙ nō præsumitur correctio. §. quibus. in j. consti. C. Ista ratio prima facie nō tollit argu. quia si non præsumit̄ correctio in libro statu. minus præsumi debet in eodem statuto, quia incontinenti maxime quis nō præsumitur se corrigere. l. nā ad ea. ff. de ꝯdi. & demōst. Nisi dicamus ꝙ in vno statuto in totū fit editio, nō ratione correctionis, quia non præsumitur. sed propter limitationē, & declarationem, q̄ sumitur ex sequentibus, per. s. dicta, & q̄a materia sub cōgruis titulis collocatur. vt not. in l.ij. ff. de sta. homi. in l. Imperatores. de in diē adadic. Vnde sufficit edere statutum, quod loquitur in materia, q̄a verisimiliter ibi loquitur statutū in materia, de qua agitur. iō nō requiritur ꝙ volumen totum producatur. ¶ Vltimo no. est, ꝙ omnia. s. dicta de productione statuti, procedunt in statuto alterius

299 ciuitatis, quod ex aliqua causa edendum sit. † In statuto vero ꝓprio ciuitatis editio nulla requirit̄, quia cū statutū sit positū pro rostris, vt Bal. tradit ī d.l. in ciuile. pōt videre quid vult. & idē Bar. tradit in l. omnes populi. ad fin. ff. de iust. & iur. Abb. hic in fi. cap.

300 idem Bal. in consi. ccviij. ad veritatem. lib. iij. † Et hoc verum, nisi esset aliqua reformatio non inclusa in libro statutorum, de qua probabilis videtur ignorantia, quia edenda erit. Barto. in d.l. omnes populi. in fi. & Abb. hic. facit quod no. Bar. & doc. in l. cum ꝓlatis. ff. de re iudi. Bal. in l. ij. quando prouoc. non est neces. cum si.

301 † Nam de essentia statuti videtur quòd situatum sit in volumine aliorum. Bal. in c. in causis. ver. quæro vtrū. j. de re iudi. probat Ro. in consi. dxij. incip. quo ad primum. in vlti. dub. Et hoc, quod vltimo loco dictum est de reformatione, limitādū videtur, nisi esset

302 reformatio † multum nota, de qua probabilis non esset ignorātia. nam tunc ratio Bar. cessat. & hoc in simili tradit d. Abb. in c.j. de re iud. reliqua per Bar. & Doc. in d. rub. de ope. no. nun. ¶ Circa secundum breuitatis gratia me refero ad Abb. hic, & ad ea, q̄ latius post alios Alexā. scribit in l.j. §. editiones. ff. de edē. ¶ Superest vltima quæst. princ. pro cuius declaratione de duobus quęritur. Primo, quando id est, quo tempore instrumenta, & rationes

303 edi debeāt. Secūdo, in quo loco editio fieri debeat. ¶ † Circa primum regula sit, & conclusio, ꝙ instrumenta tantū eduntur post litem contest. nec. n. prius produci possunt, sicut dicitur de testibꝰ qui ante litem contest. nō recipiuntur. c.j. & per totum. s. vt lit. nō contest. ergo idem erit dicendū in instrumentis. Ita arguit tex. in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. facit tex. in c. peruenit. de testib. cog. ita gl. ordinaria concludit in l.j. §. edenda. ff. de eden. & ibi Bal. qui ad hoc etiam allegat Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc dica-

304 mus. † Et ideo si productio fiat ante lit. cōtest. ex tali editione nō potest ferri sententia, nisi iterum lite contest. instrumētum ꝓducatur, vt no. tradit Fed. de Sen. in cōsi. clx. inci. casus talis, dominus Minus. col. fi. ver. non ob. vbi inducit c. veniens. el. ij. de test. Et hoc sequitur Ant. de But. hic, col. pen. idem Anto. de But. in c. cum dilectus. ver. nos autem. colum. fin. s. de ordi. cog. & in c. cum venissent colū. iij. s. de resti. in integ. & idem quod supra tenet Math. in no. suis, in iiij. no. incip. no. ꝙ si actor. & secundum prædicta meri-

305 to dixit Fran. Tig. & Bal. in rub. C. de eden. † ꝙ editio instrumentorū nō est de ꝑparatorijs iudicij. In ꝓposito igit̄ editiones rationum, vel instrumentorū debent fieri post litem contestatā, quādo expedit, & opportunum videbit̄, ad fundandam intentionē, exceptionem, vel replicationē, vt declarat do. Abb. hic, & Bald. h̄ idem dicit in l. secunda. col. ij. C. vt lit. pend. ¶ Prædicta conclusio optime procedit in editione instrumenti, quæ fit ad effectum ꝓbationis. Secus si edi petatur instrumentum ad hunc finē, vt quis

306 deliberare possit. † Nam talis editio, quæ præparationem respicit à principio, debet fieri ante litē contest. ¶ Et ista limitatio exēplificari potest in tribus casibus, qui diuersimode considerantur per domi. Abbas sed aptius hac vnica conclusione clauduntur. ¶ Primus est in fisco, & similibus priuilegiatis, quibus editur à reo, ad eius intentionem fundandam. Nam à principio petere potest sibi edi instrumentum, cognoscat, an ex eo intentio eius possit fundari, vt domi. Abb. hic concludit. ¶ Secundus casus est, quādo instrumētū petitur ratione dominij. nam à principio potest peti, vt instrumentum exhibeatur, quia exhibitio est præparatio in rei vē. l. prima. C. ad exhiben. Et hoc idem domi. Abb. hic

307 dicit. ¶ † Tertius casus est, quem Inno. ponit. si quis agit, & in libello mentionem facit de aliquo instrumento, vt quia agens dicat reum sibi obligatum ex causa mutui ad x. ex tali instrumento. nam reus ante omnia à principio [a] petere potest vt tale instrumentum allegatum sibi edatur, ad hoc vt deliberare possit an cedere velit. an contendere. ita Inn. hic. & sequuntur hic, Hostiē. Ioan. And. Ant. de Bu. & omnes Specu. in tit. de instru. edi. §. nunc dicamus. colum. tertia, versi. quid si quis in libello. Domi. de Rot. in decis. xxxiij. inci. idem si in libello. in no. secundum ordinē nouissimum est secunda in tit. de prob. Bald. idem sequitur in l. prima. §. editiones. colum. iij. vers. venio ad secundum. ff. de eden. & in l. fi. C. de præci. impe. offer. & in l. qui stipendia. in fi. C. de ꝓcu.

308 Ang. in l.j. §. edere. ff. de eden. † Et si instrumētum. de quo fit mētio in libello, referat se ad aliud, etiam illud debet produci, ad ꝙ relatio habetur. ita no. dicit Bal. in l. in ciuile. circa fin. ver. item no. ff. de leg. Bald. hic, colum. viij. & ita ampliando dictum Inno. tradit Alexan. de Imo. in consi. iij. incip. in causa, & lite. colum. j. in ij. volu. Hæc vltima conclusio, quam Innoc. tradit, procedit quando ille, qui mentionem de instrumento facit in libello habet facultatem exhibendi tale instrumentū. nam in primis edere cogitur. Secus si non haberet illud in promptu, quia propter hoc non retardabitur iudicium. sed vlterius [b] erit procedendum. ita Innoc.

309 hic, qui † ēt subijcit ꝙ stabitur iuramēto eius, qui agitur. an instrumentū nominatū de facili exhiberi possit. Et idem Specu. dicit in d. §. nunc dicamus. ver. præalle. ibi, quod verum est, si illum habet in promptu. Et ita cōcluditur in decis. s. alle. inci. item si in libello. Sequitur hic Abb. & alij, & Bal. in l. qui stipēdia. in fin. C. de procu. & ita primo dictum Innocē. declaratur. ¶ Secundo restringi-

310 tur, nisi aduersarius, qui † conuenitur, verisimiliter instructus sit de con-

ADDITIONES.

a ¶ Principio. Guid. Papa decisio. Delph. cxvj. decisio. Tholosa. cccxv. & ibidem Aufre decis. consi. ccciij.

b ¶ Vlterius. Ang. in l. Aristo. in prin. de iur. delib. idem tenet post Inno.

de contentis in instrumento, vt quia apud eum esse præsumatur. nam tūc actor edere nō compellitur, quia cessat ratio Inn. do. de Rot. in decis. s. alle. in fi. Bar. in l. edita. C. de eden. car. fi. vbi exemplum ponit in legatario agente ꝯ hæredē. & alleg. tex. in l. ij. ff. de eden. vbi Bar. Bal. & doc. hoc dicunt per illum tex. & sequit Abb. post alios hic. Bal. in d. l. j. §. rationes. col. ij. ver. venio ad tertium. in prin. idem Bart. in l. si postquam. §. si dies. ff. vt leg. not. ca. Et infert 311 Cald. hic, prout Mod. referunt † ꝙ ille, qui petit sententiam ꝯ se latam declarari, & pronuntiari nullam, nō debet illam edere, q̄a apud aduersarium, qui obtinuit, esse præsumitur. Sic in debitore postulante vt instrumentum simulatum pronuntietur, & de his aliquid per Lap. alle. x. inci. disputat hic plura. in col. fi. in iiij. dub. Ista secunda limitatio bene procedit, nisi aduersarius, qui à seipso instructus esse præsumitur, allegaret, & probaret aliquo casu se instrumētū amisisse, quod erat penes eum. nam tunc sibi edēdum erit. arg. est optimū in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. facit quod s. dixi de notario, cui ex causa edendum est, & ꝙ s. dictum est de reo, qui actori ex causa quandoq; edere tenet. ¶ Cōfirmatur hoc ex eo, quod dictū est s. in prima declaratione, quòd actor, qui in promptu non habet instrumentū, non cogitur illud edere, licet de ipso in libello fecerit mentionē. nam si actori hoc conceditur ꝯ regulam, quę est vt teneatur edere instrumentū, de quo mentionem fecit, à fortiori debet hoc reo permitti, quia hoc in ipso reo est, ſm regulam, vt sibi ad deliberādum edatur instru- 312 mentum nominatū in libello. † Fauorabilior enim est illa dispositio, quę regulā sequitur. gl. no. in c. statutū. in ver. numerandū. de præb. in vj. facit tex. in l. ij. ff. de iniust. rup. irritoq; testa. & in v. dist. c. ab exordio. & tex. in l. eius militis. §. militia. missus. ff. de test. mil. Item in materia editionis magis reo, quàm actori fauetur, vt s. diximus. Vnde quod actori conceditur, reo nō debet denegari. regula, nō debet. de reg. iur. ¶ Secundo, prædicta limitatio, ꝙ actor non debeat edere, qui à seipso instructus est, habet locū, quando editio petitur à principio ad deliberandum, prout agitur hic. 313 † Sed si actor obtinere velit, postea in processu debet instrumentum realiter producere, vt intentio eius probetur. l. postquam. §. dies. vbi Bar. per illū tex. ff. vt leg. no. caue. & idem Bart. in d. l. edita. s. alleg. Abb. hic, Bald. in l. ij. de eden. vbi alle. tex. in d. §. si dies. 314 † & ratione adducit, quia instrumentum producatur in iudicio, non probat. l. quoties. §. fi. ff. de prob. Ad hoc est not. dictum Bar. 315 in trac. ad repri. in ver. de plano. col. j. in fi. † vbi inquit, ꝙ non sufficit verbis allegare instrumentū. Sed realis productio necessaria est, & copia debet dari aduersario cum termino ad opponendū, a aliter non dicitur sufficienter facta fides, secūdū Bar. [a] cuius verba multū extollit Ro. in ꝯsi. clvj. incip. honorande dñe. colū. j. & in consi. dxix. incip. in casu proposito. vbi tex. inducit in l. fi. C. de fid. instru. & facit quod Bal. no. in l. nullum. circa fi. C. de testib. in l. fi. C. qui admit. ¶ Tertio dictum Inn. hic limitatur, secundū Bart. in in l. edita. C. de eden. car. ij. vt non procedat, quando in libello fit 316 mentio de instrumento assertiue, † ita ꝙ explicite totus tenor instrumenti inseratur. tunc enim poterit deliberare absq; eo, ꝙ sibi aliter instrumentum edatur. Et idem Bar. dicit in l. postquam. §. si dies. s. alle. & sequitur hic Anto. de But. & Imol. facit tex. in c. ij. de dila. Et cum ista limitatione simpliciter transeunt Alexā. & Mod. in d. l. edita. Sed Are. hic, col. pe. hoc tenet ꝯ Bart. & indistincte sequitur dictum Inno. quia quocunque modo actor in libello facit mentionem de instrumento, videtur protestari se vsurum tali instrumento. ergo indistincte tenetur edere tale instrumentū. l. j. §. edenda. ff. de eden. Et ex isto capite dicit Aret. tenēdam esse opi. Inno. quæ etiam secundum eum, cōmunior videtur, & idem videtur tenere Pau. de Ca. in l. j. §. denda. ¶ Non puto recedendum ab opi. Bar. quæ cōmunis est, vt patet ex s. dictis. Et motus ipse videtur optima ratione, quia cum reddatur reus instructus ex narratione libelli, ratio Inno. cessat, cum sit certus reus, & deliberare possit, sicut s. dictum est in ij. limita. Intentio enim Barto. in d. l. edita, & in d. §. si dies, non fuit vim facere in hoc, an assertiue, vel limitatiue fiat mentio de instrumento. sed in hoc, an ex narratione reddatur instructus reus, vel certus. Sed quia verisimiliter ex narratione limitata remanet dubius reus, & certus, & clarus efficitur ex narratione plena, & explicita, q̄n totus tenor instrumēti inseritur. arg. l. j. in prin. ff. de eden. ideo Bar. isto respectu differētiam facit, an de instrumento actor assertiue, vel limitate loquat. Tota ergo vis est, an ex narratione actoris reus certus sit, vel nō. & tota distinctio Inn. hic, & Bar. in locis supra dictis in effectu ad hoc reducitur. Et ita de his duobus verbis Bald. concludit in d. l. edita. in recollectis. vt relatū est in aditione ad decisionem Rotę supra alleg. in fin. & sic dicit Bar. in d. §. si dies. in princ. vbi melius seipsum declarat. Et ideo Abb. hic bene dicit in pen. col. dum inquit quòd etiam si fiat mentio simpliciter de instrumento assertiue, vt Bart. dicit, erit tamen edendum tale instrumētum ante litem contestatam, si reus verisimiliter nō sit informatus. nec Bart. in hoc contradicit, immo idem vult declarando vt supra dixi.

¶ Non obst. quod Are. supra dicit per text. in d. l. j. §. edenda. quia ille text. procedit in editione, quæ fit ad probandum intentionē actoris, vel exceptionem rei. Secus quādo petitur edi ad deliberandum, prout hic agitur, tunc enim tantum consideraſ an reus sit certus, vt deliberare possit. Comprobatur hoc, quia attēta ratione Are. etiam esset edendum reo, qui esset à seipso instructus. In eo enim etiam procederet illa ratio, quòd actor qui facit mētionem de instrumento, sit illo vsurus. ergo edere tenetur. Cuius tamen contrarium omnes dicunt per l. ij. ff. de eden. & supra dictum est in ij. limita. Et quod supra dictum est in isto arti. de tēpore producendi instrumenta, procedit in tēpore quod à principio consideratur. Sed vsquequo productio instrumentorū fieri pos- 317 sit, nō cadit hic, hr̄ in c. dilectus. j. de fid. instr. ¶ † Vltimo videndū restat, ī quo loco editio debeat fieri. Et circa hoc breuiter respōdetur, secundū ꝙ dicit text. in l. prętor. §. fi. ff. de eden. ꝙ ibi debet 318 fieri editio ab argentario, vbi argentariam exercuit. † Et ideo dicit Bal. ibi, ꝙ instrumentum à notario edi debet, vbi est à principio confectum. facit bonus text. in l. j. & ij. C. vbi de ratio. Vnde si alibi iudicium agitetur, qui edere tenetur, non cogitur instrumenta, vel rationes alibi confectas ad locum iudicij traducere, vt dr̄ in d. §. fi. Quod verum intelligitur, nisi ille, qui editionem pe- 319 tit, velit † ꝙ sumptibus suis hoc transferatur. vt est tex. in præalle. §. fi. cum l. seq. & non solum suis sumptibus. sed etiam eius periculo hoc debet fieri, ſm Pau. de Ca. ibi, arg. l. quæritur. in princ. ff. cōmo. Isto tamen casu, q̄n immineret periculū, iudex debet mittere personas idoneas ad locum, quæ videāt originale, & de substantia, & effectu, faciant fidem iudicij, ſm Bar. in d. §. fi. per tex. in c. accepimus. de fi. instr. in l. iudices. vbi Pet. Cy. Bal. & Sal. exemplum ponunt in testamento, in quo de magno præiudicio agaſ. 320 C. de fid. instru. ¶ † Sed quid si petens editionem velit ꝙ omnino instrumēta, vel rationes portentur ad locum iudicij, suis expensis, & suo periculo, præstando cautionē idoneam, quia forte magis interest eius, ꝙ oculis res subijciatur, nec ita ex relatione forte consultum erit. an debeat audiri, vt reus ad hoc compellatur, vr̄ ꝙ non ex eo, quod s. dictum est, ſm Bar. quia debet mitti ad locū vel et̄ ſm Fulg. poterit iudici in loco committi. Nam licet vbi agitur de expensis, cogatur reus. d. §. fi. tñ vbi est periculum, nō vr̄ ꝙ ita reo consuli possit, sicut in expensis. ¶ Cōtrarium tñ aliàs cōsultum fuit Florentię per Doc. celebratissimos, qui in effectu cō- 321 siderabant duos casus. ¶ † Primus est, q̄n actor ad probādam intentionem suam, vel ad probandā exceptionem, allegat scripturas, quas ipsemet habet in alio loco. sed dicit periculū esse in delatione, ideo petit ꝙ mittatur ad illum locum, aduersarius vero instat simpliciter ꝙ coram iudice exhibeantur. Et isto casu potest iudex mittere ad instantiam actoris, quia in illis facit fundamentum. ita est tex. in d. l. iudices. vbi ita ponunt exemplū Pet. Cy. & alij, procedit, & loquitur text. in d. c. accepimus. & hic non est ca- 322 sus noster. ¶ † Secundus est, quando actor in casibus, quibus potest ad fundandam intetionem suam à reo, vel reus ab actore, ad probandam exceptionem petit instrumenta, vel rationes aduersarij, quas habet aduersarius alibi ī loco remoto, & isto casu si ab eo, qui petit, offeruntur expensę, aduersarius tenetur instrumēta transferre ad locum iudicij, vt est tex. in d. §. fi. Idem ergo quādo allegatur periculum, & petens subire periculum, videtur eadem ratio in periculo, & expensis. ergo idem ius. c. translato. de consti. l. illud. ad legem. Aquil. & ad hoc vr̄ text. in l. sed si hæreditas. §. j. ad exhiben. Et hoc sentit gl. in d. l. prætor. §. fi. dum allegat d. l. sed si hæreditas. quæ de periculo loquitur, & Pau. de Ca. dum inquit, ꝙ editionem petens auditur offerendo expensas, & quod suo periculo deferatur, arg. d. l. vnde quæritur. in prin. & Bal. in d. §. fina. in lectu. antiqua, dum loquitur de mercatore Florentino, qui negociatur Parisijs, & ibi libros habet nec videtur ita consultum ex relatione, sicut si libri coram exhibeantur, &c. Nec obst. dictum Bar. quia non loquitur in isto casu primo, & ita iudicatū fuit Florentiæ. ¶ Ista conclusio non videtur sine dubio. Primo enim considerandum est, quòd Bart. videtur contrarium velle, quidquid supra dictum sit. Nam loquitur ipse generaliter, dum quærit de periculo itineris, & verba sua debent referri ad casum. §. huius occasione quęrit. & §. loquitur, quando petuntur scripturę ab aduersario, vt supra dictum fuit. Sic ergo videtur loqui Bar. Et licet

ADDITIO.

a ¶ Secundum Barto. Alexan. in consi. lxiiij. libr. iij. Ias. in l. non solum. §. fina. ff. de oper. nou. nuncia. l. ait prætor. §. primo. de re iudi. Math. not. xl. Marsil. sing. clxx. Alexan. consi. xxxvij. nume. 5. lib. ij.

c.super hoc de rerũ. Et hoc ꝓcedit, ẽt si negatiua verbis affirmatiuis proponatur.† Consideratur.n.effectus.[a] Et illa ratio versi.negatiua est, quæ priuationem significat, illa vero affirmatiua, quæ positionẽ† cõtinet, vt no.Bar.in l.de ętate.i iij.q.prin.ff. de mino. & in l. nec codicillos.C. de codici.& in l.inter stipulantem.i prin. de verb.oblig.cum si.vt tradit Alex.ibi, & Mod.hic, & idem not. Bar.in l.pater Seuerinam in §.socrus. in fi.ff. de condi. & demon. facit tex.in c.super hoc,de renun.& qđ no.Abb.hic, in notabilibus.¶ Et prædicta conclusio limitatur,nisi negatiua sit sensui, cõiuncta,adeo† ꝙ cadat in sensum testis,puta, si dicat Titius nõ habet oculos,non habet biretũ in capite,vt not. Inno.in c.cũ ecclesia,de causa pos.& proprie.& Io.and.& Abb.post alios ĩ c. bone. in gl.in verbo, præter numerũ.s. de elec. Nec tñ isto casu ꝓbatur negatiua directo,q̃a qđ nõ est,non cadit in sensum testis.Sed indirecte probat̃, q̃a ex quo non representatur aliquid visui, iudico ꝙ nihil sit in loco; vt declarat Abb.in d.cap.bone post Ioan.de Lign.& Anto.de But.quos ibi refert,& idem Ang. tradit in l.j. ff. de his,qui sunt sui vel alien.iur.Et ħ verius vr̃.licet Bal. in l.actor. col.ij.C.de ꝓba.probare conetur ꝙ etiã directo probet̃. ¶ Secũdo prædicta conclusio nõ habet locum in negatiua† coarctata loco,& tẽpore, quæ probari potest,per indirectum tamen,vt gl.hic dicit,per c.ex tenore.de testi.& in l.optimam.C.de ꝯhen.& com. stip.vt no.Bar.in l.Pantonius in §.rei perduellionis.ff.de acqui.hęre.cum si.vt tradit Alex.in consi.xlij.visis.col.ij.lib.iiij.Et hoc verũ intelligitur, qñ tali mõ coarctata sit vt cadat in sensum testis, † vt declarat Bald.in d.l.actor. col.iij. cum si. vt dixi in c. tertio loco.s. eo.Et restrictio negatiua ẽt aliter considerari potest,videlicet qñ facta fuit discussio, & relatio per nuncium de commissione iudicis.† vt per gl.in auc.de exhi.re.in §.si vero nõ administrat.in vers. examinet,& no.Bald.in l.eum,qui.§.filius.ff.de acqui. hæred. cũ si.vt tradunt ibi Alexand.& Moder.hic.& no.Bar. in l.is potest.in pen.col.de acqui.hær. ¶† Similiter vr̃ coarctata negatiua, quæ restringitur ad certam scripturam, vt hic,& no.Bar.in l.fi.C.de reb. cred.& in l.Titiæ textores.in ij. not.de leg.j.vbi ex inspectione testamenti probatur non esse legatum. †Et hoc modo probatur ꝙ quis non sit matriculatus, & ꝙ non soluit collectas, vel ꝙ non sit de collegio.vt etiam no.Bar.in l.matriculam.C.de age.in reb.lib. xij.& in d.l.fi.C.de reb.credit.in l.ij.in fi.de erro.aduo.& in l. hi,q̃ ad ciuilia.C.de appella.Bald.Ang.& Imol.in si fine.C.de iniusto. rupto.testa.¶ In gl.ij.de iudicio inquisitionis,de quo gl. hic loquitur,an ordinarium vel extraordinarium dicatur.late dixi. in rub. s.de iudi. ¶ In gl.iij.in verbo,viros,ibi, non creditur, nisi habeat testium subscriptionem. dum loquitur de subscriptione, sentit ꝙ testes in contractibus debeant se subscribere,& idem gl.in l.generali.de tabul.lib.x.in l.iurisgen.§.quod fere.ff.de pac.Sed tamẽ communiter,tenetur, ꝙ satis sit, notariũ testes inscribere. † vt ꝑ glo.in §.si vero absunt.in auc.de hære.& falc.in ver.quantum, & glo.per illum tex.in §.sed & si instrumenta. in auc. de instru. cau. fi.Bald.in l.in donationibus.C.de dona. cum simi. vt tradit Alex. in d.§.quod fere.¶ †In fi.gl.cõcludit,ꝙ in actis testes non sunt necessarij,licet in extraiudicialibus debeant adhiberi.& idem gl. in l.fi.C.de re iudi.& in d.l.in donationibus.C.de dona.vbi Bal. dicit ꝙ illa lex adhoc allegatur.Et sequitur Saly.ibi,dicens ꝙ ita cõmuniter seruatur.Et idem tenet, & pluribus rationibus probat Bal.in rub.C.de fide instru.col.ij.versi.sed dubitatur. Spec.in tit. de instru.edi.§.restat.versi.sed cum literis episcoporum.in ix.col. & idem sentit Ang.in l.post mortem.ff. de adopt. & ita concludit Abb.post Ioan.an.hic per d.l.in donationibus. & quia creditur scripturæ notarij in examinatione testium, vt latius per eum hic.Et ad hoc bene facit tex.in l. sancimus.C.de testa. dum tex. ibi alternatiue loquitur,& dicit,per testes,vel inter acta. ergo videtur ꝙ in actis testes non requirantur.Sed licet ista sit communis opi.non tamen efficaciter probatur iure,quia tex.in d.l.in donationibus,qui principaliter allegatur de insinuatione dõnationis, & prius ibi præsupponit̃ ꝙ fuisset factũ instrumẽtum donationis solenniter.vt Bal.ibi in fi.dicit.Item potest dici ꝙ loquitur de testibus se subscribentibus. secus vr̃ in inscriptione testium, quæ debet fieri per notariũ in instro,ſm regulam, quæ in hoc limitata non reperit̃.nam fides actorum in notario residet, & ipse non vr̃ hr̃e maiorem auctoritatem quantum ad fidẽ faciendã,q̃ alius notarius,qui de instro rogatus sit.Vnde commissio sibi facta vt acta scribat,intelligit̃ ſm qualitatẽ notarij,& ꝙ testes inserantur.Et ad hoc facit,quia ista regula negatiua est,ꝙ non valeat scriptura notarij sine insertione testiũ.ideo præualere debet l.iij. §.liberti.vbi Bar.ff.de suspec.tu.Non obst. ꝙ credatur notario in examinatione testium,quia attẽta hac rõne esset dicendũ ꝙ semper credat̃ notario sine testib° qđ falsum est.Nõ ob.tex.ĩ d.l.sancimus,quia dũ ibi dr̃,per testes,vel inter acta,nõ per hoc excludit̃ inscriptio testiũ.secus si dicatur per testes, vel instrumenta. quo casu intelligeret̃ ꝙ inscriptio testium esset facta in instrumentis, prout requiritur.¶ Retenta tñ cõi opi.prædicta cõclusio limitat̃ vt ꝓcedat in his,quæ ꝓprie sunt de actis,† & ꝑtinẽt ad expeditionẽ iudicij.secus est in alijs,quæ in actis extrinsecus inserunt̃, q̃a nõ probant̃,nisi testes adhibeãtur,& inscribãtur,vt ꝯcludit Abb. hic post Ant.de But.& tradit Lap. in alleg.lxxxj. nõ valuit actus, col.j.† vbi inquit ꝙ si constituat̃ procurator apud acta,nõ ꝓbatur mãdatum per solam scripturã notarij,nisi testes scripti fuerũt, & idem voluit Bal.in rub.C.de fide instru.col.ij.in præalleg.ver.sed dubitat̃.& idem Bald.in l.sancimus.in ver.itẽ no.C.de testa. & sequitur Alex.in l.oĩum.C.de testa.& faciũt quæ dixi in c. post cessionem.s.eo.ꝙ literę solũ probant in pertinẽ.ad officium scribentis.Et ita dicendũ videt̃ in proposito,ꝙ prærogatiua, quæ in actis cõsideratur,duntaxat habeat locũ in his,quę sunt de actis.Et hoc ẽt cõfirmatur,quia acta recipiunt auctoritatem ex commissione iudicis,vt probat̃ hic.Iudex aũt nõ vr̃ cõmittere nisi ea,quæ pertinent ad acta,quæ necessaria sunt, vt ad sententiam deueniatur. ¶ Contrarium tñ tenet solus Aret.hic, ꝙ immo ẽt actus alienus ab actis,si inter acta inseratur,recipit fomentũ,& robur,vt absq; alijs testibus ꝓbet̃,[b] ꝑ tex.in l.sancimus.C.de test. vbi ad probãdum volũtatem reuocatoriã testamẽti perficiãtur, ꝙ testator declarauerit voluntatem eius coram tribus testibus, vel apud acta. Sed respõdetur secũdum Bal.ibi,& Alex.in vlt.no.ꝙ ille tex.intelligit̃ quod immo testes inscribant̃.¶ Secundo ad idem alleg.tex. in l.oĩum.C.de testa.vbi valet testamẽtum factum apud acta, sicut qñ fit in cõspectu principis.Sed rñdetur ꝙ Bart. ibi intelligit duobus testibus interuenientibus.Tertio facit tex.in l.j.C. de satisda.vbi procurator apud acta cõstituit̃.Sed intelligitur vt dictũ est,cũ inscriptione testiũ.Quarto ad hoc Mod. inducunt tex. in d.l.in donationibus,vbi tex.loquitur in donatione, quæ nõ dicit̃ esse de actis,& tñ ꝓbat̃,quia facta est in actis.Sed rñderi põt ꝙ talis donatio satis vr̃ esse de actis ex quo debet ĩsinuari l. sancimus. & l.pen.C.de do.¶ Concludẽdo tñ ꝓ resolutione cõsidero duos casus. Vnus est,qñ notarius actorũ rogatus fuit à partibus simpliciter,& tũc vr̃ rogatus notarius simpl'r,& cõis opi.de plano ꝓcedit,vt tali casu testes requirantur.¶ Secundus casus est,qñ notarius scribit de cõmissione iudicis expressa,vel tacita.& tali casu videtur rogatus vt notarius actorũ ꝑ ꝑ auctoritatẽ iudicis, & tũc vera sit opi.Are.per iura quæ ipse adducit,quæ indistincte loquũtur.& facit tex.in l.pacta nouissima.C.de pact.& quod ibi Bal. cũ si.vt Alex.ibi prosequitur.¶† In gl.in ver.citationes.Abb. dicit ꝙ citatio est fundamentũ iudicij.Et ad hoc est dictum Spec.in titu. de citatione.in prin.& citatio est de substantia iudicij, vt no. Bar. in l.prolatam.C.de sen.& ideo dicit Abb.hic,† ꝙ omnia quæ fiũt in præiudicium absentium,sine citatione non valent c. omnia.c. caueãt.ix.qõ.iij.facit tex.in l.j.§.item cũ ex edicto.ff. quæ sen. sine ap.rescin.l.de vnoquoque.in prin.ff.de re iud.& in cle.pastoralis. de re iud.¶† Et intãtũ hoc procedit, ꝙ ẽt sentẽtia lata in fauorẽ[c] absentis nõ citati nõ valet,vt per glo.in l.ea quæ.C.qũo, & qñ iu. Et ad idẽ est glo.in l.furioso.ff.de re iu.quam Doc.cõiter sequuntur,vt Alex.ibi dicit.¶† Hoc tñ limitat̃ nõ ꝓcedere in causa criminali,ſm Bal.in d.l.ea,quæ.col.fi.ver.quæro nũquid in cã capitali, & hoc pro singulari refert Rom.in singu.cxciij.iudex non potest. ¶† Secũdo Abb.cõcludit ꝙ nũcio[d] credat̃ ẽt ad hoc vt ex eius relatione pars cõuincat̃.[e] Idem tñ Abb.in c.cũ parati. de app. dicit hoc esse in arbitrio iud.vtrũ magis credat̃ nũcio,q̃ parti. & idem Bal.hic,col.xiiij.Saly.in l.absentẽ.in vj.q.C.de accu.& in l.tres denũtiationes.ver.sed an credat̃ nũcio.C.qũo.& qñ iud. & istã esse cõem opi.Marianus dicit in rub.de dila.arti.xvj. Sed tñ ꝙ præcise nuncio credat̃,vt dictũ est, tenet gl. in d.c.cũ parati. Spec.in ti. de citatione.§ sequitur.in ver.hoc aũt.Bar.in trac. ad repri. ver. ꝑ nunciũ.& in l.j.§.fi.circa fi.ff.de offi. præfec.vrb.& in l.diuus.la ij. de cust.reo.Bald. in l. magis puto.§.illud.ff.de reb.eo. & in l.j.§. si quis.in fin.ff.quemadmodum testa.ape. Rom.in consi.ccccxcvij. diligenter perscrutatis.colum.ij. Aret.in §. quadrupli. colum. v. insti.

ADDITIONES.

a ¶Effectus. Adde Bar.in l.non codicillum.C.de codicil.Bald.Pau.l.cum te.c.j. de proba.Ias.in l.si prius de oper.no. nuncia.Vldari. Zasi.l.ij.§.item si in facto. nu. 17.ff.de verb.oblig.

b ¶Probetur. Et bene,sed non valet,nisi vt contractus.l.ij.C. de communia vtriusque iudicij.

c ¶Fauorem. Vldari.Zasi.d.l.furioso.Ias.l.nec quicquam.§. vbi decretum. de offic. ꝓcõsul.& lega.l.eius.§.fi.in prin.fi cer.peta.Soz.in tract.de citatio. art.cxxj n. 1.

d Nuncio. Vide Maria.Sozin.tract.de tacita.arti.xvj.Alex.consi.75.nu.18.lib.v.late And.Tiraq.tract.retractat.§.viij.gl.ix.nu.16.cum seq.

e ¶Syi.Ald. Conuincatur.Hęc omnia repetit.idem Deci.in c.cum parati.col.iiij.& seq.supra de appel.

in sti. de actio. & ita vr̃ ista magis cōis opi. ¶ Pro cōcordia tñ distin gui pōt ꝙ in dubio nūcio credaẽ, dū refert se citasse, nisi qualitas psonę aliud suaderet, & qñ qualitas personę videaẽ hoc suadere, arbitrio iudicis relinquitur. ¶ †Et prædicta conclusio ꝙ nūcio cre daẽ, procedit in his, quæ explicite refert, sed nō præsumiẽ ꝓ his, quæ ipse nō dicit. Vnde cū deberet citatio ad domū fieri †in subsi dium, qñ personaliter non reperitur, si nūcius dicat se citasse ad domū, non intelligitur in subsidiū q̃a pro nūcio nō præsumitur, sicut pro iudice, vt no. Bar. in l. iiij. §. prætor ait. in ver. sed qđ debet nūcius. ff. de dam. infec. & sequiẽ Ant. de But. in c. causam. col. pe. de do. & contu. & late Alexand.[a] in consi. ij. consideratis his. libr. iij. Abb. in consi. lxxxiiij. arbitror. in ij. lib. & Ro. in consi. ccccliiij. in re præsenti. col. ij. Et verum est, nisi dicat nuncius se citasse ad domum, prout habuit in mandatis, vt no. Bal. in l. properandum. in §. si quidem. col. iij. C. de iudi. Car. in cle. j. de do. & contu. Alexan. in d. §. prætor. ait. vbi Bar. hoc sentit, & tenet Ro. in consi. s. alleg. †Et hoc sane intelligiẽ, qñ expressum fuit in mādato ꝙ citaret ꝑ sonaliter, & in subsidium ad domū. secus si nō exprimatur, quia licet ita itelligatur, ſm intellectū iuris relatio nuncij nō refert ad illud, qđ intelligitur, nisi exprimatur, vt Alex. dicit in consi. ij. s. al legato. & ſm Abb. in d. consi. lxxxiiij. non sufficit ꝙ dicat nūcius oīa se fecisse, ad quæ tenebaẽ de iure, & ſm formā statutorū, sed relatio debet fieri ad id, qđ fuit cōmissum. ¶ †Tertio Abb. cōclu dit ꝙ in actis, cōmissio citationis, & relatio nuncij scribi debent. In quo notandum est† ꝙ citatio habet tres partes, commissionē iudicis de citando, executionem nuncij, & relationē citationis fa ctę, vt per Io. and. in c. Romana. §. ꝯhentes. de fo. cōpe. in vj. Abb. refert in c. fin. in fin. de offi. deleg. & not. Bald. in l. nā ita diuus. col. fin. ff. de adop. ¶ †Et notandum est ꝙ relatio nuncij nō potest fie ri die feriata,[b] vt no. Bal. in cap. fi. s. de fer. & in l. in minorum. C. in quib. cau. resti. in integ. non est necessa. ¶ †In gl. in ver. dilationes. Primo ſm Abb. colligiẽ ꝙ missio in pos. non potest fieri nisi præ cedente citatione peremptoria. ad idem est gl. in l. si finita. §. Iu lianus. ff. de dam. infec. cū si. vt tradit ibi Alex. in ij. col. vbi late in sistit, & finaliter concludit istam esse communem opi. per text. in l. præsenti. §. cum autem. C. de his, qui ad eccl. confu. dum ibi di finctiue loquiẽ ꝙ requiraẽ citatio peremptoria, siue traditio præ diorum, siue venditio celebretur, loquitur ibi gñaliter. ergo gñaliter intelligiẽ, siue agaẽ actione reali, siue ꝑsonali. Et per hoc di cit ꝙ nō restringiẽ ille tex. in secūdo decreto, vt q̃dā dicebāt & so lū Alex. fundamētū facit ĩ d. l. ꝑsenti. §. cū aūt. C. de his, q ad eccle. ꝯfu. Sed tamen aduertēdū est, q̃a verius vr̃ ꝙ ille tex. in secundo decreto loquaẽ, q̃a tex. ibi dicit ꝙ pro mensura debiti traditio ꝑ diorū, vel vēditio fiat. ergo de secūdo decreto intelligiẽ, q̃a de iu re codicis in primo decreto fiebat missio in totū, vt no. ĩ auc. ei q. vbi Bald. C. de bo. auc. iud. poss. Secūdo facit, q̃a ibi traditio ꝑdio rū, & vēditio ęquiparanẽ. ergo ꝯsonat ꝙ illa traditio accipiaẽ pro secūdo decreto, qđ habet maiorē cōformitatē cū vēditione, quā primū decretū. Et q̃a vna pars alternatiue ſm aliā colligiẽ, vt no. Bar. per illū tex. in l. j. ff. de reb. dub. Tertio facit, q̃a illa traditio ꝑ diorū intelligiẽ ꝓ traditione possessionis, vt no. in l. traditionibus. C. de pactis. ergo de secundo decreto loquitur, quia in primo de creto possessio non transfertur. l. iij. §. fin. vbi Bar. ff. de acquir. pos sess. ¶ Non tamen recedēdum est à communi opinio. quam etiā Paul. de Cast. sequitur in consi. l. super primo. col. j. Pro quo facit, quia pro prima citatione contumax punitur in expensis. l. sanci mus. C. de iudicijs. sed nullibi reperitur quòd missio fieri possit ante citationem peremptoriam, nam sicut expressum fuit, de ex pensis, in quibus agitur de minori præiudicio, ita pariter dictum fuisset de missione in poss. magis. præiudicialis. Et subijcit Abbas hic in isto primo not. ex glo. quòd post peremptorium in ipso actu missionis alia citatio non requiritur.[c] allegando Bart. qui ħ tenet in d. l. si finita. §. Iulianus. col. vj. vers. quæro vtrum. ff. de dā. infec. Sed in contrariū facit text. in l. & post edictum. in verbo, de bet. ff. de iudi. vbi videtur casus quòd post peremptorium alia ci tatio requiratur. quicquid gl. ibi dicat, quæ exponi debet, id est, potest. Et ad hoc ēt facit text. in l. iij. §. si ad diem. ff. de re milit. ĩ rō ne, q ibi ponit, q̃a potuit esse impeditus. Nā ista ratio pariter mi litat in isto casu, q̃a licet perēptorie citatus fuerit, potuit tñ esse impeditus. Nec ob. si dicaẽ ꝙ ēt ista ratio militaret in expensis. q̃a expense veniūt accessorie ad cām. Sed primum decretum prin cipaliter interponitur officio nobili iudicis. ideo citatio requiriẽ, vt no. in c. fi. de offi. iudi. & vide qđ dixi in c. j. in fi. de iud. ¶ Secun do ex gl. habet, vt Abb. ꝙ in prima citatione contumax punitur in expensis. †Quod etiam tenet Bar. in l. sancimus. C. de iudic. in aucten. qui semel. C. quō, & quando iu. in l. contumacia. ff. de re. iud. cū concor. vt tradit ibi Alex. in fin. †Si vero reus cōparuerit in prima citatione, & cōfiteaẽ debitū, nō debet ĩ expēsis ꝯdēnari, vt no. Bal. in auc. contra qui propriam. col. fi. in fi. C. de non nu. pe cu. Angel. in auc. qui semel. C. quō, & qñ iudi. †Et hoc sane intel ligiẽ, nisi prius[d] esset facta interpellatio extraiudicialis, quia tūc debet in expensis cōdemnari, non obstante cōfessione. Dictum fuit not. Gui. de Cu. in l. omnes. C. de epis. & cle. quē Abb. refert, & sequiẽ in c. nouit. in fin. de iud. Ant. de But. in c. j. col. xiij. de li bel. obl. Ang. in l. debitores. C. de pig. Abb. & Mod. ĩ c. iij. de accu. & Io. de ana. ĩ c. licet Heli. de simo. Et hoc pro singulari tradit Ro. in sing. cccxcvj. alio sero. ¶ †Et circa hoc notandū est, ꝙ ꝑsumiẽ[e] ꝙ interpellatio extraiud. facta sit à cōiter accidentibus, iuxta gl. l. neque natales. C. de proba. & neganti se monitum fuisse, onus ꝓbandi incūbit. vt no. Ro. dicit in sing. cccxcvij. quis debet ꝓbare. per tex. in l. infideicōmissi. ff. de vsu. ibi, nō facile est vt mora non præcedente, q̃s ꝯueniaẽ. Ex quo pōt inferri. ꝙ ille teneaẽ in expē sis, cū talis negatiua. s. ꝙ monitus nō fuerit, improbabilis videaẽ, cū nō sit coarctata loco & tp̃e, vt hic, cū si. & vide qđ dixi[f] in c. no uit. in fi. de iudi. ¶ †Et qđ dr̃ de monitione extraiudiciali, idē es set de obligatione ad diē, quia dies interpellat pro homine. c. po tuit. de locat. ita Abb. dicit in d. c. nouit. in fi. de iud. & in d. c. licet Heli. de simo. col. iij. & no. Bal. in l. non ignorat. C. de fruc. & lit. ex pen. †Et casu quo possunt peti expense propter interpellationē, debentur etiam expense facte in præparatorijs. s. in conducendo aduocatos, & in recolligendo instrumenta à notario, vt no. Ang. dicit in l. si reus paratus. ff. de procu. ¶ †Tertio secūdū Abb. colli giẽ ꝙ iudex non debet condemnare ꝯtumacē, nisi constet de cō tumacia. Ex quo infert ad dictum no. Bar. in l. multum interest. ff. de condi. & demon. †vbi inquit, ꝙ ēt data ꝯtumacia in veritate, si iudex ignoret, non valet processus ꝯ̃ contumacem. & hoc idē tenet Calde. in consi. vlti. in tit. de dila. Cardi. post Pet. de anch. in cle. ij. in fi. vt lit. pend. & idem Abb. sequitur in c. fin. col. vij. de foro compe. in c. ad nostrā. el. iij. col. iiij. de iureiu. cū si. vt tradūt Mod. hic & Alexan. in l. sed si de sua. ff. de acqui. hære. & idē Alex. post Bar. in l. si finita. §. Iulianus. col. xvj. ver. item inquātū Bar. ff. de dā. infe. & late idē tradit Perusi. ĩ c. cū parati. ĩ vlt. car. de appel. Mod. in d. l. multum interest. & And. Sicul. in consil. xlviij. col. xxj. libr. j. ¶ †Et ista conclusio limitatur dupl'r ſm Mod. Primo vt per Bal. hic, in vj. col. Secūdo vt etiam per Bald. in l. falsus. col. vij. ver. item dubitatur. C. de fur. & vlterius alias limitationes prosequitur Pe rusi. in d. c. cum parati. & reassumunt Mod. in d. l. multū interest. ff. de ꝯdi. & demō. ¶ †Et notādū est qđ hic dicit Abb. referendo Bar. ꝙ non est opus vt cōmissiones de citando, fiant iudice seden te pro tribunali.[g] ad qđ dictum adde Bar. in consi. clxiiij. proces sus, & sententia Paul. de Cast. in consi. xl. pro pleniori examine col. penulti. ¶ †In glo. in ver. recusationes. in fin. not. ſm Abb. gl. hic ꝙ nisi appelletur, processus agitatus post recusationē iudicis, valet. De quo Abb. se remittit ad c. cum spāli. de appel. & hoc la te discutit Alex. in l. quia poterat. ff. ad Treb. & idem Alex. in cōs. lxxxix. diligenter consideratis. libr. j. & Rom. in consi. ccxx. circa primum. in ij. dub. & Perusi. in d. c. cum speciali vbi post eum di ctum. fuit. ¶ †In glo. in verbo, exceptiones, ibi, danda est in scri ptis,[h] Abb. post Host. concludit ꝙ non sit necessariū ꝙ in scriptis detẽ, & sequiẽ Bar. in l. j. col. ij. in j. q. ff. de excep. vbi alleg. tex. in l. scr re oportet. §. oportet. el. ij. ff. de exc. tut. & idem tenet Cyn. & Bal. in auc. hāc aūt quærelā. C. de nō nu. pec. & Bald. in l. nec cās. C. de app. post alios in c. prudētiā. in §. sexta. s. de offi. deleg. col. ij. Do mi. in c. appellatio. in fi. de appel. in vj. ¶ Et ita se habet cōis opi. ꝯ̃ quam insurgit Lanfra. Brix. hic, qui in iij. col. contrarium tenet, ꝙ imo scriptura requiraẽ, q̃a hoc est in actore, qui in scriptis debet libellum producere. c. j. de libel. obla. & per glo. in auc. offeratur. C. de lit. contest. Ergo idem in reo dđm vr̃, q̃a à pari procedunt, actor. & reus. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. & in regula, non debet de regu. iur. in vj. Secundo mouetur, q̃a reus in excep. actor dici tur. l. in exceptionibus. ff. de proba. Et ideo sicut in actore libellus debet esse clarus, vt reus deliberare possit, ita ēt ĩ exceptionib⁹. l. j. §. Labeo. ff. de flumini. Et etiā in principio magis fauendū est actori, q̃ reo, vt no. in l. de die. ff. qui satis. cogā. Vnde si actor, cum magis

ADDITIONES.

a ¶Alex. Fallit in modicis. Vide etiam aliter Rom. consi. cccxcvij. Alex. in consil. ccxix. lib. vj.
b [illegible]
c ¶Syl. Aldo. Requiritur. Idem Dec. in c. consuluit. in vj. col. supra de offi. delega.
d ¶Prius. Vide Philip. Deci. in l. qui in alterius. nu. 8. ff. de reg. iur.
e Præsumitur. Idem Feli. hic. & s. de iudi. c. nouit. in fi. vbi etiam Deci. in fi. Hip. de Marsil. in rub. C. de proba. & in l. pater. nu. 43. ff. de quæstioni. Sed non placet.
f ¶Syl. Ald. Dixi. Col. fi. l. fi. vbi vide quia latius & fusius loquiẽ circa hoc argumētū.
g ¶Syl. Al. Tribunali. Idem in c. j. in ij. lec. col. x. de iudi.
h ¶Syl. Aldo. In scriptis. Dec. in prudentiam. §. sexta. col. iij. supra de offi. dele. remit tit se ad dicta hic per eum.

magis fauetur,cogitur dare in scriptis petitionem,idem vr̃ in reo respectu excep. Non ob.tex.in d.§.oportet,quia loquitur de iure antiquo. quo attento ẽt libellus actoris non erat dandus in scriptis.sed hoc statutum fuit in actore per auc.offeratur.Ergo idem dicendũ est in reo,quia ex quo actor, & reus equiparantur,vt dictum est, statutũ in vno habet locum ĩ alio.l.si quis seruo persuaserit.C. de fur. Sed ad ista breuiter rñdetur ꝙ non valet argñ de actore ad reum,qñ est diuersa ratio,prout in casu isto vr̃,q̃a causa rei fauorabilior est l.fauorabiliores.ff.de re.iur.l.Arrianus.ff.de act.& obli.Et in proposito facit tex. in l.nemo.ff.de except.in regula,pluribus de reg.iu. in vj.vbi diuersitas & contrarietas in reo toleratur,dum exceptiones opponit.Secus est in actore,qui omnino repellitur.l.j.C.de fur.Vel secundo dici põt, ꝙ iura nõ equiparãt actorem,& reum.sed dicunt ꝙ nõ licet actori, quod reo nõ permittitur.ita ꝙ actor nõ debet esse melioris cõditionis q̃ reus. Econtra vero multa concedũtur reo, quæ actori denegantur. Et per hoc ẽt respondetur ad illud, quod dr̃ ꝙ reus in except. actor reputaẽ,quia illud verũ est aliquo respectu,nõ aũt absolute.Non ob.ꝙ actori in prin.magis fauet,quia de hoc dicendũ est,vt no.in d.l.de die.ff.qui satis.cog.Et retẽta cõmuni ↄclõne,limitaẽ nõ habere locũ in casu in quo loquitur auct.hanc aũt q̃relam.C.de nõ nu.pe.vbi Bal.hoc dicit,& Bar.in l.j.ff.de excep.& Ange.in l.j.in j.
102 col.in prin.ff.de eden.¶†Secũdo ex gl.colligiẽ s̃m Abb.h̃, ꝙ pro-
103 prie recusatio nõ est excep. † Ex quo infertur ꝙ in materia odiosa appellatio.excep.recusatio nõ contineaẽ.ꝙ notãdũ est propter statuta, quæ imponunt pœnã ↄ excipientẽ.¶Sed aduertendum est ꝙ tex.hic,prout inducitur per gl. & Abb.non vr̃ probare hoc, quia primo nominatur recusatio deinde except.vnde post recusationẽ generaliter de excep.dr̃, vt alie spẽs exceptionũ includerentur. Sed argũ bene procederet,si prius de exceptione in genere mentio facta fuisset, & postea de recusatione. Et ↄ Abb.hic
a tenent Moder.[a] in l.ij.ff. de excep. videlicet ꝙ in statuto quod lo-
104 quitur de exceptione, includatur recusatio, † quia statutũ loquiẽ generaliter.ergo includitur quælibet species exceptionis,vt not. Bal.in l.de quib⁹.circa.fi.ff.de legi.ergo recusatio includit vr̃, quæ exceptio dr̃.l.fi.C.de excep.l.præscriptione.C. si ↄ ius vel vti.pub.
105 Et ad hoc ẽt allego Bal.qui isto modo arguendi vtitur,& dicit † ꝙ species proprie continetur sub genere in l.ij.C.de iure aur.annu. alleg.l.semper.ff.de reg.iur. Et pro ista opi.Mod. bene facit dictũ
106 Spe.in tit.de dila.§.nunc videamus,col.fi.vers.sed nunquid, † vbi dicit ꝙ si datus fuit terminus ad proponendũ oẽs except. dilatorias,post terminũ recusatio opponi nõ potest.Ex quo daẽ intelligi ꝙ sub nomine excep. contineatur recusatio.¶His tñ nõ obstã-
b tibus opi.Abb.[b] sustentabilis vr̃ in terminis,in quibus ipse loquiẽ quia statutũ,ꝙ imponit pœnã opponen.excep.non vr̃ intelligere
107 de recusatione, † quia admodũ graue est coram suspecto iudice litigare.l.apertissimi.C.de iud.c.ij.requiris. de app. Vnde sub ista generalitate recusatio includi non vr̃,arg.l.obligatione generali.
108 ff.de pig.& quia † indefinita nõ ẽquipollet vniuersali, qñ eadem ratio subesse nõ vr̃,vt per Dy.in rub.de reg.iu.in vj.& not.Bart.in l.si pluribus.de lega ij.Immo (quod plus est) non vr̃ ꝙ statutũ illã
109 tollere possit, † quia princeps ipse facultatẽ recusandi tollere nõ põt,vt dicit glo.in c.ad hæc,de rescript. ergo de illa statutũ nõ intelligitur,arg.in c.à nobis.de sen.excõ.¶Nõ obs.ꝙ de proprietate sermonis in generalitate statuti recusatio tanquam species cõprehendatur,quia dici põt ꝙ licet species proprie sub genere cõprehendatur, negari põt ꝙ proprie loq̃edo recusatio dicaẽ species exceptionis,vt Abb.dicit per gl.hic.Preterea,& secundo,dato ꝙ istud esset verũ de vi verborũ & ꝓprietate sermonis: sec⁹ tñ videtur,inspecta mẽte statuti,per supradicta. Non ob.dictũ Spe. quia in terminis,in quibus loquitur,non tollitur recusatio.sed ꝑfigitur terminus omnibus dilatorijs, quod fieri põt. c. pastoralis. de excep.& per glo.hic.Et qui si omnibus excep. terminus imponitur.ergo ẽt recusationi, quia recusatio ante alias opponitur. Et sic in effectu cõsiderandũ est,an eadẽ ratio sit in recusatione,quẽ
110 in alijs exceptionibus videaẽ.¶†In glo.in ver.petitiones, petitio enim fit,quia aliter reus nõ teneẽ respondere,vt not.Bal.post gl. in l.ij.in fi.C.de hær.vel actio.ven.Et per istum tex.vr̃ ꝙ petitio,siue libellus sit de processu.ꝙ verũ est,qñ datur parti. secus si iudici,vt per Bar.in rub.C.de in ius voc.& no. Bal.in l.j.ff.de ĩ ius voc.
111 facit tex.in l.libertus.la.ij.eo.tit.¶†In glo.in ver.interrogationes. ex gl.secundũ Abb.duo colliguntur.Primo,ꝙ proprie loquendo differentia est inter positiones,& interrogationes, q̃a interrogãs non videtur fateri.secus est in eo,qui positiones facit. Quod notandum est pro statutis.Et idẽ Bar.tradit in l.ij.§.quod obseruari. C.de iur.calũ.in in l.j.ff.de interr.act.& not.Pau.de Cast.in consi. ccxcvj. Ad primum quæsitum dicendum est in ij.dubio,vbi nota-
112 biliter dicit † ꝙ statutum,quo cauetur,ꝙ nõ respondens positionibus habeatur pro confesso, non habet locũ in interrogationi-
113 bus.Bene facit quod no.Bal.in l.sicut. in fi.C. de hær. † vbi inquit ꝙ tacens vr̃ confiteri positiones,quia cõtinet cõfessionẽ. secus est in interrogatione, q̃a tacens ad interrogationẽ sibi factã, non vr̃
114 cõfiteri,quia interrogans ipse nõ cõfitetur. † Qñq; tñ ẽt interrogans ↄfiteri vr̃,gl.per illũ tex.in c.fi.xxxj.q.j.facit tex.xxxij.q.vij.ic. q.d in oĩbus.¶Secundo Abb. dicit notãdũ esse, ꝙ rñsio quẽ fit ad libellũ non est proprie cõfessio,quia ponunẽ vt diuersa rñsiones, & cõfessiones.Sed aduertendũ est q̃a uerbum ᶜrñsiones ᶜrespicit verbũ,petitiones, quod immediate precedit, &.dictio illa,cõfessiones, respicit interrogationes, de quibus immediate lo quitur Dictũ tñ Abb.in se verũ est,quia differũt rñsio, quẽ fit libello, & confessio.Clarũ hoc videtur, quia rñsio ẽt se habet ad negationẽ c.j.de lit.conte. sed quando quis rñdendo libello confiteretur,ẽt
115 illa esset proprie confessio.¶†In glo.in verbo, productiones, cõclusio s̃m Abb.est,ꝙ subsistẽte causa,si iudex post conclusionem in causa productionem instrumentorum admittit, probatio valet,quia conclusionem prius factam reuocare videtur.& ita concludit Rota in j.decisi.in tit.de testi.in antiquis.& tenent Anto.de Bu.& Imo.in c.auditis.de ꝑscu.Car.in cle.ij.in ij.col.de testi.& idẽ Abb.in c.cum dilectus. de fi.instr.cum si.vt tradit Alex. in l.quod iussit col.pe.ff.de re.iud.& in cõs.lxx.vr̃.col.ij.lib.iij Et quod Abb. hic dicit de causa, declarandum est vt dictum in c.cum cessante.
116 de appel. ¶†Et quia tractatur hic de productione instrumento-
c rum, opportune quæritur an coram notario productio[c] instrumenti fieri possit Abb.s.in glo.in vers.dilationes circa fin.tenet ꝙ sic,per tex.in l.eos.§.super his.C.de appel.vbi Bar.per illum text. ibi,ad scrinia,quorum interest transmittant. & idem Barto.in l. precipumus.§.in his aũt per illum text.C.de appel.cum si.vt tradunt Mod.hic,in j.qõ.extra gl.& prius Alexã.in l.si finita.§.Iulianus.in xx.col.ff.de dam.infec.¶Contrariũ tñ tenẽt Host. Ant.de But.Imo.& Moder.hic.Primo, quia officiũ notarij est scribere,& non instrumenta recipere. & no.Bald.in l.ij.in princ.C.de eden.
117 † vbi inquit ꝙ notarius non põt recipere aliquam productionẽ, nisi iudex sit præsens.alle.tex.in l.adoptio.C.de adop.& idem late concludit Ange.in d.§.Iulianus.col.ij.quia sicut receptio testiũ debet fieri parte præsente,ita ẽt vr̃ in productione instrumentorum.Et ad hoc ẽt alle.l. properandũ.§. fin aũt reus. ibi, in medio ꝓponantur scripturẽ.C.de iudi.Et quia in tali productione causæ cognitio requiriẽ.l.iudices. C.de fid.instru.ergo præsentia partis,& iudicis requiritur.& in effectu resident Mod.hic. & Alex.in d.§.Iulianus.Non ob.iura quibus Bart.mouetur, quia ibi in §.super his.solum dr̃ ꝙ debẽt instrumenta dimitti apud notariũ,non autem probatur ibi ꝙ debeant coram notario produci. ita dicũt Ang.& Doc. in d.§.Iulianus. & Mod.hic. Sed replicari põt quòd immo tex.vr̃ loqui de ipsa productione, vt colligitur ĩ verbo illo, transmittant.& probaẽ in auc.quæ supplicatio.C.de præci.impe. offe.¶Secundo respondent Ro.& Alex.in d.§.Iulianus.& Mod. hic ꝙ Iura alle.per Bart.loquuntur in actis tendentibus ad introducendum causam appellationis,& non in actis probatorijs,quẽ dicunt fieri corã iudice,quia probationes fiunt iudici.l.quinquaginta.in fi.ff.de prob.Sed ista responsio ẽt non satisfacit, quia nõ videtur ratio diuersitatis inter acta tendentia ad introducẽdum appellationem, & acta probatoria,& potius esset dicẽdũ ꝙ acta, quæ tendunt ad introducendum appellationem,deberent produci coram ipso iudice appellationis, & tamen sufficit ꝙ producantur coram notario.ergo idem est in actis probatorijs. Nõ ob. ꝙ probatio fiat iudici,quia fateor,& verum est, ꝙ instrumentum productum debet exhiberi iudici ad faciendum fidem.sed tamẽ illa prima productio coram notario fieri põt.Tertio Doct.respõdent ꝙ in iuribus prẽallegatis erat notarius specialiter deputatus ad recipiendũ scripturas.Sed hoc non procedit sine diuinatione & ideo opin.Bart.defendi põt. quam etiam reperio ꝙ ipse Ange. sequitur in consi.ccxlix.primo videndũ est col.fi. & vr̃ probari in iuribus alle.per Bar.Non ob.alleg.in ↄrium.& primo ꝙ officium notarij sit scribere, quia verum est principaliter: põt tñ stipulari, vt habetur in c.quãquam.de vsu.in vj.Et sic ẽt dici põt ꝙ possit recipere

ADDITIONES.

a ¶~~Moder. Scilicet ...~~

b ¶Abb. Et bene Vnde ẽt si permittatur iudici vltra procedere non obstante exceptione,& appellatione,tanquam à iudice incompetenti,vt in conseruatore nũdinarum Lugdunẽsium, per edictum latum mense Februarij.1535.publicatum in senatu, in principio Augusti.1535.tamen nõ est ei permissum procedere, nõ obstante, appellatione, tanquam à iudice recusato, & suspecto. Quod limitatur, nisi recusatio sit notorie friuola.

c ¶Productio. Omnis productio fit in manus notarij actoris, quem graffarium vocant, & sic eo ipso corpore fieri debet penes iudicem. & ita vbique obseruatur.

cipere inſtrumentũ, vt probatur in iuribus præalle.& poſtmodũ productionẽ redigere in actis. Non ob.text.in l.adoptio, quia ibi text. loquiṫ de inſtrumẽto principaliter facto de ipſa adoptione, quæ debet fieri in præſentia iudicis. ſecus vṙ in propoſito in productione ſimplici inſtrumẽti prius facti. Nõ obſ.quod dṙ de teſti. quia aliud vṙ in inſtrumẽto, in quo nõ eſt timor ſubornationis, & in tali ꝓductione inſtrumeti nõ agiṫ de præiudicio partis aduerſe. Et per hoc reſpõdetur ad illud, quod vltimo loco dṙ de cognitione cauſæ, quia illa requiritur vbi tractatur principaliter de p̃iudicio partis aduerſe, & in productione inſtrumenti non vṙ tractari de præiudicio aduerſe partis. ſed ſolũ agiṫ, ne pars quę producit inſtrumentũ nõ incurrat aliquod detrimentũ. Et in effectu allegata oĩa in ɔ̃riũ habẽt locũ quo ad effectũ probationis, & iſte effectus nõ hṙ ex ſimplici ꝓductione inſtrumẽti. ¶ In gl. ĩ ver. re-

118 nunciationes, notandũ eſt, ꝙ nõ ſolũ ꝓbationibus, † vt in glo. dṙ ſed oĩbus allegationibus, tam in facto, q̃ in iure, via præcluditur, facta ɔclõne in cauſa, vt Abb. hic dicit poſt Inn. in c.paſtoralis. de cauſa poſ.& proprie. & ſequitur Bal. in l.nec cauſas. in prin. C. de

119 appel. Vnde ſtatim ꝙ † eſt cõcluſum in cauſa, hṙ perinde, ac ſi lata eſſet ſententia, vt Bar. no. dicit in l.ſi mater. §. eandem. in fi. ff. de

120 excep. rei iud. adeo † ꝙ iudex ipſe ẽt ſupplere [a] nõ põt, poſtquam eſt cõcluſum in cauſa, vt no. Bal. qui Spec. refert in l.per hanc. col. ij. in prin. C. de tempo. app. & plura alia ſimilia ad hoc cogerunt

121 Mod. in c.cũ dilectus. in prin. de fi. inſtr. † Et de allegationibus iuris, poſtq̃ eſt cõcluſum in cauſa, an admittantur, tradit Bal. in c.fi. j. eo. & in d.c.paſtoralis. cũ ſi. vt proſequuntur Mod. in d.c.cũ dile-

122 ctus. col. vj. ¶ † In gl. in verſ. negligentiam, notandũ eſt, ſm Abb. ꝙ ẽt in foro conſcientię, quis teneṫ reſarcire damnum quod alicui infert ex dolo, vel culpa [b] eius facit gl. in c.j. de confeſ. in vj. & hoc intelligiṫ, qñ ex dolo, vel culpa lata contingit. ſecus ſi ex leui, vel leuiſſima, vt eſt not. dictum Inn. in c.ſicut dignũ. de homi. ꝙ Abb. hic refert, & ſequiṫ, & idẽ Abb. in c.j. col. pe. đ ɔſti. in c.dilecti. col. iij. de arbi. in c.j. de cuſto. Euch. in c.p̃sbyterũ. đ homi. & hoc pro dicto ſingulari Ro. tradit in ſing. cv. pridie fui interrogatus. ¶ Sed aduertendũ eſt, ꝙ de illo dicto Inn. Abb. dubitaui in c.ſi egreſſus per illum tex. j. de iniur. & in c.fi. in prin. eo. tit. Quia ex quo etiam iura canonica obligant in foro cõtentioſo, dantes damnũ etiam ex culpa leui, vel leuiſſima. d.c.ſi egreſſus. & d.c.fin. hoc etiã videtur habere locum in foro cõſcientię, quia non ſolũ lex canonica.

123 ſed etiam lex ciuilis, † & ſtatuta in foro coſcientię debẽt ſeruari, vt per glo. in c.quæ in eccleſiarum. in gl. j. de cõſti. not. Bald. in c.in omni. col. j. de teſti. Pet. de Anc. in conſi. xxiiij. videretur prima facie. col. ij. vbi allegat Fede. in diſputatione quæ eſt in cõſi. eius. xxj. nunquid hæres, & not. Abb. in ꝓœmio rex pacificus. colũ. ij. s̃. eo. Ad hoc conatur Abb. reſpõdere in d.c.ſi egreſſus, & dicit ꝙ emẽ-

124 datio damni eſt pœna ex parte ſoluentis, † & pœna in foro conſcientiæ non debetur, ſm gl. in c.fraternitas. xij. qõ. ij. in verbo, in augmento. Et hoc modo ſaluatur dictũ Inn. Sed iſta reſponſio nõ ſatisfacit duplici ratione. Prima eſt, quia iſta ratio pariter habere locũ in lata culpa, quia etiam qñ ſoluitur damnũ illatum ex lata culpa ex parte ſoluentis pœna vṙ, & tñ in foro cõſcientię illa peti põt, ſm Inn. ¶ Secundo ratio, quia glo. in d.c.fraternitas. intelligiṫ de pœna ꝓprie ex parte vtriuſq;, vt eſt pœna dupli, vel quadrupli, quæ pro furto imponiṫ, & non habet locũ in pœna ſolum ex parte ſoluentis, vt not. tradit Domi. in c.cõmiſſa. §. fi. de elect. in vj. ¶ Et de veritate dicte gl. ſtatim dicam. Vnde Moder. in c.ſicut dignum. de homi. aliter reſpondent, & dicunt ꝙ illa iura, quæ obligant dantẽ damnum ex culpa leui, vel leuiſſima, fundata ſunt in

125 præſumptione, quæ in foro cõſcientię non attendiṫ, † vt no. Inn. in c.plerique. de immu. eccle. Io. An. & Abb. poſt alios in c.is, qui fidem. de ſpon. Bal. in l.cum quis. col. viij. C. de iu. & facti igno. cũ ſimi. Et ſi dicaṫ ꝙ iſta ratio militaret ẽt in lata culpa, dicunt Mod. in d.c.ſicut dignum, ꝙ in lata culpa, illa præſumptio eſt adeo potens, & indubitata, ꝙ veritati ęquipollet. Et ita ſingulariter limitãdum eſt, quod dictũ eſt de iuribus fundãtibus ſe in præſumptione. Sed iſta dicta ẽt non placent, quia iura, quæ obligant pro culpa leui, vel leuiſſima, non videntur in præſumptione fundari. ſed potius in ipſa veritate, quia loquunṫ de damno dato. l.j. & ij. C. ad l. Aquil. & ff. per totũ. & ſic præſupponitur ꝙ in veritate ſit datum damnum ab illo, qui conuenitur. Præterea, ſi eſſent fundata in p̃ſumptione, non haberent locum in foro cõſcientię, & qñ veritas eſſet in ɔ̃rium, quia forus conſcientię veritatẽ ſequitur, vt Doct. dicunt in locis p̃al. ſed hic non apparet de tali veritate in contrarium. Et ſi veritas in ɔ̃rium apparet, idem dicendum eſſet in lata culpa, ꝙ in foro cõſcientię non teneret, ex quo veritas eſſet in cõtrariũ. Et ſic iſta dicta Mod. ſi recte ɔſiderentur, in nihilum reſol-

126 uuntur. Et ideo † poſtremo dici põt quòd in foro animæ illa iura nõ attenduñt, quia deficit voluntas, q̃ in foro cõſcientiæ cõſiderātur, vt habeṫ. xv. q. j. in c.j. in prin. & per totum. Et talis voluntas in lata culpa eſſe vṙ, cũ ſit dolus p̃ſumptus. l. ꝙ Nerua. ff. depoſi.

127 Non ob. ꝙ ſicut † in foro canonico quis obligaṫ ad emendationẽ damni illati ex culpa leui, vel leuiſſima, d.c.ſi egreſſus. de iniur. ita in foro cõſcientię debet obligari, quia iſta cõſequentia non valet, vt no. Ant. de Bu. per illũ tex. in c.inquiſitioni. in vj. not. de ſen. excõmu. Abb. in c.cũ cãm. col. iiij. đ teſti. facit tex. xvij. q. iiij. in c.quicunque. vbi dṙ aliud iure poli, aliud iure fori. & not. in c. tua nos. de ſpõſa. Bene verũ eſt ꝙ puniri debet pro modo culpe, vt Abb. hic poſt Inn. dicit, & ita intelligiṫ gl. ij. q. v. in c.conſuluiſti. in prin. & de iſto dicto Inn. late ſcribit And. Sic. in c.Raynal. col. cxiiij. de teſta. & hṙ etiã in ſumma Angelica in verbo, in fi. ¶ Et quod. s̃. dictum eſt de foro cõſcientiæ, limitatur ſm Abb. hic nõ habere lo-

128 cum, qñ agitur ad pœnam, † quia illa nõ debeṫ in foro coſcientię ſm gl. illã notabilẽ in c.fraternitas. xij. q. ij. & per illa gl. dicit Bal. in

129 l.poſt deciſionem. C. de fur. † ꝙ fur tantũ tenetur in foro conſciẽtiæ ad reſtitutionem rei, & non ad pœnam. & idem Blad. in l.iubemus. §. ſana. in verſi. ſed nunquid in foro conſcientiæ. C. de ſac. ſanct. eccle. & idem Bald. in l.quibus diebus. §. dominus. in fin. ff. de condi. & demoſt. cum ſimi. vt tradunt Mod. in cap. j. de conſti.

130 † Sed, vt dixi ibi, cõſiderandum eſt quòd ſi pœna commenſurata ſit delicto, prout fieri debet, xxiiij. q. j. c.non afferamus ſtateras. & in c.quæſiuit, de his, quæ fiunt a maio. par. cap. in felicis. §. illud. de penis in vj. & tali caſu videtur, vt delicta puniantur. c.vt famę. de ſenten. excom. ergo etiam in foro cõſcientiæ obligat. vt ſupra

131 dictum eſt. † Facit in c.ius gentium. j. diſt. in verbo ſeruitutes. quę dicit quòd iuſte captus peccat [c] ſi aufugit, & idem gloſ. in cle. pa-

132 ſtoralis. in verbo per violentiam. de re iud. † Et obligatio ex delicto reſpectu pœnę, ẽt eſt de iure naturali, ſm Bar. in l.ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. col. fi. Bonus text. in l.eius qui. ff. de iure fiſ. cum ſi.

133 vt dixi in c.j. de conſti. ¶ † In gl. fi. prima concluſio Abb. eſt, quòd appellatione pendente, non proſumatur pro ſentẽtia, [d] nec pro proceſſu, vt hic, & in c.inter. in fin. à ɔ̃rio ſenſu. j. de re iudi. & q̃a virtus ſententiæ extinguitur, vel ſuſpenditur per appellationem

134 l.j. in fi. ad Turpil. in c.veniẽtes. de iureiur. † & ideo qui habet ꝓbare in cauſa principali, ẽt in cauſa appell. ꝓbare tenetur. vt Abb. hic concludit, & idem Spe. in tit. de ſenten. §. quid autem. colũ. vj. ver. & no. ſecundum quoſdam. Ant. de But. in c.in præſentia. col. ver. ſi quæritur, de renun. vbi rationes adducit, quas Abb. hic ponit. & idem Anto. de But. in cap. cum ad ſedem. circa fi. de re ſpo. cum ſimilib. vt tradunt Moder. hic, & idem Imol. in c.bone. el j. col. pen. de elec. & eſt gloſſ. in c.dilectis. de appella. quam not. ibi Peruſ. circa fin. & idem tenet Abb. in rub. de appel. Et licet ſit iſta communis opin. contrarium [e] tamen voluit Imol. in c.in præſentia. per illum text. de renuntia. vbi dicitur ꝙ ſemper debet p̃ſumi pro iudice, & tamen ſecundum gl. ibi loquitur appellatione pẽdente. Ad idem, & ſecundo Imo. ibi alle. text. in l.ij. C. de offi. ciui. iu. ibi. quod non arbitramur. Vlterius & tertio, hoc idem probaṫ in c.in noſtra. de procu. vbi pendente appellatione præſumitur pro iudicibus, niſi per ipſum appellãtem probetur contrarium. Quarto facit tex. nõ. in l.ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. vbi ſi pupillus in cauſa inoffi. teſtamen. obtineat ſententiam contra hæredem, qui ab ea appellauit, pẽdente appellatione alimenta dantur pupillo, & tamen iſte fauor non attẽditur in cauſa principali. l.qui de inofficioſo. ff. eo. tit. Ex quo datur intelligi ꝙ lata ſententia etiam pendente appell. pro ſententia prę̃ſumatur, & ita per illum tex. dicũt ibi Bal. & Paul. de Caſt. Quinto hoc tenet Bal. per illum tex. in cap. cum ſuper. colũ. j. in text. ibi nihil rationabile. de re iudi. Sexto idem Abb. hoc dicit in capitulo cauſam. quæ per illum tex. de re iudi. in ſecundo not. Septimo videtur tex. in cap. bone. el j. de elec. vbi dicitur, quòd pro iudice præſumitur, & tamen ibi pendebat appellatio. Octauo, & vltimo ff ratione comprobatur, quia pro iudice præſumitur, propter eius qualitatem, quia communiter literati ſunt, vel ſaltem prouidi, & honeſti. c.in noſtra. de procu. c.niſi eſſent. de præben. & in l.j. ff. de offi. præfec. præto. Si ergo ex qualitate perſonę talis præſumptio cauſatur, non debet tolli ex appellatione interpoſita ſimpliciter.

Et ad

ADDITIONES.

a ¶ Supplere falſum. Nec etiam vnquã poteſt præcludi. ab allegationibus iuris Bal. in l.iubemus. C. de iudi. l.vnica. C. de his quæ pe. no.

b ¶ Syl. Ald. Culpa. Hanc omnem materiam tractat Iaſ. inſti. de act. §. ſed iſte. colũ. xvj. vbi vide quæ ego late addidi.

c ¶ Peccat. Vide Deci. s̃. de conſti. c.j. lectu. j. & l.quod à quo q̃. nu. 4. ff. de reg. iur.

d ¶ Syl. Al. Sententia. Vide Deci. qui plura ex his repetit in rub. de appell. colũ. v. in prin. de quo ego addidi ad l.Herenius. in gl. ff. de euic.

e ¶ Contrarium. Idem not. Deci. ſequitur hic. & in rubr. infra de appel. Fely. hic. Alciat. de præſumpt. reg. iij. præſump. ix.

Et ad hoc etiam facit text.in c.sicut de re iudi. vbi propter auctoritatem iudiciariam pro sententia præsumitur, quòd omnia legitime processerint,& Bal.ibi colū.ij.dicit hoc procedere etiā si iudex esset vir pessimus, vel vnus rubaldus,vt verbis eius vtar,quia text.fundatur in auctoritate iudiciaria. Et idē dicēdū est respectu processus,quia militat ratio.s̄.alle. & de processu loquitur in d.c. bone.in d.c.in nostra. & in d.c.sicut.¶Non obs.allegat in ꝯrium. Et primo tex.hic, dum dicit, nec pro ipsius processu p̄sumit̄, nisi quatenus, &c.quia ista verba referuntur ad istam constitutionē, & est sensus nisi quatenus in actis scriptū reperitur,nō præsumitur pro processu, quia per inspectionem actorum negatiua probatur,& propter probationē ꝯriam excluditur præsumptio quæ erat pro processu & ita text. hic intelligitur. Et ad hoc bene facit tex.in c.j.de lit.contest.vbi Ant. de But.in v.no.per illum tex.hoc

135 dicit. † Et ideo si apparet in actis ꝙ citatio non interuenit, nō p̄sumitur pro sentētia,vt no.Abb. in c.cum inter R.col.iij.de elect. vbi alleg.Bal.in l.fin.C.de leg.Sed quando acta non exhibentur, & sentetia lata apparet simpliciter,præsumendū est pro ꝓcessu, per ea,quæ s̄.picta sunt.Non ob.tex.in d.c.cum inter.quia ibi argumentū à contrario sensu non bene sumitur respectu rei iudicate,quia ibi dicta separata sunt,& in fine simpliciter dicit̄ ꝙ sententia præsumitur rite per omnia celebrata, & ideo generaliter intelligitur. Et licet s̄. loquatur de sententia quæ transiuit in rem iudicatam,non per hoc restringitur illud dictū quod inferius ponitur,per ea,quæ superius dicta sunt.Nō obs.ꝙ appellatio suspēdit,vel extinguit sententiā, quia illud verum est respectu executionis, quia appellatione pēdente nihil innouandum est.sed per hoc non tollitur præsumptio,quæ insurgit pro sententia, & ꝓ iudice,per s̄.dicta. Vltimo nō obs.ꝙ in causa appellationis idē probare debet,qui in causa principali tenebatur,q̄a ꝑ hoc non tollitur,quin præsumatur pro sentētia,licet onus probandi in aduersarium non transferatur, vt no.Bal.dicit in d.c.bonę col.ij.in tex. ibi,præsumitur.de elect. vbi inquit ꝙ illa præsumptio de qua ibi, non releuat ab onere probandi. Vel secundo illud intelligitur, quando non fuit probatum in causa principali. nam illa pręsumptio sola non habet fundare intētionem actoris. sed si facte sunt probationes, acta in dubio debent interpretari pro sententia, vt no.Bald.in c.causam quæ de re iudi.alleg.cap.in præsentia.de re-

136 nuntiatio.¶†Secundo Abb.concludit quòd pendente tempore ad appellandum præsumitur pro sententia, sed non pro processu. Sed retenta prima conclusione supra firmata contra Abba. quòd etiam pendente appellatione præsumatur pro sententia, & processu, à fortiori idem dicendum est pendēte tempore appellandi.Non obstāt rationes Abb.quia ad tex.hic,& in d.c.cum inter respōsum fuit. Non ob.rō quam Abb.hic adducit, dum inquit,ꝙ cū in ꝓcessu requirat̄ scriptura, vt probat̄ hic,nisi scriptura producat̄,non præsumitur,quia vbi scriptura requirit̄, nō pręsumitur ꝙ interuenerit,vt per Inn.ī c.innotuit.de eo qui fur.ordi. rece.vt latius per eum hic, & posteriores sequuntur. nam respōderi pōt ꝙ in illis casibus, in quibus loquitur Inno. non erat alia præsumptio,quę suppleret defectū scripture.sed hic apparet sententia,pro qua præsumitur, & illa præsumptio sententiæ facit,vt præsumatur ꝙ ēt scriptura requisita interuenerit.Et istud confirmat̄,quia attenta ratione Abb.idem esset dicendum,qn̄ sententia transiuisset in rem iudicatam. quo casu tn̄ Abb.inferius, & ēt Doc. cōmuniter tenent ꝙ tunc p̄sumatur pro sentētia, & ꝓ processu.Vel ēt dici pōt ꝙ ratio Abb.vr̄ habere locū ī scriptura, quæ in ipso actu pro substantia requiritur. secus si ad faciliorē probationem iuxta.l.ꝯhitur.ff.de pig. & ita in casu isto vr̄, quia scriptura,de qua hic,requiritur post actum,ad faciliorem probationem.

137 ¶†Tertia cōclusio Abb. ꝙ qn̄ sententia trāsit in rem iudicatam pro sententia pręsumitur respectu iustitię,& processus.Et in rem

138 indi.transire dicit̄, † qn̄ non fuit appellatū,& lapsum est tempus appellandi,[a] vt per gl.in c.non solum.innouata.de appella.in vj. no.Abb.in rub.de re iudi.Bar.in rub.C.eo.tit.de re iudi.Signo.in cōsi.xxvj.in q.& Rom.in consi.cccxxxiiij. circa primum.colū.ij.Et istam cōclusionem ꝙ absolute præsumat̄ pro sententia, quæ trāsiuit in rem iudicatā, Inn.tradit in c.bone.de elect. & idem Abb. in d.c.sicut.col.j.in fi.per illum tex.de re iudi. & no.Bald.in l.rem non nouam.C.de iud.cum si.vt tradit Alex.in cons.xxij.viso processu.in ij.lib. & idem Abb. in consi.lxxiij.videt̄ primo.col.ij.lib.j. Ro.in d.cōs.cccxxxiiij. circa primum.Sign.in cons.lxxxvij.factum sic proponitur.circa fi.Cuma.in cōsi.vij. visis in fi.Fede.in cōsi.lix.

139 credo.in fi.& And.Sicu.in cōsi.xviij.col.vj.lib.j. † Et hoc maxime haberet locū in sententia antiqua, vt Alexan.scribit in consi.xxx. lib.v.quod declaratur,vt per And.Sic.in consi.xlvj.cart.pen.lib.j. Et in ista conclusione aduertēdum est,quòd ista pręsumptio quę

140 ex re iudi.insurgit,excedit terminos simplicis p̄sumptionis, † q̄a adeo confirmat sententiam, ꝙ contrarium probari non potest.c. cum inter de re iudi.c.cum dilecti.in fi.de elec. & not.Ful.in cōsi. clxvj.in q.quæ in vertitur,ad fin.& Ro.in cōsi.cccxxxiiij.s̄.alleg.Et hoc,quod dictum est de re iudi.sane intelligitur,quando sentētia valet.secus si sententia esset nulla, quia non transit in rem iud.vt in pluribus casibus impertinenter Abb.hic prosequitur. qui hoc

141 modo adaptari possunt.¶†Primus est, qn̄ error contra ius scriptum expressus est in sentētia, quia tunc Abb. dicit ꝙ pro sentētia nō p̄sumitur, īmo ꝯstat ꝙ sit nulla. c.j.de re iu.l.ij.C.qn̄ prouo. nō est neces.cum si.Et iste primus casus intelligit̄,qn̄ sententia est

142 lata ꝯ casum legis. † vnde licet esset simile, & eadē ratio videret̄, nō esset casus legis,vt inquit Cy. in l.j.in pen.q.C.de legi.& sic vr̄

143 ꝙ sentētia lata ꝯ legem non loquentē in terminis † sed in simili, nō sit nulla.& ita no. Bal.in l.ij.col.ij.vers.adde ꝙ licet.C.qn̄ ꝓuo. nō est neces.Abb.in c.j.col.iiij.de re.iud.& vt tradunt Mod.ibi,& Alex.in l.qui Romę.§.duo fratres.col.xxxviij.de ver.ob.Et ad hoc facit,quia nullum simile est idem,in l.quod Nerua.ff.deposi.& ꝙ not.Bal.in l.ij.col.pe.ff.de pat. qui fil.distra. vbi inquit ꝙ argumē-

144 tum a simili nō † habet locū, si statutum dicat ꝙ verba intelligā-

145 tur ad literā.de quo dixi in c.translato. de cōsti. † Similiter ex dicto Cy.inferri videt̄, ꝙ sentētia lata ꝯ rationē legis nō sit nulla, ꝙ videt̄ habere locū, vbi a paritate rationis ꝓcedit̄ per viā extēsionis,prout loquit̄ in ar.à simili. & no. Abb.in c.cū speciali.in prin.

146 col.ij.in ver.& no.bene hoc dictum.j.de appel. † Secus si esset ratio expressa in lege, quia tunc sententia esset nulla,[b] vt Abb.cōcludit post Ant.de But.in d.c.j.col.iiij. cum si.vt tradunt Mod. ibi

147 in prin.ad quod facit, † quia vbi ratio est expressa in lege nō dicitur fieri extensio,vt per gl.in c.j.de tēpo.ordi.in vj.in c.si postquā. in verbo,mente.de elec.in vj.& in cle.j.de elec.& no.Bal.in l.si q̄s seruo.col.ij.C.de fur.& pulchre.declarat Paul.[c] de Cast.in consi. cccxxxiij. præsens casus.col.ij. Vnde sicut statutū disponit in his, in quibus expresse loquit̄.ita ratio statuti pariter dispositionē inducit,vt no.Bal.in c.dilectus.colū.j.de rescri.cum si.vt dixi in c.ij. requiris.de appel.& no.ēt Bal.in auc.quas actiones.C. de sa.san. eccle.per l.his solis.C.de reuo.dona. Et poni pōt exemplū, quia sicut nulla est sententia,in qua dicit̄,pupillū potuisse testari.d.l.ij. C.qn̄ prouo.eodē modo vr̄ ꝙ esset nullaa, si dicatur pupillū habere iudiciū,& intellectum,ꝯ rationem,q̄ expresse ponitur in §. præterea.insti.qui non est permis.fac.testa.Et secundū s̄.dicta re-

AD nostram. ¶ Decretalis ista summatur s̃m Abba. hoc modo. Si probari potest reum deliquisse, eius probatio ꝙ non deliquerit, non est admittenda. 1 † Sed istud summarium est nimis generale, quia reus potest probare negatiuam, non obstante legitima probatione ꝯ eum facta. c. ex tenore. de testib. & per glos. in cap. clerici. lxxxj. dist. Vnde melius summari sic potest. Si legitime probari potest reum deliquisse, non valet consuetudo ꝙ ad liberandum 2 eum aliqualis purgatio admittatur. ¶ † Primo, per illum textum hic, dicit Bal. in l. fi. col. fi. C. de proba. ꝙ si constat de crimine per testes legitimos, negatiua probatio non admittitur. Et istud dictum est verũ in terminis in quibus loquitur ista decretalis, quã Bal. adducit. Sed absolute dictum Bal. non est verum, prout verba sonant, quia reus reprobare potest negationem, non obstãte legitima probatione contra eum facta. vt not. in c. ex tenore. j. de 3 testib. & per glo. in d. c. clerici. lxxxj. distin. ¶ † Secundo per istum text. infert. Pet. de Peru. hic, & referunt Mod. non valere consuetudinem ꝙ testis non teneatur causam dicti sui reddere. pro quo Moder. allegant dictum Bal. in l. si non speciali. circa finem. C. de testa. vbi inquit non valere statutum ꝙ credatur testibus malam 4 rationem allegantibus. † Sed aduertendum est, quia aliud est ꝙ non credatur, quando mala ratio allegatur, prout Bald. loquitur. aliud est qñ nulla ratio reddatur, prout loquitur Pe. de Peru. Nã primo casu valde absurdum videtur, ꝙ credatur testi malam rationem reddenti. ideo non valet statutum, vt Bald. dicit, & bene in d. l. si non speciali. & idem Bald. in l. solam. in fi. C. de testib. vbi 5 dicit, † ꝙ licet iudex plenum habeat arbitrium, non potest credere testi alleganti malam. & no. Alex. in cõs. iij. col. iiij. lib. ij. & di- 6 xi in c. j. de appell. † Secus videtur in secundo casu, qñ nulla ratio allegatur, prout loquitur Pet. de Peru. quia dictum testis non ita inficitur. & ideo videtur valere statutum contra Petrũ de Peru. & Mod. hic. Et ad hoc facit, quia valet dictum testis, licet nulla ratio allegetur, vt per glo. & Bar. in l. solam. C. de testib. Innoc. & doct. in c. cum causam. j. de testi. & tñ si mala ratio allegetur, eius 7 dictum destruitur. † Idem est in iudice, qui nullam rationem tenetur exprimere in sententia. c. sicut. de re iud. & tñ si exprimat, & inepta sententia sit, vitiatur. vt not. Innoc. in c. in præsentia. de renunc. Et ratio manifesta vr̃, quia qñ nulla rõ exprimitur, p̃sumptio est pro ipsis testibus, ꝙ iusta causa, & ratione moueãtur. sed qñ mala causa exprimitur, illa præsumptio tollitur, quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obli. Et ita in simili casu ais consului interpretando statutum Floren. vt habetur in consi. xxxvij. Dictum tamen Pet. de Peru. saluari põt in casibus, in quibus testes etiam non interrogati rationem tenentur adducere. de quibus habetur in d. c. cum causam. ¶ Not. 8 primo ibi, legi regni innitentes. † ꝙ statutum laicorũ, si aliàs iustũ fuisset, etiam inter clericos locũ habuisset. Et ita à contrario sensu vr̃ probari, s̃m Ant. de But. Quod vt Abb. hic dicit, est ꝯ tex. in c. ecclesia S. Mariæ. de consti. & bene. quia non solum iusta cã. sed etiam potestas statuendi requiritur, vt ibi dictum fuit. Et iõ s̃m Innoc. hic, tex. intelligi potest, ꝙ esset statutum cõe, vel cõis consuetudo clericorum, & laicorũ, vt in simili hr̃ in c. iij. de eo q. mit. in pos. in c. cum te. de re iudi. cum si. Et hoc satis consonat, quia solum hic dubitatur de irrationabilitate. ergo vr̃ præsupponendum ꝙ respectu potestatis valeret statutum, quia qñ de vno defectu quæritur, præsupponitur ꝙ alio respectu habilitas cõcurrat. l. qui testamentis. C. de testi. c. j. de æta. & qualit. Ipse vero d. Abb. aliter intelligebat tex. hic, videlicet ꝙ ideo clerici statuto vterent, quia statutum erat fauorabile. quo casu etiam clerici vtuntur fauorabilibus statutis laicorum. vt not. in c. ꝙ clericis. de for. comp. Sed hoc rebrobat Are. dicens ꝙ ratio Abb. procederet, si solum clericus ipse contra laicos tali statuto vel cõsuetudine vti posset, sed cum etiam haberet locũ in clerico accusante, tunc esset in præiudicium eius. & ita absolute non videtur verum ꝙ talis consuetudo esset fauorabilis. Saluãdo tamen quod Abb. dicit, respõderi potest ꝙ ratio principalis statuti vel consuetudinis fuit fauorabilis, vt reus liberetur. & ab ista ratione principali talis dispositio simpliciter fauorabilis iudicatur. arg. l. si quis nec causam. ff. si certum peta. sicut in proposito doctores tradunt in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. vbi Abb. post alios dicit quòd iura ciuilia, quæ loquuntur de contractibus, habent locum in cleri-

cis

9 cis,†quia reputãtur fauorabilia ab intentione principali.non obstante ꝙ quãdoq; ẽt ipsis clericis videantur præiudiciũ inferre.Et idem Pet.de Anch.in c.j.in iiij.car.ver. circa tamẽ illã doctrinam. de consti.Præterea, licet clerici tali statuto vterentur in fauorem ipsorum, non tñ videtur ꝙ in alio casu tale statutũ deberet cõtra eos seruari,per ea,quæ dicta sunt in c.ecclesia.S.Mariæ de consti. Postremo Aret.dicebat quòd ideo hoc statutum etiam habebat locum inter clericos, quia respiciebat facultatem probandi.quo casu ligantur clerici litigantes in foro seculari. Quasi velit quòd tale statutum respiciat ordinem procedendi.& Mod.hic sequũtur. Sed non videtur verum, quia in hoc tale statutum quod respiciebat liberationẽ, videtur decisoria [a] respicere. † & quia sta-

10 tutum in quo agitur de probatione faciẽda,respicit decisoria,q̃a actore nõ probante,reus absoluitur.l.qui accusare.C. de eden.&

11 no.Bar.in l.ictus fustium.ff.de his, qui not.infa. † Et ideo tale statutum non haberet locum in clericis litigantibus in foro seculari,vt ipse Are.tradit in d.c.clericis.& dixi in d.c.ecclesia.S.Mariæ. de consti. Et etiam hic causa videtur ꝙ agitaretur in foro ecclesia stico, quia clerici erant rei.c. cum sit generale.j.de for.compet.& no.Abb.hic in primo no.Vnde quantum ad tex.hic finaliter placet quod dicit Io.de Imo.comprobãdo,vt s.dixi, & dictum Abb.

12 saluari põt, vt dictum fuit.¶†Secundo not. ꝙ licet contra bonos mores pestis appellatur, vt Abb.hic dicit,& cõsiderãdũ est,quòd

13 cõsuetudo ista, pestis dicitur, † quia sicut per contagionẽ pestis alios inficit,sic talis cõsuetudo,quę pręstat occasionẽ delinquẽdi, alios vr̃ inficere,quia facilitas venię incentiuũ tribuit delinquẽdi c.est iniusta.xxiij.q.iiij.in fi.& xxxv.q.ix. in c.loci.in c.vt clericorũ. in prin.de vi.& ho.cle.in l.j.in prin.ff.nau.ca.sta.in l.conuenire.ff.

14 de pac. † Et ideo non valet statutum, per quod pœna futuri delicti remittatur,vt no.Sal.post Marsi.in l.castitatis.col.j.C.de adul.

15 †Et propter hoc statutum,quod pœnã remittit, nõ habet locum in casibus futuris, vt not.Bar.in l.cum lex.ff.de legi.cum si.vt dixi

16 in c.ij.de consti.¶†Tertio no. ꝙ purgatio per iuramẽtũ subsidiaria est, & existentibus probationibus legitimis non admittitur.c. accedens.de accu.cum si.vt Abb.hic tradit, & ad idem est text.in c.nos inter.ibi,accusatore,& testibus deficientibus.& ibi Abb.de purg.cano. & in c.ij.vbi Abb.in c.moniales. & in c.cum dilectus. in fi.c.ex tuarum.eo.tit.& quod ibi Abb.& no.Hostiẽ.in summa, de purg.cano.in §.quando.& de modo procedendi no.Abb.in c. inter solicitudines.in glo.j.de purg.cano.& quod dicitur in dictis iuribus ampliatur hic,adeo ꝙ statutum,vel consuetudo in cõtrarium non valet.Et in hoc iste tex.est not.& sing.¶In gl.ij.in fi.ibi, bonę famę.sentit gl.ꝙ si purgatores fuissent bonę famę,ista cõsuetudo valuisset.Sed Abb. post alios hic, dicit hoc non esse verum, quia est contra tex.hic in verbo, mandamus vbi, secundũ eũ,generaliter dicitur, quòd quandiu probari potest affirmatiua, non debet quis admitti ad probandũ negatiuam.s. per modum purgationis. nam ista ratio militat,dato ꝙ purgatores essent bonę famę.Et facit, quia talis purgatio solum in subsidium admittitur.c. nos inter.d' purg.cano.cum si.allegat.s.in vlt.no.Ergo dato quòd purgatore.sint bone famę, non debent admitti, si affirmatiua legitime probari potest.Et ita opin.Abb.confirmari videtur,quam Doc.posteriores sequuntur.Sed tamen considerandum vlterius dictum gl.defendi potest referendo dictũ eius ad consuetudinẽ, de qua tex.hic loquitur, quia tex. hic dum reprobat consuetudinem localẽ,loquitur duobus concurrentibus, videlicet, qñ affir-

17 matiua legitime probari poterat, †& quando purgatio quoquo modo admittebaт̃ sic per viles, & criminosos, vt glo.dicit per illa verba prægnantia,quoquomodo. Facit text.in c.si perfodiens.de homi.ibi,quoquo modo.& in c.si canonici. i prin.de offi.or.in vj. in c.vt inquisitionis.§.prohibemus.de hære.in vj.& in cle.cum ex eo.de sen.excom.& in l.j.ff.de testa.mili.& in l.j.ff.de pac.dot.& in l.his solis.& ibi gl.in ver.quoquo modo.ff.de condi.inde.Si ergo purgatores essent bonę famę tex.iste nõ loquitur,quia tali casu non erat consuetudo, & isto respectu gl.bene dicit. Nec obst. tex.hic,in ver.mandamus, quem Abb.cõtra gl.inducit, quia aduertendum est ad text.qui non loquitur simpliciter,vt Abb.dicit sed refert se ad præcedentia,vt colligitur ibi,si in huiusmodi probatione negatiuę.& sic loquitur de probatione negatiua.s.dicta, quæ fieri poterat quoquo modo.Et ita fundamẽtũ Abb. tollitur. Non ob.iura,quæ volunt ꝙ purgatio non admittatur,si delictum legitime probari potest, quia hoc est verum de iure cõmuni. sed non negant illa iura,quin valeat statutum in contrarium. Et in h̃ etiam nõ recte loquitur Abb.dum dicit ꝙ illud verbum,quoquo modo ponitur ad maiorem detestationem, quia immo ponitur cum ministerio,quia ita se habebat cõsuetudo,ꝙ posset fieri purgatio,etiam legitime,quando delictum probari potest,quia pręstaretur occasio delinquẽdi, per ea,quæ dicta sunt supra.in ij.no. sed non probatur dictum Abb.per istum tex.hic per supra dicta. ¶In gl.ij.ratio,quæ in fi.assignatur,non procedit, quia illa attenta,nũquam purgatio canonica haberet locum. Et circa istam gl. Abb. primo dicit ꝙ solum videtur probare ꝙ talis cõsuetudo est contraria iuri positiuo, & non omni iuri, pro⁻t tex.dicit.ideo,secundũ eum melius declarat̃.Primo ꝙ esset contraria iuri diuino, quo cauetur ꝙ in ore duorũ,vel trium.c.in omni de test.Sed posset responderi, ꝙ illa auctoritas iuri diuini videtur habere locum quando fuit facta probatio. sed in casu nostro agitur ꝙ purgatio ante factam probationem admittatur.quo casu facilius impeditur fieri probatio,quàm si facta sit,tollatur.arg.l.parte furio.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.Præterea in pluribus casibus derogatur iuri diuino, in tali casu. vnde propter hoc non bene infertur quòd non valeret consuetudo.Secundo Abb.dicit hic quòd erat contraria iuri naturali,quia iste, qui se purgabat, erat testis in facto proprio. Sed nec ista ratio satisfacit, quia illa attenta, purgatio nunquam haberet locum,quia semper purgans se videtur in proprio facto testificari. Et ideo breuiter tex. declarari potest,dicendo quòd ista consuetudo erat omni iuri contraria, quia præstabat occasionem delinquendi, quod videtur omni iure prohibitum,per ea,quæ dixi in ij.no. Vel hoc dictum fuit ad maiorem exaggerationem.¶Extra glo.vltimo notandum est,ꝙ isti clerici, & præsbyteri purgabant se adinuicem, vt sentit gloss.j. hic. vnde vnus purgatus,naturali obligatione ad antidora tenebatur reddere vices purgatoribus suis,vt dicit Vincen.hic,quem refert Io. and.Ant.de But.Cardi.Imo. & Moder. & Do.post Arch.i..q.v.in c.Mennam. Et ad hoc bene facit, quia isti purgatores voluntarij sunt,& inuiti non compelluntur,vt no.Abb.in cap.cum dilectus.

18 & in c.inter de purg.can. † Dictum tamen Doct. in locis prȧlle. quòd ista naturalis obligatio, ad antidora, non est potens ad cõpensationem debiti, sicut est illa naturalis, quæ ex pacto oritur.l. etiam.ff.de compensa.& not.Ange.in auctẽ. de non eligendo in

19 princ. † Sic etiam talis obligatio ad antidora, non impedit repetitionem soluti, vt per glo.in l.ex hoc iure. in gloss.pen.ff.de iusti. & iur.De quo tamen dicendum est,vt per Bar.ibi,in vlt.car.& in l.si non sortem.§.libertis.colum.iij.ff.d' condi.inde.& in l.si testa-

20 mento.§.j.ff.de fideius.† Sic etiam ista obligatio ad antidora,non est in consideratione, vt quis propter illam dicatur esse locupletior.l.sed & si lege.§.consuluit. de pe.he.Similiter interesse huius

21 obligationis ad antidora,non facit quòd † stipulatio facta valeat.

22 vt not.Ange.per illum text. in l.quod dictum.ff. de pact. † Operatur tamen ista obligatio ad antidora, notabilem effectum, q̃a conferens beneficium illi, cui erat obligatus ad antidora, vt ab illa obligatione liberetur,simoniam committit, vt not.Inno.in c. tuam,de ęta.& qual.quia secundum eum, paria sunt, remittere, vel dare.viij.q.iij.c.talia.c.veniẽs.de testi.l.quin etiam.ff.de calũ. l.si quis obligatione.ff.de reg.iur.& hoc sequitur Anto.de But.in d.c.tuam.col.ij. & Mod. & idem Ang. in l.sed & si lege.§.cõsuluit ff.de pen. hær. vbi inquit, ꝙ in tali simonia communiter inuoluti sunt Card.in contrarium tamen videtur glos. in c.cum essent.de simo.& Io.de ana.ibi,in fin.hoc videtur tenere. Et pro concordia distingui potest, quòd aut hic exprimitur quòd talis collatio facta sit ex causa remunerationis, vt tollatur illa obligatio ad antidora,& simonia committur.& tali casu dictum Innocẽ.procedit aut collatio facta fuit simpliciter.& tunc quia talis obligatio non habet necessitatem, & in illa non verificatur diffinitio obligationis,vt no.Bal.in d.l.sed & si lege.§.consuluit. isto casu non vide-

23 tur † quòd simonia committatur, cum licita sit remuneratio etiã ab ecclesia,vt per gloss.in d.cap.cum essent. & in cap.ecclesiasticis.xij.q.ij.facit tex. in cap.cum in officijs. de testa. Et quia sufficit quòd hoc non deducatur in pactum, vt per gloss.in cap. vnico.in gloss.pen.in fin.de cle.non resid.in vj.& in c.ex parte.el.j.de offic. deleg.Non obst.ratio Inno. quia locum habet, quando remittitur illud ad quod tenebatur quis efficaciter, vt patet in iuribus.s. alleg. secus videtur in isto casu, in quo obligatio ista ad antidora

24 non astringit,vt dictum est.†Alios etiam complures effectus ista obligatio ad antidora producit, vt no.ange.in d.§.consuluit.and. Sicu.in dicto capitu. cum in officijs. & late congerunt Moder.in in dicta l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indebi. quibus omnibus adde quod not. ange.&

25 Salyc.in l.& si ad te.C.de fal. † vbi post Petr. & Cyn.concludunt quòd donator dato quòd de euictione non teneatur,tamen non potest in rebus donatis pro donatario testificari. [b] quia videtur habere obligationem ad antidora, qua donatarius sibi obligatur.

ADDITIONES.

a ¶Decisoria. Supra eod.cap.ij.

b ¶Testificari. Pan.l.si sub vna.§.j.de ver.ob.Austre.trac.de repro.testi.ver.donato.

SVMMARIVM.

1 *Libris antiquis creditur in probandis finibus diœceſis.*
2 *Verba enunciatiua probant fines, intelligitur antiquos.nu.6.& 9.*
3 *Fines probantur per ſemiplenam probationem.*
4 *Iudex non debet applicare animum ad vnam ſpeciem probationis*
5 *Finium cauſa, an & quando dicatur modici præiudicij.*
7 *Fines probantur teſtibus.*
8 *Antiqua per teſtes de auditu probantur.*
10 *Antiqua breuiores probationes exigunt.*
11 *Fines antiqui breuiores probationes exigunt.*
12 *Libri, & ſcripturæ antiquæ non probant in præiudicium tertij, niſi agatur de leui præiudicio.nume.15.*
13 *Liber æſtimi non probat damnum.*
14 *Liber gabellæ non probat contractum.*
16 *Fines non probantur per inſtrumenta priuatorum.*
17 *Poſſeſſorij cauſa ſemiplena probatione contenta eſt.*
18 *Libri antiqui faciunt præſumptionem.*
19 *Scripturæ antiquæ faciunt ſemiplenam.*
20 *Libris quibus ab antiquo fides præſtita eſt, probant.*
21 *Libri authorum antiquorum an poſſint pro lege allegari.*
22 *Libri reſeruati in loco in quo ſcripturæ tm̃ auctenticæ reponuntur, fidẽ faciũt.*
23 *Liber cenſualis probat.*
24 *Scripturæ officialium de publico deputatorũ fidem faciũt inter eos, inter quos facta eſt ſcriptura.nume.25.*
26 *L.optimam.C.de contrab.& commi.ſtipu.qualiter intelligatur.*
27 *Verba inſtrumenti nuntiatiuè, & narratiuè facientes mentiones de finibus ꝓbat inter eoſdem quo ad actum qui geritur.*
28 *Libris de conſuetudine fides adhiberi poteſt.*
29 *Probationes plures imperfectæ diuerſæ ſpeciei tendentes ad vnum finem coniunguntur, & plene probant.limita in criminalibus.nu.32.*
30 *Probationes imperfectæ probant in his, quæ de facili probari poſſunt niſi etiã eſſent inperfectæ in ſua ſpecie.nu.31.*
33 *Probationes inperfectæ tendentes ad diuerſa, non coniunguntur.*
34 *Teſtis vnus de veritate mutui, alter de confeſſione, non probant.*
35 *Confeſſio præter quàm in cauſa mutui, probat veram numerationem.*
36 *Poſſeſſor tueri debet in ſua poſſeſſione.*

CVm cauſam. ¶ † Primo, not. ꝙ libris[a] antiquis creditur in probandis finibus diœceſis, vel parochię, & ita Abb. hic primo dicit.& ratio eſt, ſecundũ eum, q̃a agitur de modico præiudicio. Hinc eſt, ꝙ ẽt † probãtur ꝑ verba enuntiatiua, vt eſt glo.in c.cũ olim.in ver.inſtrumẽtis.& ibi Abb.de cenſi. Ad idẽ gl.in c.ſi papa.in verſ. probata.de priuile.in vj. † Et ideo in probandis finibus, ſemiplena probatio ſufficit, vt no. Cald.dicit in cle.j.in iij.oppo.de proba. Sed tñ aduertendũ eſt, quia hoc notabile Abb.hic nõ vr̃ bene ꝓbari hic, per tex. qui copulatiue loquitur, ibi, nec non & teſtes, & famam, &c.vñ vr̃ velle ꝙ ex his omnibus iudex habeat motũ animi ſui informare.& non præciſe dr̃ ꝙ per libros antiquos hoc ꝓbetur, & hoc ipſe Abb.ſentit in vlti.no. dum inquit, ꝙ hic plures diuerſe ſpecies probationes coniunguntur. Ergo datur intelligi ꝙ per libros antiquos ſimpliciter hoc non probet̃. † Et ꝙ hic dr̃, procedit in qualibet cauſa, quia iudex nõ ad vnam ſpẽm probationis animũ applicare debet.c. in præſen. de renun.l.iij.§.j.ff.de teſti. † Et nõ vr̃ verum ſimpliciter, ꝙ in finibus agatur đ leui prę-iudicio, q̃a agitur de dominio.l.iij.C.fi.reg.l.arbor.in prin.ff.com. diui.facit ꝙ no.Bar.in l.damni infe.quidã.§.cũ parietẽ.ff. de dam. infe.de quo inferius videbimus. † Similiter non eſt verũ, ꝙ fines diœceſis probent̃ per verba enuntiatiua.nam hoc ſolũ habet locum in finibus antiquis. prout gl.in d.c.cũ olim.intelligit, vt not. Pet.de Anch.in cle.j.de prob.quẽ refert, & ſequitur Are.in conſ. xlij. viſo cõſi.aliàs eſt ſecus, vt per gl.in l.prædijs.§.Titio.de leg.iij. & ibi Bar.& in l.cum aliquis.C.de iu.delib.cũ ſi.vt tradit ibi Alex. & de hoc inferius dicam.¶ †Secundo no. ꝙ fines probantur teſtibus, & ſm̃ Abb.intelligitur de teſtibus deponentibus de auditu, vt patet per illa verba, per libros antiquos, & famam. † Et quia ea, quæ ſunt de antiquo, quorum memoria non habet̃ in ꝯrium, probant̃ per teſtes de auditu, vt per Inno. & Doc.in c.veniens.de verb.ſig.cum ſi.vt latius Abb. hic deducit. Sed conſiderandũ eſt, ꝙ illud, quod Abb.dicit, bene procederet, ſi tex.hic de finibus antiquis loqueretur, ꝑut Abb.præſupponit. Sed cũ ſimpliciter tex. loquatur de finibus, prout loquitur, ſimpliciter intelligit̃, & non eſt dicẽdum ꝙ per teſtes de auditu probent̃, vel per ſolam famã. Et quia tex.hic, vt ſ̃.dixi, copulatiue loquitur, per famã, & teſtes, ergo nõ videt̃ loqui de finibus antiquis, in quibus ſola fama ſufficeret, & licet tex.dicat đ libris antiquis, illud eſt propter maiorem fidem, quæ libris antiquis tribuit̃. ſed de teſtibus loquit̃ ſimpliciter, & ideo intelligi debet de teſtibus, de veritate, q̃ ſoli ſufficerent. Sed ſi itegri nõ eſſent, ſuppleri põt per famã. Et iſto modo tex.intelligit̃. Et ſimili modo loquendi vtit̃ tex. in c.j.de appel. in c.in noſtra.de renun. Dictum tñ Abb. in iſto.ij.no.in ſe verũ eſt in finibus antiquis, prout ipſe loquit̃, quia probatio finium antiquorum † fit ẽt per verba enunciatiua inſtrumentorũ, vt no. Bal. in l.cũ aliquis.C.de iu.delib.col.j.col.j.ver. item ꝙ dicit gl.cum ſi. vt tradit ibi Alex.& idem Alex. in cõſi.xij.viſo proceſſu.col.fi.lib. iiij.& Are.in cõſ.xlij.ſ̃.alle. & Cor.Peru. ĩ cõſi.clxxj.vr̃ lib.j.& dixi in cõſi.xlij.& Et nõ mirum, † quia in antiquis leuiores ꝓbationes admittunt̃, vt ꝑ Inn.in d.c.veniens de ver.ſi.cũ ſi. vt dixi in c.j.de appel.col.iiij.ver. ſeptimus caſus. † Et de finibus antiquis no.Bal. in l.conuenticu.colũ.pe.vt ex his infero.C.de epiſ.& cle.& tradit Sozi.in cõſi.clxvj.in cauſa cõmunitatis.col.j.& in cõſi.cxciiij.ſubtiliter.col.fi.& in cõſi.cclxvj.in cauſa, quæ vertitur.col.v.& in cõſ. lxxxix. ĩ cauſa agitata.col.ij.¶ †In gl.j.Abb.late inſiſtit, & ex dictis eius ꝯclo principalis eſt de libris antiquis, & ſcripturis, ꝙ non ꝓbent in præiudiciũ tertij, vbi agit̃ de graui præiudicio. Et ad hoc facit, ſm̃ Are. quia ẽt inſtrumẽto publico nõ credit̃ in præiudiciũ alterius, niſi ille cõſentiat.l.cenſualis.C.de do. & per glo. in auct. de tabel.§.non autẽ.in ver.iniungat̃. & no.Spe.in tit.de inſtr.edi. §.poſtquam.ver.ſed nunquid.Bal.in rub.C. de fi.inſtr.col.iij.verſ. ſed nunquid. † Et ideo liber eſtimi nõ probat dñium, vt no.Bald. in l.quidam in ſuo.in fi.de cõdi.inſti.in l.ſolẽnibus.C.de rei vend. in l.ſi pater.C.de act.empt. † Et liber gabellæ, in quo apparet de ſolutione gabellę, non ꝓbat ꝯ̃ctum, vt tradit Alex.in cõſi.xxxvj. viſo proceſſu.lib.v. ¶ Et prædicta concluſio limitatur primo, † vt vera ſit, niſi agat̃ de leui præiudicio, quia tunc libri antiqui probant. Et ita erat hic in iſta quæſtione finiũ, quia habebat iſte epiſcopatus, vel ille, vr̃ eſſe parui p̃iudicij, arg.c.cũ apoſtolica.de his, qui fi.à præl. Et ita Abb.hic poſt alios dicit, & ſequunt̃ Mod.confirmando ex eo ꝙ in ſimili no.Hoſt.in c.poſſeſſiones.de reb.eccl. non ali. & Abb. ibi infert de epiſcopo qui põt rem ſuę menſe in capitulum[b] abſq; ſolẽnitate, quia in effectu nõ exit de dominio eccleſiæ, & in ſimili hr̃ in l.voluntas.C.de fideic.& ꝙ ibi Bal.cũ ſi. Sed aduertendũ eſt, quia primo vr̃ probari hic, ꝙ libri antiqui ꝓbent, vt dixi.ſ̃.in j.no. Secundo, illa ratio, ꝙ agatur de modico p̃iudicio, quia parum refert, habeat iſta eccleſia, vel alia, nõ ſatisfacit, quia hac ratione attenta nedũ in q.finiũ. de qua agit̃ ſed ẽt in alienatione bonorũ eccleſiæ in aliam eccleſiam res eſſet modici præiudicij, ex quo parũ refert, habeat iſta eccleſia, vel illa. Et hoc vr̃ eſſe ꝯ̃ tex.in c.j.j̃.de re eccle.nõ alie. & in c.j.eo.ti.in vj.& in c.ij. de dona. Nõ ob.ꝙ not.in d.c.poſſeſſiones.quia Doc.ibi loquunt̃, qñ fit tranſitus de epiſcopo in capitulũ.quo caſu reputatur eadẽ eccleſia, vt ibi habet̃. Facit text.in c.nouit.j̃. de his, quæ fi.à præla. ſine conſen.c. Secus vr̃ qñ fieret tranſitus in aliã eccleſiã, ꝑut in caſu noſtro, & in iuribus.ſ̃. alle. Tertio nõ vr̃ verum in ſe ſimpliciter, ꝙ quæſtio finiũ dicat̃ eſſe modici præiudicij, quia annexam habet cauſam proprietatis.l.iij.C.fi.regun.cum ſi. vt dixi in nota. †Et ideo videmus ꝙ per inſtrumenta facta inter priuatos, non ꝓbantur confines. vt per gl.in l.prædijs.§.Titio.& ibi Bar. de leg.iij. & in l.cum aliquis.in verbo, nullo.C.đ iur.delib.vbi Bar. & Doc. Spe.in tit.de emphy.§.nunc aliqua.ver.lvij.Inn.in c.cum iure.circa fi.de offi.dele.Bal.in l.optimam.poſt gl.ibi, in ver.ſeruus.C.de cõtrah.& cõmit.ſtip.Bal. in cõſi.cliij.thema proponitur.lib.j.Are. in d.conſi.lij.cum ſi.ſupra alleg. Saluari tñ põt cõmunis opi.ꝙ q̃ſtio finium tunc demum modici ſit præiudicij, qñ eſt contẽtio de ſola iuriſdictione, vel inter prælatos, qui ſolã habent adminiſtrationem, & non dominium.c.ij. de dona. vel quando agitur de finibus antiquis, vt ſupra dictum eſt. Et ĩ iſtis caſibus etiam ſaluari poteſt dictum Car.in d.cle.j.de proba.ꝙ in finibus probandis ſemiplena probatio ſufficit. Et ſupra dicta limitatio ĩ ſe vera eſt generaliter, quia vbi tractatur de modico præiudicio, leuiores probationes admittuntur, ex eo, ꝙ no.Inn.in rub. de conſecra.eccle. vel alta.quem Abb. hic refert cum ſi.vt dixi in conſi.cxxxv.. Facit quod ſupra dictũ eſt poſt Cal. in c. poſt ceſſionem. de prob.de literis ordinarij, quæ indiſtincte probant in leuibus, † & tali caſu ſola fama probat, vt dixi in c.j. de app. Et ideo in caſu poſſeſſorij, quia reputatur modici præiudicij, ſemiplene[c] probationes ſufficiunt, vt not.Barto.in l.j.col.ij.C.quo bo.in l.ij.§.fi.in prin.C.vbi in rem actio.& no.Matheſ.in notab.iij.& dixi in conſ.lvj.¶ †Secũdo limitatur cõncluſio ſuperius firmata nõ habere locum reſpectu præſum-

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Libris. Et quæ probationes requirantur in finibus, vide Deci.in conſi. xlij.in v.per totum in conſi.cix.col.ij.in prin.in conſi.cxlvj.col.v.in fin.

b ¶In capitulum. Vide Fel.hic in prin.Old.q.clxxij.quævio.clxxxij, Phil.Fran.in c.j. de reb.eccl.non alie.in vj.Panor.in c.poſſeſſiones. in prin.j̃.de reb.eccle.nõ alie. Iaſ.in l.iij.C.de iur.emphy.Deci.in conſi.ij. ſed melius ſentit hic Fabi.de Monte S.Sabi.in tract.de empt.& vend.Iaſ.in c.j.de feudis.

c ¶Semiplene. Idem Deci.in conſi.cclij.in conſi.dclxiij. Et male, niſi in Carbonia. Deci.in l.ij.nu.2.C.ad Carboniana.

præsumptionis, quia libri antiqui faltē faciūt præsumptionē, fm Abb.hic.& idē Abb.in conf.lxiiij.duo.in j.dubio.in fi.lib.j. vbi dicit libros antiquos ecclesiæ, licet nō sint auctentici, tñ facere fidē nō modicā. 19 † & scriptura pp antiquitatē, semiplenam facit probationē.vt no.Spec.in tit.de instr.edi.§.nūc dicēdū. ver.regulariter.in prin.Ant.de But.in c.ij.col.iiij.vers.tertius casus.de fi.instru.

20 ¶†Tertio fallit, qñ ab antiquo talibus libris data fuit fides, vt in libris legū, medicorū, & poetarū.vt no.Abb.hic, post Bar.in l.j.ff. si cer.pet.& idē Spec.de instr.edi.§.nunc dicendū. ver.sextū supplementū.Bal.in l.exēplo.C.eo.titu.in ver.tertius casus.Anto.de But.in d.c.ij.vers.decimus casus.Sed aduertēdū est, quia hoc dupliciter intelligi potest. Primo q credatur q sint libri illius auctoris.& hoc clarū vr. 21 Secūdo, q in tantū credaī † q tales libri auctorum pro lege allegari possint, prout voluit Bar.in d.ff. si cert.pet. & Abb.sentit hic, dū allegat l.septimo mense.ff.de stat.ho.& l. si pater.de solu.Sed hoc nō vr verū, nisi quatenus de illa auctoritate lex facta sit, vt declarat Pau.de Cast.Iac.But.in d.l.j.ff.si certum 22 pet.& Abb.in c.j.de præsumpt. ¶†Quarto fallit, quando libri & scripturæ reseruatæ sunt in loco, vbi solū auctenticæ scripturę reponuntur.c.ad audientiam.de prescri.& not.in glo.hic, de archiuo publico.per tex.in auc.ad hæc.C.de fid.instr.& tradit Ant.de But.in d.c.ij.de fid.instr.col.iij.vers.nonus casus.Et hoc intelligit, qñ custos ibi de publico sit deputatus, & qñ solū scripturæ auctēticæ ibi reseruantur, prout Docto.loquunt.& Io.And. in titu. de instr.edi.§.nunc videndū.ver.quartū supplemētū. Et late insistit Aret.hic.& idē not.Bal.in rubr.C.de fi.instr.in pen.col.pen. vers. quintum supplementū.& in l.exēplo.col.j. C.eo.tit. & Floria. in l.census.ff.eo.ti.Et ad hoc bene facit quod tradit Ro.de libro re- 23 gistri, in conf.clxv.incip.liber registri. † Et de libro censuali [a] not. Pet.de Ancha.in conf.xliij.primo de iuribus, quem sequiī Io.de Ana.in conf.lxxxiiij.videndū est.col.ij.& Ro.in cōsi.cxxvij.posito q dominium.& do.Abb.in cōf.lxvij. in causa, quæ vertitur. col.ij. lib.ij.Et q dictum est de scripturis repertis in archiuo publico, declaratur vt scribit Corne.Peru.consi.cxlij.videtur.col.iij. lib.iij.

24 Et ista limitatio ampliatur, † vt ēt habeat locum in scripturis factis ab officialibus de publico deputatis, quia faciunt fidem . vt not.Saly.in d.l.exemplo.in prin.Et ad hoc est dictū not.Bart.in l. quædā.§.nummularios.in fin.ff.de eden.vbi inquit, q creditur libris eorū, qui auctoritate publica præponuntur ad recipiēdum gabellas. [b] Et dicit Ang.ibi, q ita cōiter obseruaī, licet tales scripturæ nō sint auctenticę, vt Ang.ibi dicit, & sequitur Pau.de Ca. in d.auc.ad hæc.Facit quod not.Signo.in conf.xxij.in q.vertente. col.vj.in iiij.dub.vr tñ potius de consuetudine, q̃ de iure . vt not. 25 Sal.in d.l.exemplo.¶†Quinto fallit inter filios, inter quos facta fuit scriptura, fm Bar.Bal.& Doc. in d.l.cū aliquis.C.de iur.delib. per l.optimā. C.de contrah.& com.stipu. Sed aduertendum est, 26 quia tex.in d.l.optimam.sane intelligitur quantum ad illum, de quo agitur inter partes, aliàs secus. vt dicit not. Ant.de But. in c. illud.de præsump.in iij.notMathe.in no.lxxx.no q quotiescūq;. Bal.in l.ad probationem.C.loca. versic.quæro quid si instrumentum.& sequitur Alexan.in conf.cxxxvj.viso.col.penul. lib.j.& in 27 conf.ccj.super causa & lite.col.ij.lib.ij. †Et ideo si in instrumento exprimantur confinia, vel q locus sit de tali diœcesi, statur verbis instrumenti inter ipsas partes, solum ad illū effectum q ille contractus habeat locum. Vnde si dicatur in instrumēto, q Titius de Papia promisit Seio decem, poterit dictus Titius Papię pro tali obligatione cōueniri, quia probatur illum esse Papiensem, quātum ad illam promissionem.vt in terminis Bal.dicit in l.fin.circa fin.vers.pone in instrumento.C.si a non compe.iud.Non tamen absolute quo ad alia probaretur q esset Papiēsis. Et in proposito ad aliū effectū non probarent confinia, vt Docto. dicunt in locis 28 prælleg.¶†Sexto fallit in ratione consuetudinis, vt probatur in c.cum dilectus.de fi.instr.cum si.vt dixi in c.j.in princ.q.supra eo.

29 ¶†In gl.fi.ex his, quæ Abb.dicit, duæ conclusiones colliguntur. Prima est, q qñ plures probationes imperfectæ, etiam diuersæ speciei, tendunt ad vnum, plene probant, quia coniunguī, vt patet in duobus testibus, referendo se ad vnū actū, & in vno teste cum fama.vt per Abb.hic.Facit text.hic, & in l. Arriani. C.de hęre.in l.qui sententiam.C.de pęn.cum si.vt tradunt Moder.hic. Et vlterius ad hoc est glo.in l.ij.in prin.in verb.legitimis.de excu. tut.& not.Bal.in l.spadonem.§.qui iura multa.ff.de excu.tut. vbi rationem adducit, quia est fauor publicus, ne facultas probandi restringatur.& idem tradit Pau.de Cast.in consi.lxxxiij.q præfata sententia.circa fin.in conf.ccc.iudex.Ro.in consi.vij.visis necessarijs.Imol.in cōf.xcij.visis.& in conf.cxxxviij.in quæstione. Alex. in consi.liij.in causa vertente.col.ij.lib.j.And.Sicu.in consi.vj.col. j.in consi.xxix.in prin.& xxx.in prin.& xliiij.col.ij.in j.lib.& idem And.Sic.in consi.ij.col.antepen..in consi.vj. in prin. & xxv.col.ij. 30 in ij.lib.& Sozi.in consi.cxxxvij.in controuersia. colū.vj. † Et ista conclusio maxime procedit in his, quæ de facili probari nō possunt, quia tunc imperfectæ probationes facilius coniunguñt, vt no.distinguit Anto.de But.in c.veniens.el j.de testi. quē refert, & 31 sequitur Alex.in consi.xciij.animaduersis.col.fi.lib.ij. ¶†Prædicta tñ conclusio limitatur procedere, nisi probationes imperfectæ non essent etiam perfectæ in sua specie, vt quia esset vnus testis de veritate, & alter solus de fama.quo casu fama nō est plene pbata. vnde tali casu imperfectæ probationes nō coniunguñt. vt not.voluit Bal.in l.si quis ex argentarijs.§.j.in iiij.not.ff.de edē. Mod.hic sequuntur.& idē Alex.in consi.xiij.ex his.col.fi. lib.j. & 32 in conf.xj.sentio in dubium reuocari.lib.iiij.¶†Secundo limitaī nō habere locum in cā criminali, vt idē Bal.no.dicit in d.l.si quis. §.j.& sequiī Alex.in conf.cxiij.quoniā abunde.col.ij.lib.ij. vbi ex hoc infert idem esse in causa matrimoniali. & idē tenet Bar.Veronen.in consi.xxxij. quidam rustici.col.ix. Et hoc tñ, quod dictū est de cā criminali, limitatur & declaratur, vt Alex.tradit in conf. 33 xxviij.animaduersis.col.pen.lib.ij.s.allega. ¶†Secunda cōclusio Abba.est, q imperfectæ probationes, quæ tendunt ad diuersa, non coniunguñt.Et idē Abb.scribit in conf.xv.ad claram. in.fin. lib.j.& not.Bal.in l.spadonem.§.qui iura multa.in ver.tu dic.ff.de excu.tuto. quē refert & sequitur Pet.de Ancha.in consi.cclxxvij. visa diligenter narratione.cum si.vt tradit Alexan.in cōsi.cxxviij. ponderatis.lib.ij.& in conf.xxj.in causa medici.lib.iiij. & idē Ale. in conf.clxxix.in causa Anglorum.col.iij.lib.ij.& bene facit q no. in l.cum antiquitas.colum.j.versicu.secundo quæro . C. de testa. & in l.obseruare.colum. fina.versicu.sed pone, dicit statutum.C. quorum appel.cum si.vt tradit Ro.in consi.xcj.visis. colum.fi. & Alex.in consi.clxxvj.viso themate.col.iij.lib.ij. ¶ Ex ista conclusio- 34 ne infertur † secundū Abb.hic, q vnus testis de veritate mutui, & alter de confessione, non probant. idem tamen Abb.contrarium [c] tenet in c.fi.col.j. de succ. ab intesta. Sed dictum Abb.hic videtur in confessione mutui, prout loquitur. Secus esset in alio contractu, puta in confessione depositi, prout areti. concludit colum.fin.hic.& Bal.hoc modo distinguit in consi.clxxxviij.præsupposito statuto.in fin.lib.iij. Et quod tenet Abb.hic in confessione mutui.idem Bal.dicit in l.si ex cautione.in xij. q. C.de non nume.pecu.in l.ij.§.ij.versic.quid autem.ff.si certum peta.& in c. fi.col.iij.versic.hoc modo dicamus.de consue.Sal.in l.testiū. in fi. C.de testi.Alex.in conf.cxliij.lib.ij.s.alleg.in prin.Corn.Perusi.in consi.lviij.in hac consultatione.col.pen. lib.iij. & Barth.Veronē. in consi.xxxij.s.alle.col.ix.Facit q not.Bar.in l.ij.colum.fi.ff.si cer. 35 pet. † Nō sic in alio contractu, vt dictū est, quia in alio contractu confessio veram probat numerationem, vt not.Bal.in l.si nō sortem.§.indebitum.ff.de condi.indeb.Pau.de Ca.in consi.cccxciiij. 36 quæritur.Alexand.in consi.xxv.viso instrumento. lib.ij. ¶ †Extra glo.opponitur, fm Abb.post alios, q possessor debet in sua possessione tueri.l.cogi.C.de pet.hære.& ij.q.v.in prin. Abb.post Innoc.dicit hoc nō habere locū in spiritualibus, quia posidēs beneficia potest per superiorem molestari, vt per glo.in reg.beneficium.in glo.fi.de reg.iur.in vj. & quia beneficia non possunt haberi sine canonica instit.c.j.de reg.iur.in vj. & latius per eum hic, & posteriores sequuntur. Sed aduertendum est, quia ista respōsio nō est gñalis, quia nō haberet locū in eo, q diu fuisset in possessione beneficij pro quo psumiī. vt no.Bal. in l. sine posidetis. col.ij. C.de prob.Host. Anto.de but.& abb.in c.illud. de psump. Doc.in d.c.ordinarij.§.j.col.fi.cū si.vt dixi in cōf.cxviij. viso instrō. Præterea ēt in possessione antiqua possessor tueri debet, qñ non est specialis psumptio ꝯ eum, vt ipse do.abb. tradit in c.in literis. col.vj.de resti.spol.& ibi respondet ad d.c.j.de reg.iur. in vj.vt nō procedat respectu possessionis, sed respectu institutionis, de qua loquitur.Secundo respondet ponderando verbum, licite, positū in d.c.j.vt latius ipse prosequitur in d.c.in literis.Vnde ad contrarium formatum per Abba.hic, aliter & melius rñderi potest, q licet possessor tuendus sit in sua possessione, non tñ excluditur, quin alius probare posit de defectu proprietatis possessoris.Et ita videtur hic. quia probationes, de quibus hic, requiruntur respectu proprietatis. Et ad hoc facit quod no.Abb.in c.contingit. de dol.& cōtu.col.ij.ver.ex dicto gl.& in c.dilecto.col.vj.de preb. cum similib.vt tradunt Moder.in c.sicut.de re iudi.in xix.colum.

Notan-

ADDITIONES.

a ¶S.Ald. Censuali. Vide Deci.in conf.cxlvj.col.vj.vbi dicit q non solum probat rem emphyteuticam, sed etiam probat rem esse ecclesiæ.

b ¶Gabellas. Vide Sozi.in consi.ccviij.lib.ij.& Bertachi. de gabellis.

c ¶Contrarium. Vide Deci.s.eo.c.licet nu.7. Cępol.causarum ciui.consi.iij.nu.10. Ias.in lectu.l.admonendi.de iureiur.Alex.in consi.lxxvj.nu.4.lib.vj. Decis.Nea. xij.vide Fely.in c.fi. cautio.de fid.instr.nec est aliud in mutuo post biennium.

Notandum tamen eſt ex concluſione Abb. differentiam eſſe inter ſpiritualia, & temporalia. Facit tex. in cap. inter corporalia. de transla. epiſco. vbi alia differentia ponitur. & aliam Abb. ponit in c. fi. in fi. j. de ſpōſ. duo. Et ſpiritualia digniora ſunt temporalibus. c. illud. c. ſolite. de maio. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quando agitur contra monachum, vel monacham, quorum ingreſſus reuocatur, in dubium dirigendus eſt contra eorum perſonas.*
2 *Teſtes deponentes de peritia artis, an debeant eſſe honeſti.*
3 *Doctoratu quis priuatur ob malos mores.*
4 *Virginitas probatur per ſigna.*
5 *Habitus perſonæ qualitatem indicat, & exempla.*
6 *Signum mercatoris facit cognoſci merces*
7 *Virginitatis priuilegia.*
Et replet paradiſum, nuptiæ verò mundum. nu. 8.
Et virginitas filiorum prodeſt parentibus ad ſalutem. nu. 9.
10 *Virgines alijs mulieribus præferuntur in teſtimonio, menſa, & itinere.*
11 *Filios habens præfertur non habenti, & qualiter intelligitur.*
12 *Mulier deſponſata debet viro reſtitui, licet non fuerit ab eo cognita.*
13 *Maritus petens reſtitui ad oſcula non auditur.*
14 *Caſtitas dicitur etiam in matrimonio.*
15 *Virtus vna ſine ceteris haberi non poteſt.*
16 *Mulier corrupta etiam inuita non conſecratur.*
17 *Virgo ſola poteſt eligi in abbatiſſam.*
18 *Papa ſolus diſpenſat quòd corrupta poſſet eligi in abbatiſſam.*
19 *Virgines ſolæ habent laureolam.*
20 *Ingreſſus monaſterium ſi expreſſe contulit bona monaſterio, & credebat ingreſſū tenere, vitiato īgreſſu recuperat bona. ſecus ſi ſciebat nō ualere. n. 23*
21 *Eleemoſinam animus dantis attenditur.*
Et iudicanda eſt in iudicio cordis. nu. 22.

C Auſam matrimonii. ¶ Primo not. ibi, & C. puellam. † q̄ qñ agitur contra monachos, vel monacham, & reuocatur in dubium de ingreſſu eius, libellus in eorū perſonam dirigitur. ita Abb. hic dicit. & idem Abb. in c. venientes. in glo. pen. de conuer. cōiug. & hoc limitatur procedere, qñ agitur reſpectu perſonæ. ſecus ſi ratione bonorū, vt Abb. ibi proſequitur. & not. Bal. in auc. cauſa, quæ fit cū monacho. C. de epiſco. & cler. ¶ † Secundo no. ibi, honeſtas matronas. q̄ teſtes, qui debent deponere de peritia artis, requirit̄ q̄ honeſti ſint, & ſic ſola peritia non ſufficit, ſm̄ Abb. hic, per iſtū tex. & per tex. in l. magiſtros. C. de profeſſo. & medi. lib. x. Sed aduertendum eſt, quia iſte tex. vr̄ habere ſpecialē rationē. quia non cōuenit q̄ mulier, quæ aſſerit ſe virginem, inſpiciatur per matronas inhoneſtas. Sed in alijs teſtibus, q̄ deponunt de peritia, iſta qualitas honeſtatis non vr̄ neceſſaria, dūmodo non ſint naturaliter criminoſi, q̄ repellantur. quia ſicut medicina ſpiritualis à quocūq; ſumitur. c. fin. & c. veſtra. xv. q. vlti. ita videtur de peritia, vt à quocūq; haberi poſſit. Et ad hoc videt̄ tex. in c. vt commiſſi. de hære. in vj. ibi, quoſlibet peritos. † Nō ob. q̄ habetur in l. magiſtros. quia ibi tractat̄ de dignitate doctoratus, à qua etiam propter malos mores quis repellitur. arg. l. ij. C. de dignit. lib. xij. ¶ † Tertio not. ibi, ſigna virginitatis. q̄ virginitas probat̄ per ſigna, & ex ſignis qualitas perſonę arguitur. nā ſtigmata militem, habitus clericum, ſtola ſacerdotem, & cucula monachum oſtendit. vt Bal. hic dicit. & idem Bald. in l. directis. C. de teſta. manu. in l. binos. in iij. not. C. de aduo. diuer. iud. Sal. in rubr. C. de manu. vind. & tradit And. Sic. in conſi. xxxiiij. lib. iiij. vbi loquitur de inſignijs magiſtratus, & doctoris. & facit quod no. Bal. in auc. dos data. C. de do. ante nupt. de ſigno mercatoris, † propter quod merces eius indicatur. ¶ Quarto not. ibi, † virginitatis priuilegio. q̄ virginitas dicit habere priuilegiū, & prærogatiuā, quam pauci habent. l. diſtin. c. quia in tua. cum ſi. vt proſequitur Abb. hic. † Et virginitas replet paradiſum, & nuptiæ mundum, vt dicitur in c. nuptiæ. xxxij. q. j. † Et virginitas filiorum etiā prodeſt parentibus ad ſalutem. xxxiij. q. v. c. tunc ſaluabitur. † Et per iſtum text. arguit Bal. q̄ virgines præferuntur alijs mulieribus in teſtimonio, in mēſa, & in itinere.[a] Quod notādum eſt, quia alibi † dicit Bar. in l. in albo, per illum tex. C. de decu. li. x. q̄ ille qui habet filios, præfertur non habenti. ¶ Sed poteſt reſponderi q̄ ilud dictum Bart. non intelligitur reſpectu virginum, de quibus Bal. hic loquitur. ſed intelligitur reſpectu aliorum, vel aliarum mulierum, quæ matrimonium contraxerunt, & non habent filios, quia habentes filios illis præferuntur. argu. l. j. ff. ſol. mat. & quod not. per glo. xxxij. q. iiij. in c. recurrat. in ver. maledicta. ¶ † In glo. j. not. glo. ſecundum Abba. quæ ſentit, q̄ mulier deſponſata debet reſtitui viro, licet ab eo cognita nō fuerit. & hoc tenet Abb. hic. Contrarium dicunt Io. And. & Anto. de But. hic, quia ſolum per copulam maritus videtur habere poſſeſſionem vxoris. † Et idem Bal. ſequitur hic, qui dicit, q̄ maritus nō debet audiri, ſi petat ſe reſtitui ad oſcula. & ita tranſeunt Moder. hic. & idem tenet Pau. de Caſt. in cōſ. cclxxij. quia perprimum. in ij. dub. in prin. Sed dictum gl. & opi. Abbatis hic verior videtur, quam late tenent idē Abb. & Ant. de But. in c. ex parte. col. pen. per illum tex. de reſtit. ſpol. vbi reſtitutio denegatur, quia ſponſalia non præceſſerunt. ſecus ergo vr̄ præcedentibus ſponſalibus. & per text. in c. literas. eo. tit. vbi fit reſtitutio marito in ceteris, præter copulā. ergo dat̄ intelligi, q̄ poſſeſſio vxoris quam habet maritus, etiam alio reſpectu conſideretur, q̄ ratione copulæ. & hoc quando ſunt ſpōſalia de præſenti. ſecus ſi eſſent de futuro, prout Abb. concludit in d. c. ex parte. poſt Io. de Lig. & hoc modo opi. concordari pn̄t. ¶ In gl. fi. ibi, quæ ſola poteſt eſt, &c. non tn̄ excluduntur coniugati, quin etiam ſaluantur, vt Abb. hic dicit per text. in c. firmiter. §. fi. de ſum. trin. Sed aduertendum eſt, quia text. alegatus in glo. in §. ſancimus. in auc. de lenoni. non loquit̄ de virgine, ſed de caſtitate, † quo caſu ēt cōiugati cōprehēduntur, quia caſtitas etiā dicitur in matrimo. xxxj. diſt. in c. Nicena. & in l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad treb. & quod ibi Bar. cum ſimi. & Alex. ibi proſequitur. & gl. hic. melius Abb. declarauit in proœ. rex pacificus. in glo. in verbo, pudicus. Et q̄ Abb. dicit hic, † q̄ vna virtus haberi non poteſt ſine alijs, vt per gl. in c. niſi pridem. in ver. flore. de renuncia. declaratur. & per Abb. hic. & in d. proę. rex pacificus. in ver. pudicus. & idem tradit Domi. in c. diſciplina. xlv. diſt. Iſta tamen declaratio Abb. non plene ſatisfacit, quia conſonat q̄ vnus non poſſit habere virtutem caſtitatis, & tamen non habebit virtutem liberalitatis. Vnde dicendū eſt, vt per S. Thom. prima ij. q. lxv. articu. j. & Archiepm Florent. in iiij. par. ſummæ. titu. j. cap. v. In ea. gl. ibi, † virgo ſola, quæ ad legem promotionis reputatur notandum eſt q̄ corrupta etiam inuita non conſecratur. d. c. de. pudicitia. alleg. in glo. in ver. finite. Ad idem tex. xxxij. q. v. in c. ille autem. & xv. q. j. in c. fi. vbi dicitur. Si in perſecutione virgo fuerit oppreſſa, repellitur lege, quia opus inſpicit & non voluntatem. vt not. per glo. xxxij. q. v. in ſumma. facit text. in c. Acatius. & in c. fin. xxvj. diſtin. Et adde q̄ † virgo ſola eligi poteſt in abbatiſſam.[b] xx. q. j. c. iuuenculas. vbi Archi. & per glo. in clem. attendentes. §. ſtatuimus. de ſta. mona. in ver. rationabilis. † & ſolus papa diſpēſare poteſt q̄ corrupta eligatur in abbatiſſam. vt Card. concludit in d. §. ſtatuimus. de ſtat. mona. in xj. q. & Calde. in conſ. iij. in fi. de offic. vica. ¶ In ea glo. ibi, † ſolæ virgines habeāt laureolam. Abb. poſt Hoſti. & alios dicit, q̄ etiam martyres, & prędicatores habēt laureolam, vt per eum hic. Sed intentio glo. fuit excludere virginem corruptam, etiam per vim. quia coronari non poteſt. vt dicitur in c. ſi Paulus. xxxij. q. v. & hoc verum intelligatur reſpectu promotionis, quia conſecrari nō poteſt, vt ſupra dictum eſt, quia eccleſiæ militanti non conſtat, an ipſa quæ violata fuit, conſenſerit, vel non. ſecus eſt quo ad Deum, quia pro virgine coronabitur. xxxij. q. v. §. j. vbi dicitur. Si me inuitam feceris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. & in d. c. de pudicitia. ver. finge. ea. cauſa, & q. ibi, dum inquit apud euangelium, quia voluntate nō peccauit, virgo ſuſcipitur. ¶ Extra gloſ. dum Abb. proſequitur impertinenter dicta Bar. in auc. ingreſſi. C. de ſac. ſan. ecc. & primo concludit † q̄ ſi ingreſſus monaſterium expreſſe cōtulit bona monaſterio, & credebat ingreſſum tenere. iſto caſu, vitiato ingreſſu, recuperabit bona ex defectu cauſæ finalis. arg. l. ſi pater. & l. nec apud. C. de hære. inſti. cum ſi. And. Sicu. hic dicit q̄ illa iura non bene allegantur in propoſito, quia ſi bona remanēt monaſterio, hoc ſaltem proderit animæ ipſius ingreſſi. xiij. q. ij. in c. pro obeuntibus. Sed iſta ratio parum valet, quia ſi eſt defectus in cauſa fi. non debent bona remanere apud monaſteriū ꝯ voluntatem ingreſſi. † quia in eleemoſina animus dantis attenditur. xlij. diſt. c. quieſcamus. in fin. & ij. q. vij. c. in grauibus. & in iudicio cordis cōſideranda eſt eleemoſina, † vt dicitur de pœni. diſtin. v. in §. colēdū eſt. col. fi. Limitat̄ tn̄ iſta ꝯclo, vt ꝑ Abb. hic. & no. Bal. in l. j. C. de inge. & manu. ¶ † Secundo Abb. concludit, q̄ ſi ingreſſus monaſteriū, ſciebat ingreſſum nō tenere, & bona expreſſe monaſterio dedicauit, vitiato ingreſſu, nō poterit bona repetere, q̄ adonaſſe vr̄. arg. l. Campanus. ff. de ope. lib. & in l. cuius ꝑ errorē. ff. de re. iu. Bal. tn̄ in auc. ingreſſi. in v. q. tenet ꝯriū. q̄ imo ēt in iſto caſu hēat locū repetitio, ex quo cā fi. falſa reperit̄. l. j. §. ſi parendi. ff. de condi. ob cau. l. auunculo. ff. de condi. ſine cau. Areti. hic reſpondet iuribus præalle. q̄ ibi cā erat de futuro. Secus vr̄ in cā de præſenti,

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Itinere. Vide Deci. in l. reprehendenda. in j. not. C. de inſti.
b ¶ Syl. Al. Abbatiſſam. Adde Deci. in c. at ſi clerici. §. de adulte. col. vj. ſ. de iudi.

præsenti, prout agitur in casu nostro, quia tunc videtur magis habere animum disponendi. & ideo, sm eum, si oblatio facta fuisset ex causa de futuro, puta pro alimentis, haberet locum repetitio. alle. Ant. de But. in c. in præsentia. s. eod. tit. Ipse tamen Are. tenet contra Bar. ꝙ non inducatur absolute donatio. quia, sm eum cōcurrerent duo spālia. primum est ꝙ dñium acquireretur sine traditione. secundū ꝙ traditio ex falsa causa donationem induceret contra l. j. cū ibi no. C. de do. promis. & in si. not. Bart. in l. si rem. ff. de acqui. pos. & istā opi. sequunt Mod.[a] in d. auc. ingressi. vbi etiā cōtra Bar. allegant tex. in c. si quis incognitus. xvij. q. ij. cū gl. vbi ille, qui ingreditur sine licētia, vxoris recuperat bona. Sed ille tex. parum facit, quia agitur ibi de præiudicio vxoris, & quia ibi non constat ꝙ sciret ingressum nō tenere, prout Bar. loquitur. Et ratio Are. ēt euitari pōt, quia nō videt verū ꝙ sint duo spālia, quia Bart. loquit interueniente traditione, vt colligitur ex l. cuius per errorē, quam allegat ibi, cuius per errorē dati repetitio est, &c. & quia nō est cōtra ius, ꝙ transferat dñium absq; traditione, qñ persona transit l. si adoptauero. ff. de præca. de quo dictum fuit in c. in presentia. s. eo. Itē nō videt verū ꝙ traditio in isto casu facta sit ex falsa causa, quia ex quo sciebat ingressum nō tenere, nō videt facta traditio respū ingressus, sed absolute, q. a donare voluit. Et sic in isto casu, nedū nō cōcurrunt duo spālia, immo nullū spāle vr. Vltimo cōtra Bar. ꝙ non inducatur donatio, induci potest tex. in l. non solum. ff. de act. & obli. vbi ille, qui scit actum esse impossibilem, nō videtur habere animum disponendi. Sed responderi potest esse speciale in fauorem religionis, sicut est in vlti. voluntate, vbi impossibilitas vitiatur, & non vitiat l. j. ff. de condi. insti.

ADDITIO.

a ¶Mod. Scilicet Ias. Idem tenet ibi Deci. num. 24. & bene.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta non perdunt auctoritatem licet reperiantur apud alium, quàm apud eum, penes quem esse deberent.*
2 *Scripturæ quæ auctoritatē recipiūt à loco, si inueniantur extra locū, nō probāt.*
3 *Partes quamuis non remittant substantialia iudicij, tamen statur confessioni ipsarum.*
4 *Consequenti probato, probatur antecedens.*
5 *Confessio inter suspectos qui possunt disponere, valet cōcurrētibus coniecturis.*
6 *Remissio tacita aliquando admittitur, vbi expressa non admitteretur.*
7 *Tractatus pro colloquio absq; conclusione.*
8 *Tractatum non sufficit probare sine conclusione alicuius contractus.*
9 *Conclusio totam vim cuiusq; rei habet.*

Vm bonæ. ¶In tex. ibi, apud priores iudices. Hoc fuit ex facti cōtingentia, quia deberēt esse apud notarium, sm Io. An. in c. qm contra. s. eod. & sequitur abb. hic, qui ex hoc infert † ꝙ instrumenta non perdunt auctoritatem, licet reperiantur apud alium, penes quē esse nō debent. pro quo Art. allegat text. in l. quædam. §. his aūt. ff. de eden. Facit text. in l. qui tabulas. ff. de fur. Et hoc sane intelligit in scriptura cōfecta à psona publica, videlicet ab argentario, vel notario, quia semel scriptura habuit auctoritatē ex persona scribentis. † Secus videt in scripturis, quæ auctoritatem recipiunt à loco, quia si sint extra locū, nō probant, vt habet in c. ad audientiam. de præscri. & in auc. ad hæc. C. de fide instru. ¶ † Item nota istum tex. qui ad hoc sm Io. An. & Doc. reputatur singularis, ꝙ licet partes non possint eorum consensu remittere ea, quæ sunt de substantia iudicij, vt not. in c. j. de lit. conte. in auc. offeratur. C. de lit. contest. tamen statur confessioni ipsarum. Quod profecto mirum videtur, quia super his, quæ non sunt in potestate partium, non statur eorum confessioni c. super eo. de eo, qui cogno. cōsan. vxo. abb. respondet, & dicit hoc non procedere in isto casu, quia agitur de modico præiudicio, quia de facili potuissent partes omnia acta iudicij repetere secundum cautelam, quam ponit Barto. in l. mutari. ff. de procu. & ita posteriores sequerentur. Sed aduertendum est, quia illa ratio, ꝙ stetur confessioni partium, ex eo ꝙ agatur de modico præiudicio, non satisfacit, quia attenta tali ratione, deberent partes posse renuntiare. cuius tamen cōtrarium omnes communiter dicunt. Ideo videtur stare argumentū, quia si renuntiare non possunt. ergo non est standum eorum confessioni. l. si forte. & quod ibi Bar. ff. de castren. pecu. & per gl. & Doc. in l. si donatione. C. de collatio. Vnde ad hoc, in quo consistit difficultas huius decret. cogitabam posse responderi tribus modis. Primo, quòd hoc procedat propter auctoritatem summi pontificis, qui ita scribit, & committit. Secundo dico ꝙ ista confessio attenditur, quia iustificatur ex perditione actorum de qua hic dicuntur. Vnde constabat quòd acta facta fuissent. quo casu probata amissione leuiores probationes sufficiunt l. testium. in fi. C. de testi. & quod ibi Bald. & Doc. Confirmatur hoc, quia hic patet quòd coram primis iudicibus testes examinati fuissent, vt colligitur ibi, recipiatis partium probationes. de nouo ergo præsupponendum est quòd lis esset contestata, quia lite non contesta. non possunt testes examinari. in tit. supra vt lit. nō contest. Et hoc sentit Bald. hic. Ad quod facit, † quia probato consequenti, probatur antecedens l. ij. vbi Bald. C. de dot. promis. & quod notat Bald. in l. j. in v. opposi. C. de fideicom. Et sic patet ex prædictis quòd confessio partium attenditur, quia ex probabilibus coniecturis iustificatur. † Nam confessio etiam inter suspectos, qui non possunt disponere, valet concurrentibus coniecturis,[a] vt no. Saly. dicit in l. si mater. C. de contrahen. emp. & tradit Alexand. in consi. xviij. consideratis. libr. iij. Tertio responderi potest, & aduertendum est, quia hic non dicitur confessioni partium stetur, quia de confessione nullum verbum in text. ponitur, sed solum dicitur quòd de lit. contest. non reuocabatur in dubium. Vnde videtur ista tacita quædam remissio, quæ admittitur, licet expressa fieri non possit, † vt est casus singularis hic. Et hoc in simi. dicitur de iura. calum. l. ij. §. sed quia. C. de iura. calum. & in cap. j. de iura. calum. in vj. & facit in simili text. in l. filiusfamil. §. veterani. & quod ibi not. ff. de procura. Non obst. dictum Barto. in d. l. mutari. quia ibi constabat quòd acta in veritate facta fuissent, vnde facilius ad aliam instantiam vel personam porriguntur. Præterea illud dictum Barto. reprobatur per Anto. de But. & abb. in cap. pe. de iudi. ¶ † Vltimo ex isto tex. notandum est quod tractatus, hic accipitur pro colloquio absque conclusione. Ita videtur probari hic ex quo de conclusione nihil dicit. † Nam multa tractantur, quæ non fiunt. Vnde non sufficit probare tractatum alicuius contractus, absque conclusione,[b] vt not. Bald. in l. multum interest. in ij. colum. C. si quis alteri, vel simi. & idem Bal. in l. cum allegas. colum. ij. C. de vsu. & in cap. fina. de iura. calum. & no. Alexand. qui plura iura adducit in consi. xxxj. visis. colum. ij. libr. ij. & in consi. xix. in his. colum. pen. libr. iiij. & in consi. lxxxvj. in causa domine Bart. colum. iij. eo. lib. iiij. † Nam tota vis in conclusione consistit l. si voluntatem. vbi Bald. C. de rescinden. vendi. ¶ Et ex his expedita sit ista decre. & per consequens iste titulus in quo quantum laborauerim, facile poterit iudicari ab his, qui scripta aliorum antiquorum & modernorum perscrutantur.

ADDITIONES.

a ¶Coniecturis. Et ꝙ confessio inter personas suspectas, vt inter patrem & filium, inter virum & vxorem, inter clericum & concubinam, non probat, nisi constet vide Dec. in consi. cxxxij. per totum.

b ¶Syl. Ald. Conclusione. Adde Dec. in consi. cxxxiiij. col. iij. in vlt. verbis.

De testibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per testes dignior alijs est, & validior per instrumenta. num. 3.*
Et est naturalis, per instrumenta contra naturam. num. 2.
Et per scripturam seuerior. num. 4.
5 *Attestatio dicitur dictum testis.*

Xpedito titu. de probationibus, sequitur rub. de testibus in qua abb. post alios primo concludit quòd ideo titulus iste preponitur, quia efficacior est, & dignior illa probatio, quæ fit per † testes, quàm si facta sit per instrumenta. Et ad hoc Bald. allegat text. hic in §. si vero aliquid. ibi, nos quidem existimauimus ea, quę viua voce dicuntur, digniora fide, quàm scriptura, in auc. de instru. fid. & cau. colla. vj. & quasdam alias rationes Bald. hic adducit, quæ leues sunt, & non fundantur in iure. Et istam conclu. Moder. sequuntur in rubr. infra de fi. instru. † quia probatio testium naturalis est. probatio vero instrumenti contra naturam, quòd credatur carte animalis mortui, vt not. Inno. in cap. cum P. de fi. instr. & quia certior quis efficitur voce, quam literis. xxxv. q. viij. c. de gradibus. ibi, ore ad os loquamur. Sed tamen aduertendum est, quia licet Doc. communiter dicant, hoc efficaciter non probatur iure. Et in primis ego video quòd contrarium seruauit Iurisconsul. qui magistraliter procedere solet, & tamen permittit tit. de fide instr. † Et glo. in rub. ff. de fide instr. dicit quòd probatio, quæ fit per instrumenta, validior[a] est. Et ad hoc facit, quia in pluribus casibus scriptura requirit, & testes non sufficiunt, vt per gl. in c. j. de cens. lib. vj. versi. in scriptis. & gl. ibi in fi. dicit quòd facilius † & securius fit probatio per scripturam,

ADDITIO.

a ¶Validior. Probatio quæ fit per instrumentum validior est vt per Dec. hic. sed adde ꝙ probatio quæ fit per rei euidentiam, & loci inspectionem, dicitur probatio superlatiua, quæ nunquā censetur esse exclusa, etiam postquā dicta sunt testificata. Et præsertim quibuscunq; probationibus testium, & instrumētorū. Comes Ioan. Bap. Plotus. in l. si quando. nu. 777. ver. probatur. C. vnde vi.

ram. Facit text. in l. contrahitur. ff. de pig. Facit text. in l. testium. C. de testi. ibi, quinque testes requiruntur ad supplendam scripturam. Et ex his datur intelligi quòd probatio, quæ fit per instrumentum, maioris auctoritatis sit. Non obstant allegata in contrarium. & primo tex. in d. §. si vero. quia ille text. loquitur in scriptura priuata, vt gl. ibi dicit. Secus videtur in instrumento publico, quod æquiparatur testibus l. in exercendis. C. de fi. instr. & etiã probatio instrumenti preualere videtur, per supradicta. Non ob. quòd probatio instrumenti non sit naturalis, quia satis est ꝙ à iure approbata sit, & quia cum illa charta concurrit auctoritas notarij approbati de publico c. ad audientiam. de rescrip. Non ob. quòd certior sit propria vox, quàm scriptura, quia verũ est quòd maior certitudo habetur ex voce propria, & præsentia alicuius, quàm ex scriptura eius eo absente, quia talis scriptura priuata est, & potuit falsificari. Sed hoc habet locum, quando quis de seipso loquitur, & in priuata scriptura. secus videtur in publica scriptura, & in testibus, qui de facto alieno attestantur, prout in proposito agitur. Et ideo cõcludendum videtur ꝙ iste tex. hic ex arbitrio summi pontificis præmittatur. ¶ Expedita continuatione sm abb. quæritur de duobus. Primo, quare in plurali dicit, de testibus. Et breuiter saluando opin. Ioan. An. quam abb. impugnare videt, cõcludatis hoc factum fuisse duplici ratione. Prima, quia plures testes requiruntur c. veniens. el. j. c. vniuersis. j. eo. l. vbi numerus. ff. de testibus. Secunda, quia sunt plures species testiũ. Et ista secũda rõne, dicitur de fi. instr. & de procuratoribus iu plurali numero, quia sunt, plures species instrumentorum, & procuratorum, vt colligitur in cap. j. & ij. j. de fid. instru. & l. j. ff. eod. titu. ¶ Secũdo quærit quare dicit, de testibus, & attestationibus. abb. post Ioan. And. respondet quòd hoc factum fuit ex eo quòd in pluribus capitulis tractatur de attestationibus. vt patet in nigro. Sed ista ratio non videtur necessaria, quia etiam si dictum fuisset de testibus simpliciter, rub. tamen fuisset communis ad dicta testium, & ad personas, vt patet in rub. ff. & C. eod. ti. Vnde dicendum est, hoc factum ex arbitrio summi pontificis, quia ad hoc moueri potuit, ex eo quod dicitur in §. sed quia, insti. qui. mo. testa. infirmen. ¶ † Vltimo not. sm abb. quòd dictum testis appellatur attestatio. facit text. in l. solam. C. de testi. in capit. attestationes. de despon. impub. in l. instrumenta. cum glo. C. de proba. & in l. cum antea. in ver. attestatur. C. de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Testes non debent induci pretio ad testificandum, etiam ad verum, nume. 2.*
3 *Testis corruptus pretio vt verum dicat, an teneatur de falso.*
4 *Testis pecuniam accipiens ne testificetur, an teneatur de falso.*
5 *Testes & iudices officium suum gratis facere debent.*
6 *Testes debent iurare dicere testimonium absq; commodo.*
7 *Alternatiuæ vna pars aliam declarat.*
8 *Testis pecuniam recipiens, in dubio præsumitur dixisse falsum.*
9 *Testis pecuniam recipiens ne dicat testimonium, an teneatur de falso.*
10 *Testis qui corruptus pecunia testimonium non dixit, punitur sed non de falso.*
11 *Testis qui pecuniam accipit ne dicat testimonium, probat contra corrumpentem, & admittitur contra eum, & num. 12.*
12 *Testimonij natura est, vt verum dicatur pro vtraq; parte.*
13 *Corrumpens testes non per hoc perdit causam.*
14 *Iudex potest se fundare in probationibus quas pars impugnat.*
15 *Testis precibus rogari potest, nec per hoc dicitur se ingerere.*
16 *Testem instruere, vt per verba congrua dicat veritatem, non est peccatum.*
17 *Testis non est suspectus, licet oblatus & rogatus sit à parte.*
18 *Testis se ingerens, suspectus est, & repellitur.*
19 *Testis quilibet esse potest, qui non prohibetur.*
20 *Testis debet examinari ieiunus.*
21 *Iuramentum etiam à teste debet recipi à ieiuno de honestate.*
22 *Ebrij testimonium non valet. nec testamentum. num. 23. nec contractus. nu. 24. ꝙ verum est in eo, qui ex toto est ebrius. nu. 25.*
26 *Matrimonium contractum per inuitatum ad cenam non irritatur.*
27 *Testamentum hominis hebetis ingenij valet.*
28 *Ebrius an excusetur à delicto.*

1 Placuit. No. primo † quòd pretio testes induci non debent ad testificandũ, 2 concordantia iura sunt in glo. † Et hoc procedit, etiam si testis verum dicat. xiiij. quæst. v. c. non sa3 ne. † Adeo quòd licet verum dicat, tamen pœna falsi punitur, vt not. Barto. in l. j. in princ. ff. de fal. 4 † Et eadem pœna tenetur, si testis pecuniam accepit vt non testificetur, vt idem Bart. dicit in d. l. j. & Moder. hic simpliciter sequuntur. Et vtrunq; dictum probari videt in d. l. j. §. j. ibi, ob dicendum testimonium, vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ afficitur. ¶ Circa primum dictum, qñ ob dicendum testimonium Bart. in d. l. j. in princ. adducit simile de iudice, qui venalem fert sentẽtiã, licet veram l. ij. ff. de condi. ob tur 5 causam l. venales. C. qñ prouo. † & quia testes, & iudices grati hoc facere debent d. c. non sane. ideo turpiter accipiunt. Et dictũ Bart. sequitur Pau. de Cast. in d. l. ij. ver. sed & si dedi. in ver. est arg. 6 iste. §. Et ad hoc etiã facit, † quia iurant testes dicere testimonium absq; cõmodo c. quoties. & c. licet ex quadam. j. eod. tit. per gl. in c. fraternitatis. in gl. fi. eod. tit. ¶ Sed tamen his non obstantibus, dictum Bart. nõ videtur verum, quòd testis tunc demum pœna falsi teneatur, quando in dicto suo mendacium dixerit, vel occultat veritatem c. j. de cri. fal. si ergo verum dicat, non videtur puniendus pœna falsi. ¶ Non obst. allegata in contrarium, & primo tex. in d. l. j. §. j. ff. de fal. quia text. ibi non aperit quando verum dicit. simpliciter enim loquitur, quando precium accepit ob dicendũ testimonium. vnde intelligitur ob dicendum testimonium, scilicet falsum, quia verisimiliter pro vero testimonio non fuisset corruptus. Confirmatur hoc, quia tex. ibi alternatiue loquitur, ob dicendum testimonium, vel non dicendum Nam quando ob non dicẽdũ pecuniam recipit, occultat veritatem, & falsum cõmittit, dicto c. j. de cri. fal. ergo etiam in altera parte alternatiue, quando 7 ob dicendum testimonium, intelligitur quòd falsum dicat, † quia vna pars alternatiue secundum aliam intelligitur l. j. vbi Bar. ff. de reb. dub. ¶ Non ob. ꝙ turpiter facit, & quod dicitur de sententia veniali, per hoc non sequitur ꝙ teneatur pœna falsi, quia illa solũ habet locũ, quãdo falsum cõmittitur d. c. j. de cri. fal. l. eum qui. C. de fal. aliter tamẽ poterit puniri, sed non pœna falsi, de qua quæritur. Vltimo non ob. quòd iurauit non testificari pretio, quia intelligit testificari falsum, vt in alio proposito dicit Ioã. de Imo. in l. diuus. de re iudi. quem refert, & sequitur Ioan. de Ana. in ca. ij. de 8 cri. fal. colum. j. Et dictum fuit in cap. licet causam. s. tit. pro. † Et ista conclusio videtur vera, quando apparet, & constat quòd verum dicit. In dubio autem dictũ Bar. videtur habere locum, qñ præsumitur ꝙ falsum dixerit, quia vt dixi, verisimiliter non fuisset corruptus pro veritate dicenda. & ad hoc videndum est quod scribit Alb. meleta in tract. de testi. in cap. quando testes repelluntur ra9 tione criminis. colum. pen. ¶ † Circa secundum dictum, quando testis recipit pecuniam, vt non dicat testimonium, etiam isto casu pœna falsi tenetur, vt probatur in d. l. j. Et hoc intelligitur, quando testificatus fuit, & veritatem tacuit d. cap. j. de cri. fal. Secus si 10 non dixerit testimonium, † quia tali casu licet puniri possit, non tamen pœna falsi tenetur, vt no. Bal. in l. j. §. bene. col. pe. ver. quid in eo. C. de epis. & cler. Flori. in l. j. ff. de testib. Idem Bald. in c. peruenit. el. j. de test. cog. licet Bart. aliter dicat in d. l. j. §. j. ff. de fal. quẽ Doc. reprobant in locis præalle. & hoc etiam tradit Ioan. de Ana. 11 colum. iiij. in d. cap. j. de cri. fal. ¶ † Et in isto secundo casu notandum est quòd iste, qui accepit pecuniam vt non dicat testimoniũ tamen si producatur ab eo, in cuius præiudicium corruptus fuit & testificetur, bene probat.[a] Ita notabiliter Bald. dicit in cap. j. in princi. colum. j. in fin. ver. not. mirabile verbum. in titu. si de inuesti. inter do. & vasal. lis or. quem simpliciter allegant Areti. & Mod. Et hoc dictũ pro singulari Roma. refert in sing. suo. cccxxx. incip. tu scis text. in l. iij. Idem sequitur Ioan. de Ana. in cap. j. colum. iij. de cri. fal. & ad hoc est text. not. in cap. fin. infra de testi. cogen. vbi Bald. per illum text. dixit quòd testes corrupti pecu12 nia, † possunt produci contra corrumpentem, & probant. quia tali casu, testis examinatus etiam probat in fauorem eius, qui corrumpit. quia natura testimonij est, vt testis verum dicat pro vtraque parte, vt per glo. fin. in cap. fraternitatis. infra eod. titu. & latius hoc dicunt Areti. & Moder. Et ad hoc videtur text. in d. cap. fin. de test. cogen. vbi hoc non pręcise dicitur quòd debeant deponere contra corrumpentem, sed pro veritate ibi testimo13 nium perhibeant veritati. † Et ad hoc etiam facit, quia ille, qui testes corrumpit, non per hoc perdit causam, vt not. Barto. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fi. l. penult. in fin. C. si ex fal. instru. 14 quia probatio fit iudici l. quinquaginta. C. de probatio. † Vnde iudex etiam potest se fundare in probationibus, quas pars impugnat, vt not. Inno. in cap. cum olim. vbi abb. post alios, de cens. 15 † Et licet pretio testis induci non possit, præcibus tamen rogari potest, nec per hoc dicitur se ingerere, vt abb. hic dicit, & per Rot. in pen. decis. eod. titu. in not. & dicit Bald. in l. fin. C. si 16 ex fal. instrumen. quòd † instruere testem, qui interfuit, vt veritatem dicat per verba congrua, non est peccatum. & idem Bald. in c. licet. colum. xij. alias. viij. in versi. not. tamen supra titulo 17 proximo. & no. abb. in c. cum in tua. in princ. de spon. † vbi inquit, testem

ADDITIO.

a ¶ Probat. Bald. in c. 5 de testibus cog. Hipp. Marsi. sing. cxij. & l. iiij. de sicar. & consi. lxj. num. 32. Tho. Gram. in consil. j. in fin. & consi. iij. vide Iaso. in l. j. num. 21. de ferijs. in l. prima. de condi. ob cau.

testem non esse suspectum, licet rogatus sit, & obligatus à par-
18 te. † Secus tamen esset, quando testis seipsum ingereret, quia tunc tanquã suspectus est repellendus. vide per abb.in d.c.cum in tua. & idem Bart.dicit in l.post legatum.§.his vero.ff.de his, qui vt indi.cum si.& Alex.tradit in consi.lviij.& viso. col.antepe.
19 ver.non ob.lib.ij.¶ † Secundo nota quòd edictum de testibus prohibitorium est personarũ, vt Abb.dicit,& idem in gl.in l.quoniam.C.de hære.& sic regula videtur in contrarium, argu.l.cum prætor.ff.de iud.xv.dist.c.qualis. & ideo absolute edictum de testibus permissorium videtur, inspecta regula, & prohibitorium videtur secundum quid, videlicet certarum personarum. & ita debet declarari illud, quod dicitur in glo.hic simpliciter, quòd edictum de testibus prohibitorium est.& idem glo.in cap.fi.vers. in testem.eod.tit.in vj.& not.abb.in c.cum apud. in prin.de spon.
20 ¶ † Tertio nota, quòd actus testificandi explicari debet à ieiuno. & idem dicitur in cap.placuit.iiij.q.iij.& hoc de honestate ratio-
21 ne iuramenti, † quod præstatur à testibus, quod quidem iuramentum debet suscipi de honestate à ieiunis.xxij.quæst.v.in cap. honestum etiam videtur. & per glo.de consecra.dist.j.cap.sacramenta. Bene verum est quòd si testis esset ebrius, non valeret
22 eius testimonium, † & simpliciter testamentum eius non vale-
23 ret, vt Bald.hic dicit, in fi.Et de testamento, † idem Bald.tradit in
24 cap.à crapula, infra de vita. & hone.cle.in prin.† Sic etiam contractus ebrij non valet, vt per glo.in cap.vnusquisq;.xxij.q.iiij.in vers.quòd ebrius. & not.Bald.in l.dolum.C.de dolo. in fi.& facit text.in cap.sane.xv.quæst.j. vbi dicit quòd ebrij nesciunt quid lo-
25 quantur, quia & ignorantes dicuntur. † & prædicta locum habent, quando quis ex toto esset ebrius.aliàs secus, vt sentit Bald. hic, dum dicit considerandam esse qualitatem ebrietatis. Et de
26 his dixi in consi.cxij.vbi consului † Paduæ quòd matrimonium contractum per eum, qui fuerat inuitatus ad cenam, non poterat dissolui. Et facit quod dicitur de eo, qui sit ebetis ingenij,
27 † qui licet non habeat integrum intellectum, potest tamen testari, vt no.Pau.de Cast.in l.si frater.C.qui test.fa.po.& no.Ang. Aret.post Ioan.Fab.in.§. præterea. instit.qui.non est per.fa.te.&
28 habetur in consilio præalle.¶ † Et an ebrius excusetur à delicto. adde abb.in c.sicut.j.eo.in pe.col.circa fi.no.Bald.in l.despiciendum.§.delinquunt.ff.de pe.ver.sed quęro. Bald.in l.data opera. col.iiij.C.qui accusa.non pos.& idem Bald.in l.j.in repe.col.pe.C. vnde vi.Saly.in l.j.C.de sic.& de ebrio blasphemante no.abb.in c.statuimus.vers.sed quęro.de maledi.

SVMMARIVM.

1 *Nomen Domini in actionibus nostris inuocandum est.*
2 *Verba enuntiatiua legislatoris non disponunt.*
3 *Inuocatio nominis Domini est leuis solennitas, quæ omissa non vitiat.*
4 *Crucis signum an sit leuis solennitas.*
5 *Causæ decidendæ sunt secundum leges vbi canones non contradicunt.*
6 *Verba statutorum in materia canonum interpretantur secundum eos.*
7 *Auc.incestas.C.de ince.nup.intelligitur de incestu secundum canones.*
8 *Citare potest iudex per se, & eius citatio vim habet peremptorij, constituit reum in vera contumacia, adeo q non potest appellare.*
9 *Impeditus non excusatur si potest remouere impedimentum, nec dicitur impeditus.nume.10.*
11 *Actus gestus contra legem, an & quando valeat.*
12 *Prohibitio legis simplex vel cum annullatione, an differant.*
13 *Renuntiare partes non possunt legi, quæ vltra prohibitionem annullat.*
14 *Forma data videtur, vbi lex procedit annullando.*
15 *Renuntiari non potest legi simpliciter prohibenti.*
16 *Formæ renuntiari potest, quando respicit fauorem priuatum.*
17 *Actus factus contra prohibitionem temporalem valet.*
18 *Lex non permittens, non reddit actum in contrarium factum nullum.*
19 *Prohibitio iuris prætorij non reddit actum nullum.*
Nec vbi est adiecta prohibitioni pœna.nu.20.sed contra, num.21.
22 *Lex si mandat obseruari solennitatem post actum, an inducat actus nullitatem ipso iure, vel annullandi.*
23 *Lex disponens super contractu iam facto, non annullat ipso iure, sed per sententiam, nisi expresse dicatur.*
24 *Seruus non potest esse testis, nisi in subsidium nu.27.*
Potest scribere testamentum.num.25.
Interrogari potest in facto proprio, & ei creditur.num.26.
28 *Citari an debeat pars ad videndum iurare testes.*
29 *Citatio ad videndum iurare testes debet esse peremptoria.*
30 *Victoria causarum stat in probationibus.*
31 *Examinatio facta parte non citata, non facit indicium.*
32 *Informatio potest sumi à teste, etiam non citato.*
33 *Testium dicta contra vnum, faciunt præsumptionem contra alium.*
34 *Clausula, nullius momenti, intelligitur de paruo momento aliquando.*
35 *Clausula, iuris solennitate omissa, non tollit quin debeat pars citari in examinatione testium.*
36 *Examinationi testium pars non debet interesse.*
37 *Iuramentum testium est solennitas iuris ciuilis.*
38 *Citatio de se non dicitur defensio, nisi agatur de causæ cognitione.*
39 *Citari debet pars ad receptionem testium, etiam si procedatur ex officio.*
40 *Exceptiones quæ possunt opponi in iudicio ordinario, opponi etiam possunt quando iudex ex officio procedit.*
41 *Delegatus cui commissa est testium examinatio, potest & debet citare partem.*
42 *Commissa examinatione testium, videtur data potestas super dependentibus.*
43 *Citatio requiritur in publicatione testium.*
44 *Citatio non requiritur quando agitur de informatione notarij.*
45 *Examinatio personæ an sit inhabilis ad dignitatem, non exigit citationem.*
46 *Collatio beneficij facta alicui, parte non citata, valet.*
47 *Examinatio extraiudicialis non requirit partis citationem.*
48 *Citatio non est necessaria, si Papa mandat examinari, an aliquis sit dignus, quia sufficit examinationem concludere examinanti.*
49 *Citatio an exigatur in examinatione testium in causa inquisitionis.*
Quid in causa hæresis.num.50.
Quid si timetur de potentia aduersarij.num.51.
52 *Casus qui occurrit in loco valde remoto, potest probari per testes receptos parte non citata.*
Declara si fiat ne quis indebitè damnum patiatur num.53.
54 *Testes recipi possunt parte non citata, quando lex contenta est argumentis & probationibus, & quando ita se habet stylus.num.57.*
55 *Repetitio testium ad declarandum dictum eorum, an fiat non citata parte.*
56 *Crimen læsæ maiestatis admittit testium receptionem sine citatione.*
58 *Testium receptio sine partis citatione, quando sit nulla vel annullanda.*
59 *Iudicis scientia de impedimento legitimo, an & quando vitiet sententiam etiam interlocutoriam.*
60 *Decretum primum interponitur contra absentem causa reipublicæ.*
Et contra pupillum num.61.
62 *Testium examinatio quando valeat parte non citata.*
63 *Testis cuius dicto testator stari iussit, potest deponere absque eo quòd pars citetur.*
64 *Testis an debeat citari ad hoc vt eius dictum valeat.*
Casus in quo testis debet citari, num.65.
66 *Testis sponte se offerens est suspectus, & quando dicatur se ingerere, & an purgetur per iuramentum, & quando num.67.*
68 *Iuramentum delatum testi quomodo probetur.*
69 *Citari an debeat pars in admissione articulorum, limita num.71.*
70 *Citatio requiritur in interlocutoria præiudiciali.*
71 *Processus ad vlteriora non exigit citationem, sed potest appellari.*
72 *Articuli impertinentes non debent admitti.*
73 *Articuli pertinentes qui dicantur.*
74 *Articuli secundum practicam solent admitti saluo iure impertinentium.*
75 *Iudex quamuis admittere possit articulos saluo iure impertinentium, melius tamen facit si de eis discutit.*
76 *Iudex licet articulos tanquam pertinentes admisisset, omnino, posset postea reijcere.*
77 *Processus an valeat si citatus fuit dominus, & non procurator, qui litem fuerat contestatus.limita, nu.79.81.82.*
Et idem si alius procurator non dominus litis.num.78.
80 *Dominus comparendo non potest procuratorem inuitum reuocare.*
82 *Causa si summaria sit, potest dominus citari, etiam procuratore effecto domino litis.*
83 *Clausula mandati q duorum procuratorum non sit melior conditio præoccupantis, non operatur generaliter vt verba sonant, & qualiter intelligatur.*

1 IN nomine domini. Nota primo q † in actionibus nostris nomen Domini inuocandum est. Ad idem tex.in xxiij.dist.cap.in nomine Domini. cum sim.vt per abb.hic. & per gloss.in proemio insti.in rub.& in auc.de hære.& falci.in princi.facit text.in auc.de armis in princi.in l.ij.in princi.C.de offi.præ. Aphri.& abb.in cap.veritatis. in colum.ij.de do.& contu.cum si. vt tradunt Mod.in rub.de ope.not.nun.Sed vide Andr.Sicu.cauillantem ista iura in rubr.de fide instru.in repe.colum.xij.vbi inquit quòd in d.cap.in nomine Domini.xxiij.distinctio.sunt verba scriptoris, secundum gloss.ibi. dicit etiam quòd alia iura præallegata hoc non probant, non tamen aperit aliter, quia non
2 probent.Sed forte dici potest quòd sunt verba enuntiatiua, † quę etiam prolata à legislatore dispositionem non inducunt, vt not. per glo.& Doc.in l.j.C.quando non pe.par.Ista tamen responsio non facit ad text.quem allegat abb.hic, in cap.nõ liceat.xxvj.q.v. vbi dispositioe dicitur, omnia, quecunque facitis, in nomine Dñi nostri Iesu Christi facite. Sed posset responderi quòd illud sit de cõsilio, prout in Euangelio dicit, vade, & vende omnia, q̃ habes, & da pauperibus.Et quidquid sit, tamen est leuis solennitas, quę
3 omissa non vitiabit, † vt per Barto.& Docto.in rubr.de ope.not.
4 † Et de signo crucis not.Barto.& Docto.in l.fin.C.de iur.delibe.

5 ¶† Secundo not. q causæ decidendæ sunt secundũ leges, ex quo canones non contradicunt. secus si cõtradicerent, distinguendo vt per gl. in regula, possessor, de reg. iur. in vj. nota. Bar. in l. priuilegia, C. de sacr. san. eccle. cum si. vt dixi in cap. clerici. de iu.† Et ibi 6 dictis addatis singulariter quòd verba statuti laicorum in materia spectante ad canones, intelliguntur secundum canones, si statutum imponit pœnam contrahentibus in quarto gradu, intelligitur de quarto gradu secundum canones, quia agitur de matrimonij materia spectante ad canones, vt notabiliter concludit Ioann. And. in addi. ad Spec. in titu. de succes. ab intesta. §. primo. col. iiij. ver. & quia de gradibus. quem refert, & sequitur Alexan. 7 in l. si auie. in fin. C. de succes. edi.† Et per hoc inferebam [a] superioribus diebus per text. in auten. in cestas. C. de ince. nup. dum text. ibi imponit pœnam contrahentibus incestas nuptias, intelligitur de incestis secundum canones. Confirmando opin. abb. qui in terminis hoc tenet in capit. & si necesse, circa fin. infra de donat. inter vir. & vxo. post Car. quem ibi refert. & idem voluit Signo. in consi. xxv. factum sic proponitur. Aliter tamen in hoc tenet Petr. de Anchar. in consi. ccclxxx. videtur prima facie. & Cal. 8 in consi. vlti. in tit. de consangui. & affini. ¶† Tertio nota quòd iudex potest per se citare, & citatio iudicis habet vim peremptorij, & citatum constituit in vera contumacia, adeo quòd appellare non potest, vt not. Angel. ibi per gloss. in l. ij. C. quomodo, & quando iud. de quo dixi in cap. persona. circa fin. de appella. ¶Quarto nota ibi, ineuitabili necessitate, quòd non quælibet 9 necessitas excusat, † nam impeditus non excusatur, si potest remouere impedimentum cap. fin. vbi text. supra de elec. l. quibus diebus. vbi Bald. ff. de condi. demon. & not. Bald. in l. ait prætor. 10 §. j. ff. ex quib. cau. maio.† vbi dicit quòd non dicitur impeditus, qui potest de facili remouere impedimentum, de quo in c. cum 11 sit Romana. de appell. adde text. in cap. fin. de electio. ¶† Vltimo not. quòd actus gestus contra l. non valet. Ad idem est tex. in regula, quæ contra. de regu. iur. in vj. l. non dubium. C. de legi. cum simi. vt per glo. & Mod. hic. & per Alexand. in l. prætor. in prin. ff. 12 de nou. oper. nunciatio.† Et ex isto notabili infertur, quòd non sit differentia an lex prohibeat simpliciter, vel vltra prohibitionem procedat annullando. quia vtroque casu actus est nullus, vt not. Bald. in d. l. non dubium. in iiij. not. Alexand. in l. j. colum. ij. ff. de lib. & posth. & per gloss. in clemen. j. in ver. inhibentes, de iure patro. Moder. tamen in d. l. non dubium. dicunt differentiam esse, quia quando lex simpliciter prohibet, consensus partium aliquid 13 operatur. † Sed quando lex expresse procedit vltra annullando actum in contrarium, partes renuntiare non possunt, vt per glo. in capit. statutum. in versi. committatur. de rescrip. in vj. & est tex. 14 not. in cap. dilecto. de præben.† Et dicunt ratione comprobari, quia quando lex vltra procedit annullando, videtur data forma, vt not. Bald. in d. l. j. & formæ non potest renuntiari, vt not. Bart. 15 in l. de his. ff. de transactio.† Sed ista differentia non videtur vera, quia etiam quando lex simpliciter prohibet, non potest renuntiari, vt not. per glo. in l. j. C. ne fideius. vel man. dot. & ibi Bart. & idem Barto. in d. l. de his. Et casu quo posset renuntiari, quia vt ageretur simpliciter de fauore partium, ita posset renunciari, dato quòd clausula annullatiua apponatur, vt probatur institu. de exhere. libe. in princi. vbi requiritur quòd filius instituatur, vel exhæredetur. & si hoc non fiat, annullatur testamentum. & sic 16 pro forma requiritur. † & tamen renuntiari potest l. filio præterito. & ibi Barto. ff. de iniust. rup. & irrit. testa. vbi inquit quòd formæ renuntiari potest, quando respicit fauorem priuatum. & hoc idem not. abb. per illum text. in cap. fin. §. his autem. de offi. dele. in ij. not. Non ob. text. d. cap. dilecti. de præben. quia respondetur declarando vt dixi in cap. cum accessissent. colum. iij. de constitutio. ¶Et prædicta conclusio limitatur, quando prohibitio legis 17 habet causam perpetuam.† Secus si temporalis sit, quia actus factus contra prohibitionem temporalem, valet, vt not. per glo. in cap. tua nos. de spons. duo. in glo. fin. & in cap. vides. x. distinc. & in cap. secundo per illum text. vbi est fundamentum huius limitationis, de matri. contrahen. contra inter. eccles. & per gloss. in clemen. j. in versi. inhibentes. de iu. patro. abb. hic, & Alexand. in l. j. de libe. & posthu. Sed considerandum est, & dici potest esse speciale in matrimonio, prout videtur sentire text. in d. cap. ij. in quo fundamentum consistit ibi, dum inquit, licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur. Et ad hoc facit, quia sunt plura alia specialia in matrimonio, vt tradunt Mod. in cap. j. in ij. col. vt lit. non cõtest. Aliàs certe videtur eadem ratio q actus non valeat contra legem prohibentem, licet temporalis sit, quia verum est quòd sit factum 18 contra legem. ¶† Secundo limitatur, quando lex prohibet. Secus ergo est, quando lex non permittit, vt notabiliter dicit Saly. in l. fi. in j. nota. per illum text. iuncta l. præced. C. de sen. ex breui. reci. & hoc sequitur Alexand. in consi. xxiiij. inspecto processu. libr. iij. Sed vide eundẽ Alexan. qui hoc reprobat in d. l. j. de lib. & posth. 19 ¶† Tertio limitatur in prohibitione iuris ciuilis. secus est in prohibitione iuris prætorij, quia eius prohibitio non reddit actum nullum. Ita dicit Pau. de Ca. in d. l. non dubium. col. pen. per glo. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de minori. in verbo, non puto, in fin. per ea, quæ notat Bart. in l. Iulianus verum. col. xv. ff. de condi. inde. Sed tamen aduertendum est, quia prætor, & quilibet alius, qui habet potestatem prohibendi actum, prohibendo simpliciter, videtur quòd actus sit nullus, quia ratio regulæ militat, quia est factus contra regulam. Secus vero si prætor vellet tollere actum validũ de iure ciuili, quia tunc nõ potest, nisi per resti. in integ. prout loquitur gl. in d. §. sed vtrum, & Bart. in d. l. Iulianus. ¶Et supradicta habent locum, qñ prohibitio est facta simpliciter à lege absque 20 pœna.† Secus si facta sit cũ pœna, quia illa pœna specialis attenditur, & tollit generalem pœnam, quæ consistit in nullitate actus, arg. l. sanctio legum. ff. de pe. dixi in c. in causis. in vj. col. in fi. de offic. delega. not. Bal. post Io. de Ra. in d. l. non dubium. colum. pen. Sed secundum abb. hic, faciunt iura, quæ vltra penam dicunt de nullitate actus, & idem tenet Car. in clemen. j. in iij. opposi. de rescri. cum similibus, vt per Mod. hic. Sed aduertendum est quia Barto. in d. l. prætor. ff. de nou. oper. nuncia. quem etiam abb. hic 21 refert, tenet contrarium, dum inquit, † quòd ex quo annullatio actus tendit in præiudicium eius, cui pœna imponitur, actus etiã est nullus. Allegat l. j. ff. de his, quæ pe. not. & doctrina Bar. approbatur communiter, vt dicunt Alexand. & Pau. de Ca. in d. l. prætor. Adde Iac. in l. transigere. in v. col. ver. contra communem. C. de transa. ¶Pro solutione cõsidero [b] duos casus. Primus est, quãdo lex, vel statutum immediate prohibendo imponit pœnam, puta si quis prohibeatur cõtrahære in aliquo casu sub tali pœna, nam tunc nõ videtur facta prohibitio simpliciter, sed secundum quid. videlicet respectu pœnæ. Et hoc modo procedit quod not. Bald. in d. l. non dubium. & abb. hic, quia prohibitio satis operatur ratione pœnæ. Vnde non debet extendi, vt etiam actus, qui de sui natura aliàs erat validus, annulletur, argumento l. si præses. ff. de pecul. ¶Secundus casus est, quando primo fuit facta prohibitio simpliciter, deinde pœna statuitur. isto casu vera videtur, & procedit opinio Bart. Exemplum statuto, vel lege caueatur quòd quis non faciat talem actum, & si aliquis contrafaceret, soluat centum, quia cum primo fuit prohibitio simpliciter, actus in contrarium est nullus. in d. l. non dubium. & pœna specialis, quæ postea imponitur, videtur augere prohibitionem in præiudicium eius, qui prohibetur. Vnde inducta in odium non debent retorqueri in fauorem, argu. l. quod fauore. C. de legi. & in l. legata inuiliter. de leg. j. Et hoc probatur in l. iubemus. C. de sac. san. eccle. pro quo adde notabilem doctrinam Bart. in l. vniuersa. C. de præci. impera. offeren. Nec videtur verum quòd in hoc ita sit, quia lex vltima procedit, vt abb. hic dicebat, quia tex. fundatur in ista ratione, quia ea, quæ contra leges fiunt, habentur pro infectis, & quia isto casu ex quo sæparatim facta fuit prohibitio, & pœna imponitur, videtur constare de mente legis. quo casu actus remanet nullus, vt not. Barto. in d. l. prætor. & sufficit etiam hoc constare ex coniecturis, vt not. Alexand. tra-22 dit in consil. lxxxvij. causa mota col. j. libr. iij. ¶† Successiue abb. dicit, esse notandum, quòd si lex post actum mandat solennitatem adhiberi, tunc actus est nullus ipso iure, illa solennitate non interueniente, sed debet annullari. Gratia exempli, si statutum dicat quòd de contractu facto gabella soluatur. aliàs contractus non valeat. Nam licet gabella soluta non fuerit, valet tamen cõtractus, sed annullari potest. Ita Barto. [c] post gloss. ibi concludit in d. l. vniuersa. C. de præci. impera. offeren. ¶Et hoc etiam procedit, vt dixi, si statutum dicat, non valeat, quia intelligitur cum effectu d. l. vniuersa. nisi expresse diceret, ipso iure, vel ipso facto. iuxta glo. in regula, in pœnis. in vj. Et istam doctrinã quam abb. hic ponit, primus ad literam Bald. tradit in l. ita quis. §. ea 23 lege. ver. quæro vtrum. ff. de verbo. obliga. dicens † quòd quando lex disponit super contractu iam facto, tunc ipso iure non annullatur, sed per sententiam iudicis annullari debet, nisi expresse dicatur

ADDITIONES.

a ¶Inferebam. Consi. clviij. & in l. j. C. de secun. nup. & in l. fi. nume. 7. C. vnde legit. & malc.

b ¶Considero. Idem in effectu Deci. supra de constitu. in c. nam concupiscentiam. lectu. ij. de constitutio.

c ¶Ita Bart. Idem Panor. in c. quoniam frequenter. & ibi Fely. vt lite non contest. Ro. in consi. cciij. Bertachi. in trac. gabella. & And. Tiraquel. in l. si vnquam. versi. reuertatur. num. 198. Ant. Corset. in sing. in versi. valeat.

dicatur quòd actus sit nullus ipso iure. Idem Bar. in l. is cõsequenter. §. primo. ff. fami. ercifcun. cũ similibus, vt tradunt Moder. hic, & Ange. in consi. xxxvj. pro decisione quæsitorum. in princi. Petr. de Anchar. in consi. xxj. ex narratis. in fin. Rom. in consil. cciij. quo ad primum. in secundo dubio cum si. vt congerunt Moder. in d. l. vniuersa. in cap. cum dilecto. de rescrip. Quorum omnium dictis adde Roma. in consi. ccxxxvj. vt præmissa consultatio. colum. fi. & Imo. in consi. xliiij. in casu præmisso. colum j. Aret. in consi. lxxvij. & ratio scribendi. colum. fi. Alex. in consi. cxxv. omissis superfluis. colum. fin. libr. j. & in consi. liij. visis. colum. fin. libr. iij. Sed omissis allegationibus pro intelligentia est aduertendũ diligenter, quia verum est quòd quando solennitas requiritur post actum, actus à principio valet, quia non impeditur à solennitate requisita post actum, & hoc clarum est d. l. vniuersa. Sed quando illud, quod post actum requiritur, non sequitur, videtur quòd actus factus, qui erat validus, resoluatur, & an nulletur. & sic in effectu differentia videtur, quia quando aliquid à principio requiritur, si illud non interueniat, actus à principio est nullus. Sed quando ex post facto requiritur, & illud postmodum non fiat, actus resoluitur, vt in si. habetur in l. secunda. ff. de in diem addictio. Et ista resolutio videtur quòd fiat ipso iure, maxime quando dicitur non valeat, prout loquitur text. in d. l. vniuersa. quia satis constat de mente legis, quia ista verba de sui natura important nullitatem actus ipso iure cap. quia propter. de electio. in cle. j. de rescri. Vnde licet pro præterito tempore actus fuerit validus, quia illa solennitas post actum requirebatur, tamen quando postea apparet quòd non fuit obseruatum illud, quod post actum requirebatur, est eadem ratio quòd actus non valeat, quia est contra legem. Et si dicatur quòd actus à principio impeditur fieri, quod facilius est, arg. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. dico, quòd in lege est eadem potentia in vtroque casu, & de voluntate constat. ergo actus est nullus. Et ratio Doct. in d. l. vniuersa. videtur respicere validitatem præteritam antequam constet non fuisse seruatum quod requirebatur, sed quando apparet non fuisse obseruatum quod requirebatur post actum, actus statim debet annullari, quia tunc verum est dicere quòd sit cõtra legem prohibentem, & maxime quãdo verba indicant nullitatem actus, prout loquitur text. in d. l. vniuersa. nec tali casu differentia videtur an dicatur simpliciter, non valeat, vel exprimatur ipso iure, quia aut consideramus validitatem actus à principio, & vtroque casu actus validus erat, ex quo post actum solennitas requirebatur. aut consideramus validitatem actus, quando ipsa solennitas non fuit adhibita, quæ post actum requirebatur, & vtroque casu actus videtur nullus, quia est contra legem, & maxime quando dicitur quòd non valeat, prout loquitur tex. in d. l. vniuersa. ¶ 24 † In gl. secũda ibi, conditio, id est, an sint serui, vel liberi, quia seruus non potest esse testis. iiij. q. iij. §. liberi in cap. forus. §. testes. de verb. sig. vbi text. rationem adducit. & ad idem tex. in l. qm liberi. in auc. si testis productus dicatur. C. de testi. in l. qui testamento. §. seruo. ff. de testamẽ. facit tex. iij. q. v. c. null⁹. in l. qui abstinet. ff. de reb. du. in l. seruus. C. de iud. & not. Spec. in tit. de teste. §. j. in iiij. car. ver. item quod est seruus. Hostien. in summa eod. tit. in princ. 25 vbi citat ista carmina quæ allegantur in glo. ¶ † Et notandum est quod licet seruus non possit esse testis, poterit tamen scribere testamentum l. seruus ff. de testa. de quo miratur ibi Ioan. de Imol. Et quod dictum est de seruo, intelligitur quando debet testificari in facto alieno, prout faciunt testes. Secus est in facto proprio, 26 † quia interrogari potest, & sibi creditur l. quæro. in fin. ff. de edil. edi. iiij. q. iij. §. item serui. in l. quibuscunque. & in gl. pen. C. de ser. 27 fu. & no. Spec. in loco præallegato. ¶ † Secundo, quod dictum est de seruis, limitatur non habere locum in subsidium, quia serui in defectum aliorum admittuntur. iiij. q. iij. §. serui responso. & in l. serui. ff. eod. tit. & not. Spec. in loco præallegato. & sequitur Albmaleta in tract. de testi. in cap. de personis. quæ repelluntur ratione personæ. in princ. Sed considerandum est. quòd istud videtur a intelligendum in actibus, qui de sui natura [a] non cadunt verisimiliter in notitiam aliorum, vt in l. consensu. C. de repu. aliàs secus, vt dixi in c. tertio loco. s. tit. j. Non obst. text. in d. c. serui. quia videtur loqui quando seruus interrogatur de facto proprio, vt supra dictum est, non quãdo seruus testificatur de facto alterius. Et de alijs cognitionibus, de quibus gl. hic loquitur, nõ insisto hic, quia inferius occurrent dicere in proprijs locis. ¶ Primus intellectus in glo. audire, communiter approbatur, vt not. per gloss. in l. current. ff. eod. tit. & in l. si quando. C. eo. ti. cum simi. vt tradunt Mod. hic. & idem glo. in cap. constitutus. in verb. satisfactori. infra de 28 fideius. not. Bald. in auc. hodie. in princi. C. de iura calum. † Abb. successiue quærit an sit verum indistincte quòd pars debeat citari ad videndum iurare testes. Et exequendo materiam pluralem huius decretalis, regula sit quòd citatio sit necessaria, per istum tex. & in l. si quando. C. de testi. & secundum istam regulam consuluit Imol. in consi. cxxxvij. nisi. Rom. in consil. cxcij. sicuti. in fin. 29 Alexand. in consi. xxv. in causa. in fin. iiij. libr. † Et talis citatio, quæ requiritur, debet esse peremptoria, secundum Bal. in d. l. si quan-30 do. in ij. col. vers. venio ad materiam, quia † victoria causæ stat in probationibus. Sed contrarium tenet abb. hic, in iiij. not. idẽ Ant. de But. post Aegidium & Ioã. And. in c. consuluit. col ij. de offic. deleg. in cap. pastoralis. col. iiij. de excep. & not. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. col. iiij. de dam. infec. Alexand. ibi in xj. colum. ver. item in quantum. Et ista videtur communis opi. quam in effectu Mod. sequuntur hic, in prima quæstione extra gloss. Sed tamen pro opin. Bald. mihi videtur text. in d. cap. consuluit. in princ. de offic. deleg. dum ibi dicit peremptorie partes fuisse citatas, referendo se ad principium, quod loquitur de citatione ad recipiendum te-31 stes. vide quæ ibi dixi. vbi plene examinaui. ¶ † Prædicta conclusio ampliatur primo, vt talis examinatio facta parte non citata nõ faciat indicium, vt not. Bart. in l. maritus. colum. j. in fi. ff. de questi. & abb. hic inferius sequitur. & hoc etiam tenet Aret. in princ. hic per istum text. ibi, nullius momenti. & Mod. sequuntur reiecta opin. Barto. & ibi glo. in l. res hæreditarias. ff. de cri. expil. hære. & idem sequitur Alexand. in consi. clxxix. colum. iij. in causa. libr. ij. In contrarium tamen quòd ista examinatio facta parte non citata, faciat indicium, adduco glo. [b] notabilem in capit. cum olim. j. 32 in versi. fratrum, de priuileg. † Et ad hoc facit, quia informatio potest sumi à teste etiam non iurato. glo. not. quam ibi not. Bal. in cap. j. §. si duo. de pa. tenen. colum. j. Alexand. in l. milites. ff. de test. mili. ergo pariter à teste non citata parte, quia ista duo æquiparantur, vt not. Bald. in auc. hodie. in princi. C. de iura. calum. Et ad hoc etiam bene facit quod no. Bar. in l. admonendi. colum. 33 antepen. ver. quid si dicta testiũ. ff. de iureiuran. † vbi tenet quòd dicta testium contra vnum, contra alium faciunt præsumptionem, si tamen citatus non fuit. Non ob. text. hic, ibi, nullius momenti, quia hoc intelligitur quo ad probationem, ita vt possit propter hoc condemnari, non autem ista verba excludunt præsumptionem, per supradicta. & de hoc vide infra in vij. fallen. 34 † Et quia quandoque ista verba, nullius momenti, accipiuntur pro paruo momento, vt in cap. pastoralis. in princ. supra de offi. delega. & quia ista sunt verba partis, quæ papa hic refert. & not. 35 in l. si quando. C. eod. ti. ¶ † Secundo ampliatur prædicta conclusio, vt procedat, etiam si causa sit expedienda iuris solennitate omissa, quia hoc esset per defensionem, quę per illa verba non excluditur, vt no. Bart. in l. filiofami. ff. de dona. colum. j. & Mod. hic simpliciter sequuntur. Are. in consi. lxij. ex facto. Sed aduertendũ 36 est, quia isto casu citatio sit solum respectu iuramenti, † quia pars non debet interesse examinationi testium, vt not. Bald. in d. auc. 37 hodie. in princ. C. de iura calu. † & tali casu iuramentum testium tollitur, quia est solennitas iuris ciuilis, vt ipse Bart. dicit in d. l. filiofami. cum sim. vt Alexand. scribit in d. l. milites. C. de testa. mili. 38 † Et citatio de se non dicitur defensio, nisi agatur de causę cognitione, ita quòd citatio sit ordinata ad defensionem, vt not. Bald. in l. executorem, in antepen. colum. C. de execu. rei iud. Roma. in rub. de arbi. colum. v. Cum ergo citatio respiciat iuramentum testium, non videtur tractare de defensione. & sic videtur cessare ratio Bart. in d. l. filiofa. nisi dicamus quòd agatur etiam de defensione, quia tunc opponitur in personas testium. Sed replicari potest quòd tali casu, quando pars non fuit præsens, etiam publicatis attestationibus opponere potest contra personas testium, vt not. Bald. & Saly. in l. si quis testibus. C. eod. tit. Moder. in cap. præsentium. colum. ij. ver. vj. fallit. infra eod. Et secundum hoc saluari potest quod not. Bart. in l. ij. de naufra. C. lib. xj. quem 39 Moderni hoc reprobant. ¶ † Tertio ampliatur, etiam si iudex ex officio procedat, vt not. Ioan. And. in eod. tit. §. nunc tractandum. 40 in princi. in addi. ad Specu. † Et ad hoc facit, quia exceptiones quæ opponi possunt in iudicio ordinario, etiam opponi possunt, quando iudex ex officio procedit, vt not. Barto. in l. ij. §. publici. ver. quæritur in iiij. colum. ff. de adult. Alexand. in consil. & viso. col. ij. lib. ij. & in proposito no. Bald. in c. cum inter. de consue. 41 ¶ † Quarto ampliatur etiam in delegato, cui simpliciter commissa sit examinatio testium, quia poterit, & debet citare partem aduersam, vt no. Ant. de But. in c. constitutus. in quarto no. de ap-42 pel. Et ad hoc facit, † quia ille, cui cõmittitur examinatio testium. videtur

ADDITIONES.

a ¶Sui natura, Vide Dec. s. de prob. c. j. nu. 31. cap. tertio loco. nu. 4.

b ¶Glo. Sed est bonus text. in l. quero. §. fi. ff. de edilict. edic. & ibi Ang. Alex. in consi. xxiiij. nu. 40. li. ij. Adde Alex. in cõsi. cxlvij. li. vj. cõsi. ccxcj. lib. ij. Are. cõsi. clxiiij. Curt. iun. cõs. cvj. Dec. cõs. liiij. Aymo. cõsi. cxcviij. i fi. Affl. decis. Neapoli. xl. n. 10.

32 de appel.& And.Sic.in conſi.ij.col.xiiij.lib.ij.¶† Succeſſiue quęri
tur ſ̄m abb.quid in prælato eccleſiæ, qui ſolus ſit?Ioan.An.quem
abb.refert, tenet ꝙ non admittatur, quia agitur de eius intereſ-
ſe, cum ipſe ſolus habeat omnem adminiſtratinnem c.relatum.
el.ij.de teſt.abb.dicit ꝙ iſta ratio ſola non ſufficit, quia poteſt eſſe
alius prælatus iudex in cauſa eccleſiæ c.cum perſonæ, de priui.
in vj.& quia bona ex toto non cedunt menſe prælati, ſed vſui
pauperum.xvj.q.j.c.fi.& Mod.ſequuntur Sed tamen opin.Ioan.
And.verior videtur. Pro quo facit glo.not.in cap.potuit. in verſi.
expelli. de loca.& quia prælatus dicitur procurator c.ij.de dona.
ergo

ADDITIONES.

a ¶Vniuerſitate. Adde ꝙ teſtes vniuerſitatis etiam in cauſis onerum nō probant, ma-
xime vbi interueniſſent in ſyndicatu ad litigandum, quia tunc tales teſtes non
probant etiam in caſibus ſpecialibus, in quibus teſtes vniuerſitatis pro ea admit
tuntur.Io.Bap.Plot.in l.ſi quando. nu.142. ver.hinc infertur.C.vnde vi.& vide
Dec.ſ.de prob.in c.tertio loco.& quando alij teſtes non accipiuntur, nec repe-
riuntur an probant.Plot.in d.ver.hinc infertur.

b ¶Integri. Vide Alex.in conſi.xliij.nu.23.in iiij.vol.Pet.Phili.Corne.in conſi.cclxj.
lib.j.conſi.ccxvij.lib.iiij.Tho.Gramma.conſi.xxij.& Pet.Gerar.in ſin.xxiiij.

ergo non potest testificari c.fi.eod.tit.de testi.in vj.Non obstat, q prælatus iudicare potest in causa ecclesiæ, quia potest tamē recusari, vt no.in c.cū venissent. de iudi.Item pōt iudicare in causa ecclesiæ, qn ipse est solus, prout loquuntur Doc.in d.c.cū venissent. Non ob.q ex toto non sint bona de mensa, cum cedant in vsus pauperū, quia idē est de bonis, quæ sunt de mensa, quæ vltra necessitatē debent dari pauperibus, vel cōuerti in vtilitatē ecclesiæ. in c.de his. de eccle.edifi.¶† Quid aūt in prælato ecclesiæ collegiate? Abb.primo concludit q non sit testis idoneus, si agatur de bonis mensæ suæ.& ad hoc facit.quia tali casu etiā iudicare nō potest, vt no.abb.post Ant.de Bu.in d.c.cum venissent.in v.col.Do. in c.j.col.fi.de pe.lib.vj.cum si.vt tradit Alex.in consi.lxxix.circa principiū.col.ij.lib.j.Et facit, quod supra dictū est de hominibus vniuersitatis, qui non testificantur, quando singulariter cōmodū consequuntur.† Et quando bona dicantur esse de mensa prælati. not.per gl.in ver.de mensa.in cle.vnica de exces.præla.& Doc.in c.vt super.de reb.eccle.non alie.¶† Secundo abb.concludit q si agatur de bonis ecclesiæ, & prælatus cum cap.procuratorē constituit, testificari potest, vt probatur hic, quia tunc prælatus videtur interuenire tanquā pars ad reintegrandum capitulū c.nouit. de his, quæ fiunt à præla.Secus videtur, quando solus prælatus procuratorē cōstituit, quia habere videtur affectionē ad causam, vt no.Inno.in c.præsentium. de testi.in vj.& sequitur Bar.in l.qui testamēto, in prin.ff.de testa.abb.hic, & Domi.in c.iudex.col.j.de offi.iudi.deleg.in vj.& hoc vltimū dictum secundū Arc.hic procedit in prælato seculari. Secus est in prælato regulari, qui nō videtur habere vsumfructū, sicut secularis, & Mod.sequuntur.Sed tamen cōclusio abb.indistincte magis placet, quia in causa cōmuni cum capitulo prout Doct.hic loquuntur, nō cōsideratur interesse prælati, vt hic patet.Sed solum consideratur affectio, quā videtur habere prælatus, qui solus procuratorē constituit. Et ista ratio ita militat in prælato regulari, sicut seculari. Et quia iura in ista materia nō faciunt differentiā inter prælatū secularē, & regularem, quia vterq; in effectu habet plenā administrationē, & vterq; etiā solum percipit vitam necessariā.Et istam conclusionem sequitur Roma.in consi.ccccxx.incipi.quęstio preposita.in fi.¶† Quid autem in eo, qui fuit administrator? conclusio est secundū Ioā.An. quem abb.refert, q repellatur à testificando, si de suo interesse agatur. aliàs secus.¶ Et dictū Ioan.An.sequitur Ant.de But.in c. cum à nobis. col.v.j.eo.& in cōsi.xxiiij.hæc quęstio.col.pe.cum si. vt Alex.scribit in consi.lxxxvj.visis limitationibus.col.ij.† Et maxime quod dictum est habere locum in causa criminali.no Fulg.in consi.clxxiiij.super eo.col.j.Facit dictū Bar.quem abb.hic refert, in l.deferre.§.decreuerūt.ff.de iure fis.quod etiā sequitur Cuma. in consi.lxviij.in præsenti quæstione, & Alexand.in consi.cxiij.ex his. col.penult.libr.j.& ibi etiam habetur de proxeneta, de quo abb.hic incidēter loquitur.† Et de proxeneta tradit Imol.in consi.cccciiij.in causa præmissa. libr ij.And.Sicu.in consi.lv.colum.v. libr.j.& idem Alex in consi.cxxviij.ponderatis.libr.ij.& ad ea, quę hic abb.dicit, conferunt quæ not.Imol.in consi.lvij.in casu præmisso. & consi.cl.in causa quæ vertitur. colum.penult.Roma.in consi.ccccxx.in proposita quæstione.Alexand.in cōsi.cxix.in his. col.ij.libr.iiij.Albe.mal.in tra.de test.in iiij.parte primæ partis in princ.¶† Et notandum est q procurator, solicitator, vel aduocatus in causa possessionis, potest esse testis in causa proprietatis, vt dicit Anto.de But.in c.à nobis.col.pen.j.eo.vbi loquitur in aduocato. & sequitur Imo.ibi & Alb.mal.in d.suo trac.loco prælle.& ratio illa videtur, q causa proprietatis sæparata est à possessione l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.pos.† Et ad hoc bene facit, quia testis, qui iurauit in articulo possessorij, nō potest examinari, nec interrogari sup proprietate, quia esset nō iuratus, vt dixi in c.j.in glo.j.de confir.vti.vel inuti.& not.dixit Bald.in l.fi.circa fin.C.qui leg.perso.¶† Quid autem in legatario? si iura clara sunt, q testis esse possit in testamento l.qui testamento. in prin.ff. de test.§.legatarijs. institu.de testa. Sed difficultas est in ratione abb.qui concludit, q ista iura habent locum in testamento in scriptis.secus esse videtur in testamento nuncupatiuo.Mod.sequuntur, allegantes plura loca, in quibus de isto articulo tractatur, & prius allegant Alex.in l.dictantibus.C.de testa.vbi Alex.dicit q communis est opi.q legatarius indistincte pro hærede in testem admittatur.& sic etiam in testamento nuncupatiuo credendum videtur legatario.& probatur hoc in d.§.legatarijs.per rationem, quæ ibi allegatur, quia non sunt iuris successores. Nam ista ratio abb.expressa, pariter militat in testamento nuncupatiuo, & licet testamentum nuncupatiuum possit fieri simpliciter septem testibus adhibitis.§.fi.instit.de testa.tamen debent esse legitimi testes, per supra dicta, q a prohibitio, & permissio facta in testibus, videtur cōmunis, tam in testamento nuncupatiuo, quam in scriptis. Mod.in d.l.dictantibus, admirantur, q Doc.ita transeunt, quia procurator & aduocatus repelluntur l.fi.ff.eo.c.fi.eo.ti.in vj. & in istis agitur de cōmodo in consequentiā, ita ergo videtur in legatario. Sed si legissent abb.hic, non fuisset mirandum, quia istam rationem contra legatarium omnes adducunt.Sed respondetur q aduocatus, & procurator repelluntur propter affectionem causæ. quæ ratio affectionis non est in legatario, q in legatario solum agitur de commodo in consequentiam, propter q omnino debet repelli, vt hic, cum simi.Et vlterius in legatario aliam rationem alle.Bal.in l.si municipes.ff.quod cuiusq; vni.videlicet, quod admittatur legatarius ex eo q rogatus fuit à testatore. & hoc sequitur Arc.in d.l.qui testamento. in princ.Sed contra hoc facit text.in.§.sed neque hæres.insti.de testa.vbi hæres, & pleriq; alij repelluntur, vt testificari non possint, & tamē etiam ipsi sunt rogati à testatore, nisi dicamus quòd in hærede agitur de causa sua principaliter, non sic in legatarijs, de quorum interesse agitur in consequentiam. Videtur etiam quòd dici possit, q legatarius approbatus sit ex speciali concessione Imperatoris, vt colligitur in fin.d.§.legatarijs. ibi, & hoc eis specialiter concessimus. Et ista solutio posset procedere, si talis constitutio fuisset facta ante legem Iurisconsul.quæ habetur in l.qui testamento.ff.de testa.in princ.Sed si posteriori tempore facta fuisset, prout videtur verisimile, talis responsio non procederet, quia hoc etiam erat ante talem constitutionem, vt probatur in d. l. qui testamento. Finaliter concludendum est, quòd in legatarijs specialiter concedatur hoc, propter maiorem numerum testium, & quia rogati sunt á testatore, & quia tractatur de ipsorum cōmodo in consequentiam, his tribus concurrentibus, iustificatur quod dicunt iura de legatarijs.¶† Quid autem in venditore, an pro emptore testificari possit, gl.in l.nullus.ff.eo.tenet q non, & hoc qn venditor de euictione tenetur.aliàs secus. & ita tenet Spe.co.ti.§.j.vers.tamen quid de venditore. Arc.iiij.q.ij.cau.si testes. ver.nullus idoneus.Bald.in l.omnibus.in princ.C.eo.ti.& sequitur Alb.male.in suo tra.in quarta parte primę partis principalis. Idem Bal.in consi.cccxxxix.apparet.libr.iij.Ro.in consi.ccclxxxij.quo ad primum, in princ.Alex.in consi.ccxix.viso. col.ij.lib.ij.Anto.de But.tamen prout hic abb.refert, absolute tenet q venditor repellatur,[a] quis de euictione non teneatur propter affectionē, quam videt habere ad causam, sicut in proxeneta abb.dicit hic. quod simile nō videt bonū, quia cōmuniter proxeneta est vilis persona, non sic in venditore. Sed replicari potest de aduocato, quia etiam repellit propter affectionem l.fina.ff.eo.& tamen non potest dici, q sit vilis persona. Vnde aliter respōderi potest ad simile de proxeneta, & aduocato, quia in talibus tractatur de interesse suo & honoris, & vtilitatis, quòd res optatū finem cōsequatur.non sic est in venditore, de cuius interesse non agitur, quia non est obligatus de euictione. Barto.tamen videtur tenere quòd indistincte repellatur, in d.l.omnibus. in ver.nullus. quem Floria. sequitur. Sed concordando opin.dicamus, vt dicit Anton.de But.hic penul. colum.quòd integrum non sit eius testimonium, sed quanta fides adhiberi debet, statur arbitrio iudicis, considerata qualitate personæ, vt abb.hic concludit.¶† Quid aūt in donatore[b]. Abb. dicit esse arbitrarium, quantum credatur. Saly.tamen in l.si ad te.C.de fal.refert, quòd Doct.communiter tenent quòd repellatur, quia donatarius remanet obligatus ad antidora, & isto respectu agitur de interesse donantis.Idē tenet Ang.in d.l.omnibus. Alber.in loco pallegato versi.vltra pdicta.† Et maxime ista conclusio haberet locū in donatione remuneratoria, in qua donans de euictione obligat, vt no.Bar.in l.Iulianus.§.qui fundū.ff. de verb.obl.cū simi.vt Alex.tradit in cūsi.xlvij.visis instrumētis. col.iij.lib.iij.† Et de ista obligatione ad antidora, vide quæ dixi in c.ad nostrā. in iij.col. ver.extra gl.s.de proba.& p Philipp.ibidē. ¶† Quid aut em in socio? cōclusio est, quòd si agatur de interesse eius, repellatur. aliàs secus. & ita effectu Ioan.And.concludit hic.Bald.& Saly.quoniam liberi.C.eo.Ange.in l.si duo.in prin.ff. si quis cau.in ver.ex prædictis.Flor.in l.nullus. in fin.ff.eod.idem Innocen.in cap.quoniam.supra eod.& hoc idem tradit Angel.in consi.cclvj.visis attestationibus.col.j.Are.in consil xiij.viso.col.x. ¶† Quid autem in solicitatore,[c] abb.se remittit. Addatis Alex. qui alios plures refert in consi.cliij.viso. colum.j.libr.vj.& Rolate in consi.ccccxx.in proposita quæstio.¶† Postremo quæritur quid

ADDITIONES.

a ¶Repellatur. Vide Alex.in consi.cxix.nu.25.lib.vj.Et placet.licet Aufrer.in tract. de reprob.testi.in vers.venditor.sequatur distinctionem Panor.hic.

b ¶Donatore. Quod repellatur, tenet Pau.in l.si sub vna.§.j.ff.de verbo.obli.decis. Tholosa.xciiij.Dec.s.de prob.c.ad nostram in fi.

c ¶Solicitatore. Rota decisio.cxlix.in nouis. Alexan.consi.cliij.nume.5.lib.v.co-u si.cclij.lib.vj.

quid in vaſallo. abb.& Ioan.And.concludit eſſe in arbitrio iudicis, inſpecta qualitate Domini, & vaſalli. Albe.male. in d.ſuo trac.in ij.quęſt.primæ quęſtionis principalis in ver.vlterius exhibendum, finaliter tenet, quòd vaſallus abſolute repellatur. Mouetur, quia maior eſt obligatio vaſalli erga dominum, quàm erga patrem c.domino guerram.in fi.in tit.hic finitur lex deinde incipiunt conſuetudines regni.in vſi.feu.ibi, dum dicitur contra omnes debet vaſallus dominum adiuuare, & contra fratrem, filium, & patrem. Et ſi vaſallus teſtificatur contra dominum, feudo priuatur, glo.no.in cap.j.in.§. item ſi delator.in ver.perdet. in tit.quæ ſit prima cau.beneficij amit.Sed quòd immo vaſallus poſſit, tenet Iaco.Aluaro.per illum text.in cap.j.§. teſtis. ſi inter domi.& vaſal.lis oria, & in cap.j.§.j.in fi.in tit.quid ſit inueſti. Et hoc idem voluit gloſſ.in cap.de forma.xxij.quęſt.v.Spe. in eod.tit.ver.ſed nunquid vaſall.& ſequitur Bald.in cap.ego N. col.fi.de iureiuran.Et tenendo iſtam opi.non obſtat ratio, quam Alberi.male.adducit in loco præallegato de iuramento vaſalli, quod aſtringit vaſallum, etiam contra patrem, quia illud locum habet in reſpicientibus cauſam feudi. Sed Doc.hic loquuntur extra cauſam feudi. & breuiter ſecundum abb.opin.concordari poſſunt, quòd hoc totum ſit in arbitrio iudicis, inſpecta qualitate domini, & vaſalli. & ex his expedita ſit iſta Decretalis in qua multa notabilia dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Parochiani admittuntur ad teſtificandum contra rectorem quando agitur de crimine ciuiliter.*
2 *Simonia committitur etiam in iure patronatus.*
3 *Epiſcopus ſolet parochianis gratificari.*
4 *Simonia committitur non ſolum in dando, ſed in remittendo.*
5 *Parochiani poſſunt cogi ſoluere illud quod conſuetum eſt.*
6 *Parochiani licitè dant aliquid pro adminiſtratione ſacramentorum, ſi eccleſia non habet dotem, & an non ſoluentibus poſſint ſubtrahi ſacramenta.*
7 *Oblationes cedunt parrocchiæ, & eius rectori, non ei, qui accidentaliter celebrauit.*
8 *Simonia etiam ſi ciuiliter agatur, plenam & ordinariam probationem requirit, nec defertur iuramentum in ſupplementum.*
9 *Iuramentum non defertur in ſupplementum in cauſis beneficialibus.*
10 *Simonia in ingreſſu mulieris quomodo cognoſcatur.*
11 *Remittere eſt dare. limita in debito pœnali, nume.15.& in datione ob cauſam, nume.16.*
12 *Remiſſo debiti eſt donatio, intellige in debito liquido, num.14.*
13 *Inſinuatio requiritur in remiſſionibus.*
17 *Remiſſio facilius fit quàm datio.*
18 *Fama probat in his, quæ ſunt leuis præiudicij.*
19 *Fama debet trahere originem ex probabilibus coniecturis.*
20 *Fama etiam in antiquis non probat.*
21 *Teſtimonium de auditu valet, in excedentibus memoriam hominum.*
22 *Dominium de præſenti non poteſt per ſolam famam probari.*
23 *Fama non facit gradum probationis.*
24 *Fama facit ſemiplenam in ciuilibus non in criminalibus, nu.25. etiam ſi agatur de crimine ciuiliter, num.28.*
26 *Præſumptiones quæ in ciuilibus admittuntur, in criminalibus non habent locum.*
27 *Teſti abſq; ratione, dato ꝙ non ſit interrogatus, non creditur in criminalibus, licet ſecus ſit in ciuilibus.*
29 *Fama non probat in cauſa ciuili ſamoſa & ardua.*
30 *Cauſa grauis dicitur in qua agitur de diſſoluendo matrimonio.*
31 *Fama cum vno teſte non probat in cauſis, in quibus iuramentum non defertur.*
32 *Fama ſupplet, quando eſt pluſquam ſemiplenè probatum. Et quando ita eſt à ſtatuto diſpoſitum, num.33.*
34 *Fama plenè debet probari duobus teſtibus, & vnus non faceret ſemiplenam.*
35 *Teſtes de fama etiam non interrogati, debent rationem reddere, quando ex forma ſtatuti probant.*
36 *Teſtis deponentis de fama ratio ꝙ publicè audiuit, non valet. Nec ſufficit ꝙ imperſonaliter loquatur, num.37.*
38 *Teſtis qui interrogatus de fama dicit ſe neſcire à quibus audiuit, non probat.*
39 *Fama debet habere originem à fidedignis, & ex probabilibus coniecturis.*
40 *Fama probat vbi agitur de modico præiudicio.*
41 *Nobilitas & virtus probatur per famam.*
42 *Conferendi ius ad aliquem pertinere, probatur per famam.*
43 *Fama probat in c.reintegranda.*
44 *Teſti vnico quando credatur.*
45 *Papa non poteſt facere vt ſtetur dicto vnius.*
46 *Dicto vnius ſtatur de damnis & intereſſe, ſi ita conuentum ſit.*
47 *Scripturæ priuatæ ꝙ ſtetur, valet conuentio, maximè iam factæ, nu.48.*
49 *Teſtis vnius dicto ſtatur, ſi deponit de facto proprio.*

VEniens.i. ¶ Decretalis iſta ſummatur, & diuiditur, vt per Abb.hic. 1 ¶ † Primo not.ſecundum abb.quòd parochiani admittuntur ad teſtificandum contra rectorem, quando agitur de crimine ciuiliter, & poſteriores ſequuntur. Sed prima facie ad iſtum text.videtur reſponderi poſſe, quòd loquitur in caſu ſpeciali ſimonie, vt patet in litera, quo crimine ſpecialiter crimino ſi, & inhabiles admittuntur cap.tanta. de ſimo.& per glo.in cap.cum P.de accuſ.& ij.queſt.vij.in ſum.Replicari tamen poteſt quòd ſpecialitas, quæ in crimine ſimonie conſideratur, procedit, quando agitur criminaliter. Secus ſi agitur ciuiliter de tali crimine, vt probatur hic, vbi ordinaria probatio requiritur. Et quidquid ſit, dictum abb.eſt verum in ſe, quia parochiani, licet laici ſint, poſſunt petere quòd malus rector remoueatur, quia agitur de ipſorum intereſſe, vt no.Goſ.& abb.hic refert in cap.quòd Dei timorem.in iij.no.de ſtatu reg.& abb.tradit.in c.ex parte Ade.ſ.eo. 2 ¶ † Secundo not.quòd ſimonia committitur, etiam in iure patronatus. Ad idem text.in cap.præterea. de tranſ.& abb.hic inducit iſtum text.& concludit, quòd parochiani hic haberent ius patronatus, quia cum eſſent laici, aliud ius habere non poſſunt. Sed tamen reſponderi poteſt, quòd hoc non apparet quòd eſſent patroni. vnde quod hic dicitur, fieri potuit, vt ſuperior induceretur ad gratificandum parochianis, 3 † quia ſolet epiſcopus parochianis gratificari, licet non ſint patroni, vt not.Archi.lxxj. diſtin.c.hortamur. & not.abb.in d.c.quòd Dei timorem. de ſta. regu.in iij.not.& in cap.venerabilis. in fi.car.de exce.Quod autem abb.dicit, quòd etiam in iure patronatus ſimonia committitur.tenet glo.j.quæſt.j.in ſumma.& tradit Roma.in conſ.cccxvij. circa propoſitum. & in conſi.ccclxxviij.præſens conſultatio. & dixi in conſ l cxvij. 4 ¶ † Tertio nota, quòd ſimonia committitur non ſolum in dando, ſed etiam in remittendo. Ex quo abb.infert, quòd remittere ſit dare. Sed iſta illatio neceſſario non infertur, quia ſimonia non ſolum committitur in dando, ſed in quocunque munere, vt habetur in cap.nonnulli.j.quęſt.j.illatio, quam abb.facit, haberet locum, ſi iura dicerent ſimpliciter ſimoniam committi in dando. De hoc tamen an remittere, ſit dare, videbimus in gloſſ. 5 ¶ † Quarto nota ſecundum abb.hic, quòd parochiani poſſunt cogi ad ſoluendum illud, quod ſunt conſueti ſoluere parochiano. Sed iſtud not.non videtur probari hic, quia iſti erant patroni ſecundum abba.& ſoluebant pro beneficio, & non ratione conſuetudinis, vt etiam Areti.hic dicit. Dictum tamen abb.videtur verum per text.in dicto cap.ad apoſtolicam de ſimo.& not.abb.in cap.penultimo. de ſepultu. Petrus de Ancha.in conſilio.xlvij.quia talia aſſerunt. Anto.de But.in conſilio penul.viſo. & facit quod not.Barto.in l.priuilegia.C.de ſacroſanctæ eccleſiæ cum ſimil.Et idem econtra de candelis ſolitis dari per præsbyterum parochianis, vt not.Fed.in conſilio clv.quæſtio, quam laicus. 6 † Et ſubijcit Abb.per iſtum text.quòd vbi eccleſia non habet dotem, parochiani licite dant aliqua pro adminiſtratione ſacramentorum, adeo quòd poſſunt compelli, ſubtrahendo eorum adminiſtrationem, vt per gloſſ. in capit.omnis Chriſtianus. de conſue.diſt.j.Sed hoc vltimum dictum non eſt verum, quod ipſe ſacerdos immediate denegare poſſet. ſed habet recurrere ad ſuperiorem, vt not.abb.poſt alios in rub.de parochia.facit quod not.Lap.alleg.lvij.quoddam monaſterium. colum.penult.cum ſimi.vt tradunt Moder.hic. Et adde quòd tali caſu oblationes ſunt de præcepto, vt not. abb.in cap.cum cauſam. de verbo.ſignificatione. & in d.rubr.de par. 7 ¶ † Et notandum eſt, quòd oblationes cedunt ipſi eccleſiæ parochiali, & ipſi rectori parochie populi, & non illi, qui accidentaliter celebrauit, vt not.abb.in cap.paſtoralis. de his, quæ fi. à præla.& not.Moder.in cap.dilectus. de offi.or.Et quod dictum eſt de oblationibus limitatur ſecundum abb.hic, niſi clericus aliter poſſet honeſte victum quærere, argu.capitu.clericus victum.xcj.diſtin.& in cap.j.de cel.miſſ.& ita Moder.ſequuntur. Sed aduertendum eſt, quòd illa iura loquuntur de exercitio, quod licite poteſt facere clericus, vel præsbyter, poſtea quàm ſatisfecit officio, quod ſibi imcumbit. ſed non dicunt quòd teneatur, & ideo indiſtincte videt̄ quòd præsbyter poſſit habere oblationes, vel temporalia à parochianis, non obſtante, quòd victum cum artificio alio quærere poſſet, quia qui altari ſeruit &c.c.cum ſecundum. de præben.facit quod not.abb.in cap.epiſcopus. de 8 præben.in c.poſtulaſti. de reſcrip.& ibi dixi in fi. ¶ † Quinto not. quòd vbi de crimine ſimonie agitur ciuiliter, plena, & ordinaria probatio requiritur, & tali caſu non defertur iuramentum in defectum plene probationis, quia cauſa non eſt leuis, vt abb.hic cōcludit.Et ad hoc bene facit dictum Bal.in l.in bone fidei. col.j.C.

de reb,

9 de reb.creditis.† vbi inquit, ꝙ in causis beneficialibus non defertur iuramentum in defectum probationis, vt notat Domini.in c. fi.de eo, qui mit.in poss.lib.vj.& hoc intelligitur in ipsa causa principali beneficiali. secus est in aliquo incidenti, vt probatur in c. ex insinuatione. de procu.¶Vltimo abb.hic post Ioan.An.concludit, ꝙ si iste presbyter fecisset promissionem post præsentationem de eo factam à parochianis, non fuisset simonia, nisi conuentio præcessisset, per tex.in c.Artaldus.viij.quest.iij.ibi, nullam

10 ante conuentionem, vt eligeret, feci &c.† Et hoc idem in simili abb.tradit in ingressu monasterij monialis, quia consideratur an præcedat taxatio, vt no.abb.in c.dilectus.lib.ij.de simo.facit quod no.idem abb.in cap.Mattheus.de simo.in fi.quod tradit Ioan.de Ana.in cap.audiuimus.in fi.de collu.deteg.& dixi in consi.cxviij.

11 ¶† In glo.j.colligitur ꝙ remittere, sit dare, vt in iuribus in ea allegatis. Ad idem text.in l.si fundum.§.Titio.de lega.j.cum si.vt per Mod.hic.Ad idem text.in l.peculio.la.j.& ibi Bar.ff.de decu.Facit text.in l.iij.§.stipulanti.ff.de do.inter vir.& vxor.l.in promitten-

12 do.§.j.& l.licet.in prin.ff.de iur.do.Et † ideo remissio debiti, donatio est, vt no.gl.in l.si inter.in ver.donationem.& ibi Bald.C.

13 de sol.† Vnde in tali remissione necessaria videtur insinuatio, secundum gl.in l.si quis in obligatione.ff.de reg.iur.vt no.Bal.in l. Modestinus. in princi.ff.de dona.cum si.vt late tradit Alex.in l.si mulier.ff.de condi.ob.cau.Adde Ang.in l.pacta, quæ contra.C. de pac.vbi inquit, ꝙ ita vidit iudicare Perusij. vt no.Bald.in consi.ccj.præsupposito.lib.iiij.& in alio consi.ccxxxj.primo quæritur. eo.lib.iij.& ista est cõmunis opin.vt Alex.dicit in l.si creditori.C. de pact.Et conclusio glo.superius confirmate sane intelligitur, quando ex tali remissione aliquid acquiritur, cui talis remissio

14 fit.aliàs secus, vt abb.hic concludit.¶Secundo limitatur,† quando remissio est facta de debito liquido.Secus si liquidum non sit, vt etiam abb.hic dicit, cum si.& Alex.tradit in d.l.si mulier.adde Ang.de cla.in summa ĩ ver.simonia.iij.§.xl.allegat.l.siue apud.C.

15 de transac.¶Tertio fallit,† & limitatur dicta conclusio, si sit facta remissio de debito pœnali ex delicto, vt no.Bart.in d.l.si mulier.

16 in fi.¶† Quarto limitatur.procedere, quando remissio facta fuit ex mera liberalitate. Secus si ob aliam causam, vt no.Pau.de Ca. in l.contra iuris.§.j.ff.de pac.¶Quinta conclusio gl.habet locum largo modo, sed proprie loquendo remittere non est dare, vt dicunt Mod.hic, per l.Iulianus.ff.de condi.& demon.vbi conditio pro impleta habetur. ergo proprie impleta non est. Pro quo facit, quia aliud est dare, aliud remittere.dare enim, est accipien-

17 tis facere.§.sic itaq;. instit.de actio.† Et facilius fit remissio quàm datio, vt no.Bart.in l.si duo.ff.de verb.oblig.Et ideo quandoq; licet donare, & non licet remittere, vt per gl.in c.statutum.in ver. remissione. de rescri.lib.vj.Et ista quinta limitatio procedit, nisi pecunia esset parata solutioni, quia tunc ille, qui remittit, dare videtur, cum illa pecunia fingatur data, & illi reddita.l.singularia.ff.si cert.pet.Secus videtur, si pecunia non sit parata solutioni, vt no.concludit Pau.de Ca.in d.l.Iulianus. per text.qui videtur probare istam distinctionem in l.si sponsalibus.§.j.ff.de iure dotium Mod.in d.l.Iulianus. dicunt ꝙ ille text.loquitur in specie debita:nos vero loquimur in quantitate pecunie, quæ licet esset parata solutioni, non erat tamen debita, ex quo debitum erat in genere. Sed tamen ita dicendum videtur in quantitate, quia licet illa quantitas non esset debita, tamen ex quo erat parata solutioni, videtur producere eundẽ effectum, quia si soluta fuisset, liberatus esset debitor. Aliter tamen videtur concludendum, vt dicamus quantum ad factum ꝙ remittere non sit dare, & isto respectu loquuntur iura, quæ dicunt, ꝙ conditio dandi, ex remissione habetur pro impleta. sed quo ad effectum iuris, ex quo nullus potest considerari inter remissionem, & donationem, seu solutionem debiti liquidi, isto respectu remittere, videtur dare, Et ex conclusione supra firmata per istum text.quòd remissio, & datio æquiparantur, quia tamen text.hic de promissione loquitur, vt patet ibi, promisisset remittere, infertur contra Ioan.And. in c.j.eod.tit.in vj.vbi voluit ꝙ licet proxeneta repellatur à testimonio in crimine simonie, quando salarium recipit. secus est, quãdo sumus in promissione salarij, secundum eum. & ita istum text.allegat Do.in prædicto c.j.contra Ioan.And.colum.j.Sed in effectu respondetur prout dicunt Domi.& Mod.hic, ꝙ licet in text.dicatur, promisisset remittere.text.tamen intelligitur hic, ꝙ cum effectu fuit promissio, & hoc videtur probari, dum text. inquit, testem illum, cui facta fuit promissio, esse socium muneris.ergo presupponitur quòd fuit facta remissio, quia ex sola promissione, quis non diceretur socius muneris. & ita Mod.hic. ex quo inferri videtur, ꝙ iste text.hic, non procederet, si promissio simpliciter facta fuisset. Quod tamen non videtur verum, quia etiam sola promissio inducit simoniam, vt probatur in c.sunt nonnulli.j.q.j.quia ex quo ex promissione facta, parochiani moti fuissent ad prosentandum istum præsbyterum. ergo simonia cõmittitur, d.c.sunt nonnulli, & facit regula, quæ dicit, ꝙ paria sunt promittere, vel soluere l.fi.C.ad leg.Falci.& idem tenet in d.c.j. eo.tit.in vj.& dicit ita fuisse determinatum Florentiæ, & sequitur Peru.ibi.Dictum tamen Ioan.And.videtur verum in terminis, in quibus loquitur, videlicet quantum ad hoc vt proxeneta non repellatur à testimonio, quia tex.ibi loquitur præcise, quando non fuit emolumentum consecutus, & hoc in sola promissione non verificatur.¶In gl.ij.abb.sequitur materiam fame, & primo dum refert Anto.de But.ex dictis eius duæ conclusiones colliguntur.

18 † Prima est, ꝙ fama [a] probat in his, quæ sunt leuis præiudicij, & hoc quando originẽ habuit ex probabilibus coniecturis.& idem tenet Bart.in l.de minore.§.tormenta.col.fi.ibi, si vero fama probata esset.ff.de questi.& in l.si constante.iij.q.ff.solu.matr.& dixi in c.j.de appel. Idem tradit Alex.in consi.ccvij.viso summario.

19 col.fi.lib.ij.& requiritur vt dictum est, † ꝙ traxerit originem ex probabilibus coniecturis, vt no.Bart.in d.§.tormenta. in iij.q.& in l.miles.§.mulier. per illum text.ff.de adul.Bald.in l.proprietatis.C.de proba.Alex.in consi.xc.in casu.col.iiij.lib.ij.& cõsi.xciiij.

20 alias xiiij.in causa, & lite.colum.fi.eo.lib.ij.¶† Secunda conclusio abb.est, quòd fama, etiam in antiquis, non probat, contra Anto. de But.quia parti imputandum est, quæ non procurauit habere probationes.& idem abb.tenet in cap dilectus. colum.v.versi.oppono.de fide instru.Sed tamen opin.Anto.de But.communiter approbatur, vt patet ex his, quæ dixi in cap.j.de appell.Et istam

21 opin.communiter sequuntur Aret.& Mod.hic, † quia si in excedentibus memoriam hominum valet testimonium de auditu, c.licet ex quadam.j.eod.à fortiori videtur ꝙ fama sit sufficiens, quia militat ratio d.c.licet.propter excessum temporis. Non ob. quod dicitur, ꝙ debet imputari parti, quæ non procurauit probationes, vt abb.dicit, quia ista ratio nõ est generalis, vt Areti.dicit. Quid enim si de recenti quis à possessione cecidisset, vide latius per eum, qui dicit ꝙ iste sunt phantasiæ abb.In puncto tamen iuris ista op.abb.videtur verior, ꝙ fama in antiquis solum probet

22 in casibus expressis in iure, † & ꝙ dominium de præsenti non potest per solam famam antiquã probari, quia concurrerent duo specialia. Primum est, quòd fama faceret probationem plenam. Secundum, ꝙ dominium semel acquisitum, & probatum, præsumeretur continuatum toto tempore, vt late, & nouissime tradit Pet.Philip.de corneo in cõsi.xxiiij.licet in themate.lib.iiij.& idem in consi.ccciiij.rem arduam. col.v.lib.iij.Non ob.text.in d.c.licet causam, quia loquitur in casu in quo factum de sui natura erat improbabile per testimonium de visu, vt no.abb.ibi in iij.no.in fi.declarat.non sic est in dominio, quod de presenti petitur, quod de sui natura probari potest. Secundo potest respõderi ꝙ in illo casu hic specialiter statutum fuit. vt colligitur ibi in princi.ergo ius commune in contrarium videtur. ¶Successiue abb.refert doctrinam Bart.& finaliter ponit eius opin.ex qua eliciam con-

23 clusiones plures, in quibus instandum erit.† Prima ergo erit cõclusio, quòd vbi agitur de contractu, vel de rei vendicatione, & sic in ciuilibus, fama non facit gradum probationis, & ita non videtur facere semiplenam probationem, quia simpliciter iura dicunt, quòd fama coadiuuat alias probationes l.iij.§.eiusdem quoque.ff.eod.tit.Et facit text.in c.tam literis.j.eo.vbi fama cum testibus singularibus non probat contra electum. Et idem abb. in c.ij.de clande.dispõ.cum si.vt tradunt Mode.hic. Et secundum hoc non esset vera gloss.hæc, quæ dicit, quòd in ciuilibus sufficit fama cum vno teste. Are.sequitur gl.& communem opin.ꝙ fama faciat semiplenam probationem. & inducit text.in cap.super eo.de consang.& affi.vbi fama sola dissoluit sponsalia iurata c.præterea.el.ij.de sponsa.ex quo datur intelligi, quòd plus probat fama, quàm vnus testis. Sed respondetur quòd argumentum bene procederet, si ille testis, de quo loquitur text.in cap. præterea, esset integer testis. sed ibi quodammodo iure speciali recipitur, quia non audebat hoc testificari publice. Secundo arguit Aret.quia sponsalia dissoluuntur propter præsumptionẽ non modicam cap.super eod.ij.infra eod.& propter famam dissoluuntur d.cap.præterea . ergo videtur quòd fama faciat præsumptionem non modicam.Sed ista consequentia nõ valet, quia sponsalia dissoluuntur propter famam, dato quòd fama non faceret presumptionem non modicam, quia fama est d.c.super eo. arg.Aret.haberet locum, si tex.in d.c.super eo.negatiue loqueretur, & diceret quòd sponsalia non dissoluuntur, nisi propter non modicam

ADDITIO.

a ¶Fama.Vide decisio.Tholos.ccclxxx.Alex.in consi.xvj.num.11.lib.v.& consi.viij. nume.4.lib.vij.

modicam præſumptionem, ſed text.affirmatiue loquitur. ideo
non infertur quod Are.dicit.& Mod.hic concludunt eſſe in arbi-
24 trio iudicis attenta qualitate famæ, & negocijs. ¶† Mihi placet
communis opin.quòd faciat ſemiplenam probationem, vt tenet
glo.in l.iij.§.eiuſdem. in ver confirmat.ff.eod.in cap.j.in ver.fama
de app.& iiij q.iij.can.ſi teſtes.§.item ſæpe.in ver.famam.& ita cõ-
muniter ſeruamus in practica, vt dicit Sal.in l.ea quidem in fi.C.
de accu.& tenet Ful.in cõſ.cxlv.qm̃ plurime. & Alex.in cõſ.xviij.
viſo proceſſu. li.j.in ij col.& idem Alexan.in conſi.cxliij.colum.ij.
libr.ij.incip.qm̃ abunde. Andr.Sicu.in conſi.viij.col.ij.libr.j.Non
obſt.tex.in d.cap.tam literis,quia ibi fama non concurrebat cum
dicto teſtis,ſed erant acta diuerſa,vt colligitur in principio.ibi de
auditu tm̃,& fama,cũ ſuper,alijs teſtes erant ſingulares. Secũdo
reſpondet̃, ꝙ ex quo ibi erant teſtes ſingulares, minus probant,
quàm vnus,vt no.Bald.in l.vt iuriſiurandi.col.iij.eod.tit.& in l.de
quibus. col.pen.ff.de leg.Tertio ibi agebatur de crimine ciuiliter
& cauſa erat magni ponderis.quo caſu requiruntur probationes
clariores.ſicut in criminalibus, vt.j.ſtatim dicam in ſequenti con-
25 cluſione.¶† Secunda concluſio eſt, ꝙ in criminalibus fama non
faciat ſemiplenam probationem,& ideo cum vno teſte plene nõ
probat,vt per gl.hic, quam ſequuntur Bal.Ant.de But.& Doc.cũ
ſi.vt tradunt Mod.hic in iiij.col.iij.concluſionis. & idem Bal.in c.j.
de appel.in l.ij.in princ.ff.de excuſa.tuto.in l.ſi quis.§.j.ff.de eden.
Alexand.in conſi.cxiij.qm̃ abunde.colum.ij.libr.ij.Barth.Vero.in
26 conſi.xxxxiiij.circa principium. colum.ij.† Et videmus quòd pre-
ſumptiones, quæ admittuntur in ciuilibus, in criminalibus non
ſufficiunt,vt not.Old.in conſi.cxcij.viſo diligenter.Bald.in l.fi.col.
fin.C.de proba.Ant.de But.in cap.quanto. de præſum.abb.in c.
27 afferte.de præſum.Similiter videmus,† ꝙ non creditur teſti abſq;
ratione,dato ꝙ non ſit interrogatus,licet ſecus ſit in ciuilibus, vt
not.Saly.in l.fi.C.de proba.Alexand.in conſil.xv.viſo proceſſu
28 col.vj.li.j.¶† Et prædicta concluſio ampliatur, etiam ſi agatur de
crimine ciuiliter,quia idem erit,quod in criminalibus ſm̃ Ant.de
But.hic.in fi.col.& idem abb.in fi.per c.tam literis.j.eo.vbi dicitur
probari ꝙ fama cum vno teſte non probat, vt not.Bal.ibi in ij.no.
& ſequitur Io.de Ana.in cõſi.lix.col.iiij.inci.inquiſitione. ¶ Iſta ta
men ampliatio dubitabilis videtur, quia qñ agitur ciuiliter de cri
mine,idem iudicat̃,quod de ciuili cauſa ſimpliciter c.tuæ de pro-
cur.in c.per tuas. de ſimo.Vnde videmus in ſimili quòd laici, qui
in cauſa criminali repelluntur contra clericos c.de cætero.j.eo.ta
men ſi agatur de crimine ciuiliter,admittuntur, capi.tam literis.j.
eo.c.iij.s̃.eod.vbi dictum fuit. & ita tenet Hoſti.& abba.poſt alios
in d.c.de cætero.Non ob.tex.in d.c.tam literis.quem abb.allegat,
29 quia.s̃.reſponſum fuit.¶ Secũdo ampliat̃ dicta concluſio,vt † etiã
habeat locũ in cauſa ciuili famoſa,& ardua,quia ęquiparat̃ crimi
nali,vt no. Bal.hic, arg.l.propter litẽ.ff.de excuſ.tuto.Et iõ in ma-
a trimonio [a] diſſoluendo, † quia grauis cauſa reputatur, nõ ſufficit
30 cũ vno teſte,vt Alex.concludit in d.cõſi.cxliij.Et ſecundũ iſtã am-
pliationem etiã poteſt reſponderi ad text.in d.c.tam literis, quia
31 ibi agebatur de cauſa graui,& famoſa.¶† Tertio ampliat̃, vt etiã
non habeat locũ in omnibus cauſis,in quibus non defertur iura-
mentum in defectum probationis. nam talibus caſibus fama cũ
vno teſte non probaret iſtam æquiparationem. Facit quod not.
Bal.in c.j.de appell.¶ Supra facta concluſio limitatur nõ habere
32 locũ,quando eſſet facta pluſquã ſemiplena probatio,† quia tunc
etiam in criminalibus fama ſuppleret,vt not.Bal.in l.ſi quis.§.j.ff.
de eden.Aret.hic per tex.in c.pręterea.j.eo.& idem Dom.in c.j §.
& quia.in glo.in ver.manifeſtos. de vſu.in vj.Glo.tamen relata ad
text.videtur velle contrarium, quia in text.erat pluſquam ſemi-
plena probatio, vt declarat abb.in vltimo not.Vnde concluden-
dum eſt, hoc totum eſſe in arbitrio iudicis, attenta qualitate fa-
mæ, & præſumptione, quæ eſſet vltra ſemiplenã probationem.
33 ¶† Tertia concluſio,quòd fama probaret,quando ita eſſet diſpo
ſitum per ſtatutum, vt not.Barto.in l.de minore.§.plurimum.ff.
de quæſtio.& abb.hic refert, & tale ſtatutum cum ſit contra ius
commune, debet ſtricte interpretari, vt not.Petr.de Anchar.in
conſ.cxxxix.prius de cauſa. colum.iiij.Et tali caſu fama debet ple
34 ne probari duobus teſtibus, † & vnus nõ faceret ſemiplenã pro-
bationem, vt not.Barto.in l.admonendi. colum.vij.ff.de iureiur.
35 Bald.in l.bone fidei.C.de reb.credit.¶† Et tali caſu teſtes, etiam
non interrogati,debent rationem reddere, vt not.Innoc.in cap.
cum oporteat. de accuſa.quem abb.hic refert, & Ange.ſequitur
in l.ſolam.C.de teſti.& l.quid ergo.§.ſi tantum.ff.de his,qui not.
infa.cum ſimi.vt Alexand.tradit in conſi.lxxij.inſpecto.colum.vj.
36 libr.j.& conſil.xxv.in cauſa, & lite. colum.ij.libr.iiij.Et † non ſuf-
b ficit [b] in ratione, ſi dicat quòd publice audiuit dici, quia ab vno
publice audire potuiſſet, ſed debet dicere,quòd à communi,vel
maiori parte dici audiuit, vt not.Bart.in d.§.plurimum.colum.v.
Ange.in l.ij.ff.ad ſenatuſconſ.Macedon.Alexand.in conſil.xx.in
37 cauſa. appella.libr.iiij.† Et debet de ſe atteſtari teſtis, qui depo-
nit de fama, & non ſufficit, quòd imperſonaliter loquatur, vt
not.Barto.in d.§.plurimum. colum.v.& l.Labeo. colum.iij.ff.de
38 ſupe.leg.† Et ſi interrogatus à quibus dici audiuit, dicat ſe non re
cordari, non probat, licet dixerit prius à maiori parte. Alexand.
39 in conſil.iij.ſuper proceſſu. colum.v.li.iiij.¶† Vltimo debet pro-
bare, quòd fama habuerit originem à perſonis fide dignis ex
probabilibus coniecturis, vt not.abb.hic. & ſupra dictum fuit,&
not.idem Ange.in l.ſolam.C.eod.Petr.de Anchar.in conſi.ccliiij.
in quæſtione præsbyteri. Alexand.in conſi.lxviij.in cauſa verten-
te. libr.iij.& in conſi.xxv.in cauſa. libr.iiij.& de his dixi in cap.j.
40 de appella.& late in conſ.xxxvij.† Et dum ſupradictum eſt,quòd
fama probat, vbi agitur de modico præiudicio. hoc idem tenet
abb.per illum text.in cap.ſuper eo.infra de conſangui.& affinita.
41 in iij.notab.† Et ideo vbi quæritur de notabilitate,vel virtute ho-
minis,illa probatur per famam, vt not.Bal.in l.prouidendum.C.
42 de poſtu.† Et quòd collatio beneficij ad talem pertineat, ſuffi-
cit probare per famam, ſecundum Rotam. in iij.deciſi.de pro-
43 bat.in nouis. † Et quando agitur remedio cap.reintegranda.iij.
quæſt.j.ſufficit probatio per famam, vt not.Petr.de Anch.in con-
ſi.xlj.circa recuperandam. ¶ In glo.penul.abb.ſe remittit ad cap.
primum. de confeſ.& aliquid dictum fuit in cap.iij.ſupra eod.
44 in gloſſ.fin.† Plures caſus, in quibus creditur vni, proſequitur
Anto.But.hic, & not.Specu.eod.titu.in §.reſtat. & vltra ea, quæ
45 dicunt Moderu.hic, adde quòd † Papa non poteſt facere, quòd
c ſtetur dicto vnius. [c] Ita Roma.in ſing.ccl.domum huius ciuitatis,
allegat tex.viij.quæſt.iij.cap.talia. Sed ille tex.videtur potius pro-
bare contrarium, quia ibi Papa adhibet fidem Leoni prætori. &
ideo forte voluit allegare tex.iij.quæſt.ix.cap.indicas. vbi vni par-
ti proculdubio credere non poſſumus, ſed ille tex.etiam parum
facit, quia loquitur de parte. & non de teſte. Et in contrarium
facit, quia immo videtur valere priuilegium, quòd credatur di-
cto vnius in aliquo caſu, argu.cap.dilectus. de fide inſtrumen.
vbi valet conſuetudo quòd credatur ſcripture priuate alicuius.
& pari ratione idem eſſet in priuilegio, vt not.Alexand.in con-
ſi.liiij.ſed in cauſa vertente. colum.j.Idẽ ergo videtur in viua vo-
ce vnius, quia viua vox non minus probare videtur, quàm pri-
46 uata ſcriptura, per ea, quæ dicta ſunt in rub.ſupra eod.† Sic etiã
ex conuentione fieri poteſt, quòd credat̃ dicto alicuius de dam-
nis & intereſſe, vt not.Barto.poſt Dyn.in l.fina.ff.de præto.ſtipu.
Ioan.Andr.in titu.de proba.§.videndum. ver.quid ſi ibi dicitur,
cum ſim.vt Alexand.in conſil.liiij.circa idem, de quo quæritur.
colum.j.libr.ij.vbi dicit, quòd iſta eſt magis communis op.& idẽ
Alexand.in conſi.lxvij.viſo themate. colum.iij.libr.ij. & in con-
47 ſi.xlvij.circa primum. eod.libr.ij.¶† Similiter valet [d] conuentio,
d quòd ſtetur priuate ſcripture alicuius,vt not.Bald.in l.de quibus.
in iij.colum.ver.item per pactum.ff.de legi. hanc opin.approbat
48 Alexand.in l.j.§.fi.de verbo.obliga.† Et maxime hoc haberet lo-
cum in ſcriptura iam facta, vt notabiliter Alexand.tradit in con-
49 ſi.cxiij.viſo diligenter. libr.iiij.† Poſtremo adde etiam alium ca-
ſum,in quo ſtatur dicto vnius, videlicet quando quis deponit de
facto proprio ad vtilitatem alterius, vt notabiliter dicit Paul.de
Caſt.in l.quicunque. in fin.C.de ſeruis fugit.per illum text.quia
ſi creditur vni ſeruo, vt ibi, à fortiori credendum eſt vni libero.
& idem Pau.in conſil.ccclxx.viſis actis. in fin.vbi reſpondet ad l.
vbi numerus.ff.eod.quòd loquitur de teſtibus qui deponunt de
facto alterius. & idem voluit Salyce.in l.ſi quis decurio.in iiij.op-
poſito.C.de fal.vide tamen Alexand.& Mod.etiam ibi,qui repro-
e bant [e] iſtud dictum Pau.de Ca.in l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cau-
ſa aga.& hæc ſufficiat in iſta Decretali.

ADDITIONES.

a ¶Matrimonio. Adde deciſ.Tholoſ.clxxij.

b ¶Sufficit. Vide Alex.in conſi.clix.ad fi.lib.v.Tho.Gramma.voto.xxxiiij.

c ¶Vnius. Vide Ludo.Rom.in ſingul.ccccccvij.an Papa.Idem Ioã.de Monteſerra.in repet.l.nemo poteſt.ff.de lega.j.Hippo.marſi.conſi.xxxiij.num.15.& bene quidquid dicat Deci.hic, vide ſi vacat Alex.in conſi.clxxxviij.nume.3.lib.vij.Fely.in c.conſtitutus.de reſcrip.

d ¶Valet. Falſum. Ang.in l.pactum inter hæredem in fi.de pact.Rom in conſi.cciiij. Imo.Sozi.in l.j.§.fi.ff.de verbo.oblig.Alex.conſi.cxiij.num.6.lib.iiij.Nico.Boer. deciſio.Burdega.ccxcv.num.18.

e ¶Reprobant. Vide Alex.in conſi.cxcij.num.43.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Diſcretio importat arbitrium boni viri.*
2 *Verba directa ad iudicem ſemper important arbitrium boni viri.*
3 *Terminari non dicitur cauſa per abſolutionem ab obſeruatione iudicij.*
4 *Acta probatoria faciunt fidem coram alio iudice.*
5 *Acta omnia durante iudicio facta coram vno, faciunt fidem coram eius ſubrogato.*

Officium

6 *Officium idem videtur, licet mutetur persona iudicis.*
7 *Stipulatio facta coram vno iudice, ad alium iudicem non porrigitur.*
8 *Acta facta coram vno, faciunt fidem coram alio iudice, si sint approbata à Papa.*
9 *Testium dicta coram vno, faciunt fidem coram alio iudice, maxime subrogato.*
10 *Probationes non sunt de substantia iudicij.*
11 *Acta an faciant fidem contra hæredes, & an contra singulares successores, nume.12.*
13 *Sententia lata per contumaciam non habet locum in casibus, in quibus acta contra vnum, alijs nocent.*

1 Causam quæ.i. ¶† In tex.ibi, discretioni vestre. verbum istud importat arbitrium boni viri, vt not.Bald.in l.fin. circa finem.C.de iur.do.impe.Anto.de But.in c.j. in fin.de consti.cum simi.vt tradit Alexan.in consi.xxxiij.viso themate. libr.j.hic tamen in isto text. parum refert, an verba importent arbitrium boni viri, an liberam voluntatem,† quia verba referuntur ad iudices,quibus causa committitur, quo casu quando referuntur ad iudicem, semper important arbitrium boni viri, dato quòd aliàs de sui natura verba importarent liberam voluntatem.Idem not.Host.& ibi Imo.in fin.in cap.significauerunt.infra eod.Bene facit quod not. Bald.in cap.Quintaualllis. in fin.de iureiur.vbi inquit ꝙ in compromissis voluntas pro arbitrio boni viri accipitur.¶† In text.ibi, fine debito terminetis. ista verba intelliguntur per sententiam diffinitiuam,quia si reus absoluatur ab obseruatione iudicij,non dicitur causa terminari, vt not.Barto.in l.generali.C.de decurio. libr.x.& in l.dicere. in princi.ff.de arb.& tradit Alexand.in consi.l.visis actis. colum.ij.libr.ij.¶† Nota ex ista decretali,quòd acta quæ respiciunt merita causæ, videlicet probationes, quòd factæ coram vno iudice faciunt fidem coram alio, vt not.abb.hic. & istud dictum verum est in se, per iura alia, vt.infra videbimus. Sed quantum ad text.hic potest dici hoc esse ex commissione Papæ, ibi dum inquit,mandamus quatenus &c.¶† Circa materiam istius decretalis abb.late insistit, & primo concludit, quòd durante instantia, acta omnia facta coram vno iudice, valent coram alio subrogato cap.fin.de proba.etiam in l. proponebatur.ff.de iudi.& Mod.sequuntur per text.in l.verum.§.ex facto.ff. de minori. vbi ad consultationem vnius successori rescribitur. † Et ad hoc bene facit, quia licet persona iudicis mutetur, videtur tamen esse idem officium l.meminisse.& ibi Bart.ff.de offic. procon.& legati. facit quod not.per glo.xxxij.quæst.iiij.cap.recurrat.in versi.societate. & quod voluit in l.si vsusfructus ciuitati. in glo.j.ff.quibus modis vsusfruct.amit.Hoc tamen non videtur habere locum simpliciter in citatione, vt per Abb.in cap.licet in beato, in fi.de accu.no.in l.edictum.ff.de iudi. Secus est in alio iudice, qui non sit loco primi subrogatus, quia acta ordinatoria ad eum non porriguntur, vt Abb.hic concludit per text. in l.ij.in princi.ff.iudi.sol.& Mod.simpliciter sequuntur. Sed aduertendum est, quia ille text.loquitur in stipulatione, quæ est stricti iuris, quæ etiam non haberet locum in iudice appellationis, quia si facta fuit talis stipulatio in causa principali, non habet locum in causa appellationis,vt est text.in l.cum apud.ff.iudi. sol.cuius contrarium sentit Abb.hic, dum supra loquitur de iudice appellationis,& ideo circa stipulationem. Ad idem est text. not.in l.non à iudice.§.j.ff. de iudi.vbi text.rationem adducit, † quia stipulatio facta coram vno iudice, ad alium iudicem non porrigitur.& illum text.no.Rom.in consi.cx.circa primum. & in consi.cccclxviij.in casu proposito, & hoc late declarat Bart.in l. cum lite.ij.colum.& fi.ff.iudi.sol.& ratio Iurisconsulti in d.l.non à iudice, ampliari potest ad propositum, quia libellus,litis contestatio, & alia acta ordinaria non debent extendi ad alium iudicem.† Et ista conclusio procedit, nisi acta facta coram vno iudice approbata sint à summo pontifice,coram alio iudice c.præsentata. vbi Anto.de But.& Abb.ibi colum.pen.ver.venio ad secundum infra eod.Alexan.in l.ij.colum.iij.versi.iiij.conclusio.C. de eden.¶† Secundo Abb.concludit,quòd dicta testium, etiam non publicata, faciunt fidem coram alio iudice, maxime surrogato. Et ad text.in cap.cum causam.respondent quòd ibi acta erant nulla ex alio defectu, quàm publicationis. Sed conclusio Abb.videtur esse magis communis opinio.& ita tenet Bart.post Iac.de Are.in l.gesta.C.de re iudic.in l.solam.C.de testa.& Bald. in l.ti.C.eod.in princi.vt in l.ij.colum.iij.C.de eden.cum simi.vt tradunt Aret.& Moder.hic.Alexan.in d.l.ij.in vj.conclusione. & probatur pluraliter ista opin.in d.cap.cum causam. vbi dicta testium videntur nulla propter defectum publicationis. tamen aperte ratificari possunt, non obstante responsione Abb.quòd ibi attestationes essent nulle ex alio defectu, quàm publicationis, quia dicunt Aret. & Mod. hic. ꝙ si hoc esset verum, indistincte testes possent examinari, & non esset opus ponderare quòd clause fuissent attestationes. Opinio Abb. saluari potest coram successore, vt not. Barto. in l.prolatam.C. de sentent.circa fin.cum similib.vt tradunt Moder.hic.& Alexan.in dicta.l.tertia. in septima conclusione in penulti. col. Et ista est solutio Modern. in qua primo aduertendum est, quòd si dicta testium non probarent absque publicatione, quia publicatio auctoritatem tribuit, vt not. Barto. in dicta.l. gesta. & Paulus de Castro in dicta.l.tertia in fin. Ista ratio etiam militaret coram successore, & non coram alio iudice non surrogato. Et tenendo communem opinionem, quòd testes non probent, si non sit facta publicatio. Non obstat vna ratio, quam Abbas allegat in contrarium, dum dicit, quòd valet sententia absque publicatione processus, vt not.Bartolus in d.l.prolatam.C.de sentent. & gloss. in capitu. fin.in versicu.iudicijs.de hæret.in sexto.not.in cap.cum I.& A. de re iudica.quia respondetur, verum est, quòd publicatio non vitiat sententiam. nam etiam valeret sententia sine testibus. † & probationibus, quia probationes non sunt de substantia iudicij .vt notat Bartolus in dicta l.prolatam in fine. Bal. in l.secunda. columna finali. C.de edendo. Alexander in consilio centesimo. quinto. ponderatis.colum. secunda.libro sexto. Sed propter hoc non sequitur, quòd probationes debeant valere absque publicatione,quia ista sunt diuersa. Licet enim valeat sententia probationibus, tñ casu quo probationes debent considerari, intelligit ꝙ sint valide,& habeant auctoritatem. Finaliter tñ opin.abb. verior videtur ꝑ rationem principalem, quā ipse adducit, quia publicatio non tribuit auctoritatem,sed solum dat facultatem partibus opponendi.Non obst.tex.in d.cap. cum causam in quo est totum fundamentum alterius partis, quia responsio Abba. videtur bene procedere, quia ibi attestationes habent alium defectum,quàm publicationes.quia ibi publicatio solum ponderatur ad ostendendum quòd noua exceptio testium non impediebatur propter publicationem.& quòd alio respectu fuissent nulle,vt not.per glos.fin.& Abb.in d.capitu.cum causam. ¶† Tertio Abb. concludit quòd acta faciunt fidem, etiam contra hæredes, & quod in hoc sententia, & alia acta æquiparentur, vt no. Innocen. hic, & probatur in capitu. cum inter dilectos. in versiculo.nec attestationes. de fide instrumen. not. Bartolus in l.si superatus. in fine. ff. de pigno. cum similib. vt tradunt Moder. hic, & post Alexand. in l.ij. in secunda conclusione.C.de edē. & in l. sæpe.ff. de re iudi.& in cons. sexagesimoprimo.viso processu.colum.quarta lib.secundo. & in consi. cxxxv. ponderatis. in fin. & in consi. cvij. viso summario. in fin. col. eo.lib.secundo. Roma.in consi. cxj. in casu & quæstione. Et quod dictum est de hærede, idem est in singulari successore, vt Abb.hic dicit,& probatur in d.l.si superatus.vbi Bar.facit tex.in l. secunda.§. solent.ff. de hæred.vel actio.vend.not.Innocentius in capitu.quamuis. de re iudica.cum similibus.vt Alexand.tradit in dicta l.sæpe.columna trigesimaquinta. ¶ † Quarta conclusio, Abba. est, quòd in casibus in quibus acta contra vnum alijs nocent, non habet locū sententia lata propter contumaciam.[a] Et ad hoc est dictum Bar. in l.eius, qui delatorem. ff. de iure fisca. cum similibus. vt tradit Alexan.in dicta.l.ij.in vj.conclusione. Et plura quærunt Moder. in cap.cum Barthol.duscolum.ix.de re iudic.& not.Abb.in consi. xlv.videtur primo.lib.ij.

ADDITIO.

a ¶Contumaciam. Vide Alexan.in consi.lxxxiiij.lib.iij.Mathe.no.xxv.Hipp.Marsil. not.iiij.Deci.in consi.ccccxlv.& supra de constitu.c.ex literis. nu.13.& Alciat. de præsumpt.regu.iij.præsump.xxij.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per testes est dignior probatione instrumentorum.*
2 *Certior quis efficitur voce quàm literis.*
3 *Probatio per instrumentum est fortior testibus.*
4 *Instrumentum publicum æquiparatur testibus.*
5 *Instrumenti appellatione quid veniat.*
6 *Instrumenta fundi quæ dicantur.*
7 *Boues aratorij sunt instrumenta fundi.*
8 *Instrumenta domus, Pictoris, Piscatoris, nu.9. Medici, nu.10. Musices, nu.11.*
12 *Instrumenti appellatione non veniunt testes de communi vsu loquendi. An de proprietate, nume.13.*
14 *Statutum imponens pœnam producenti falsa instrumenta, an habeat locum in producente falsos testes.*
15 *Instrumenti appellatione, an veniat scriptura priuata de communi vsu loquendi. Quid de proprietate, num.16.*
17 *Instrumenti appellatione an veniat priuilegium.*

De fide

De fide inſtrumentorum. Rub.

c rere, quando constat, & notoriũ est, ꝙ locus dietam excedat. [c] Dicit tamen ꝙ Doct. communiter contrarium dicũt in cap. nonnulli. in prin. de rescript. Sed breuiter possumus cõsiderate duos casus. Primus est, quando ex tenore citationis colligitur ꝙ citatus sit vltra dietam, vt quia hic Papiæ conueniatur clericus Bononiẽsis. Et in isto casu conclu. Abbas bene procedit. Et in simili casu. not. Barto. in l. non videtur. j. ff. de iudi. facit gl. in c. conuenio. xxiij. q. viij. cum si. vt dixi in cap. si duobus. col. ij. de appella. Secundus casus est, quando ex tenore citationis hoc non apparet, & tunc

15 debet comparere, cum de notorio dubitari possit. † quia multa dicuntur notoria, quę non sunt. cap. consuluit. de appel. & iudi-

16 ci constare debet illud esse notorium, † vt not. Car. in cle. quia cõtingit.

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Excessu. Vide Ias. in auth. qui rem. col. vj. & vij. C. de sacrosc. eccl. Ias. in l. j. ff. si quis cau.
b ¶ Syl. Aldo. Miliaribus, Vide omnino Dec. in c. cum sit Romana. in v. notab.
c ¶ Syl. Ald. Excedat. Et ꝙ in omni casu vbi notorium est ꝙ quis non teneat̃ comparere citatus potest non comparere, & quando teneatur saltem proponere Deci. in c. si duobus. col. iij. de appel.

tingit.in iij.oppo.in fi.de relig.domi.& Pau.de Ca.in cõsi. xxxix. alias.xlj.visis actis.col.pe.& dixi in d.c.si duob. & aliquid dictum fuit in c.cum ordinem.de rescri.¶†In secunda q.Abb.conclu.ꝙ hodie si citatus vltra vnam dietam nõ compareret, processus esset nullus,per c.statutum.de rescri.in vj.in fi.†Et adeo hoc procedit ꝙ licet citatus etiam expresse consentiret trahi vltra vnã dietam,non tamen valeret processus,vt no.voluit Card.consi. lxxj. seriatim.in primo dubio.per tex.in d.c.statutũ.in fin.vbi apponit clausula decreti,& dr̃ quidquid ꝯ præmissa,vel eorũ aliquod cõtigerit attẽtari,sit ipso iure irritũ,& inane.Cũ ergo vlterius procedat annullãdo consensus partis nihil operat̃,[a] †vt no. ꝑ gl. in d.c. statutũ.in ver.cõmittatur.& in c.dispendia in ver.processus.eo.ti. de rescri.in vj.& q.a cõsensus expresse solũ operat̃ in casu d.c.statutum.§.in nullo.Ergo secus vr̃ in alijs casibus,arg.l. cũ prætor.ff. de iudi.in c.nonne. de præsum.& quia dispõ d.c.statutũ.vr̃ fundata in cõi vtilitate,vt dr̃ in principio.ibi, pro cõi vtilitate. ergo partes renũtiare non possunt l.iurisgentium.§.si paciscar.ff. de pac. no.in c.si diligenti.de fo.comp.& ita conclu.Mod.hic.Et hoc cõfirmatur,quia tex.in d.c.statutum.†in fi.vlterius procedit annullando.quo casu vr̃ dare formã in illo actu,vt est doctrina Bal.quę approbat̃ cõiter in l.j.ff.de lib.& posthu. Et qñ aliquid pro forma requirit̃,renũtiari nõ põt.†vt no.Bar.in l.de his.ff.de transl.in l.iubemus.C.de iudi. Et in tantũ hoc procedit ꝙ licet dispositio respiciat merum fauorem partium, † tamen quando apponitur clausula decreti,renuntiatio fieri non potest, vt est casus not. in cap.dilecto. versi. nisi forte. & ibi Abb. colum.iiij.de præbendis. Sed durum admodum videtur quòd reus,si velit & expresse cõsentiat quòd vltra vnam dietam trahatur extra propriam diœcesim,quòd non valeat processus,[b] quia in fauorem rei hoc statutum fuit.Si ergo reus expresse consentiat,videtur quòd fauori[c] suo renuntiare potest,arg.c.ad apostolicam de regu.l. pen.C. de pac.†Et actus,qui in fauorem alicuius annullatur,illo volente validat̃,vt per glo.quæ communiter approbatur in l.eleganter. in princ.ff.de dolo.& probatur in l. Iulianus.§.si quis colludente.ff. de act.emp.Et specialiter in proposito facit tex. in cap. nonnulli. in prin de rescri.vbi quis non potest trahi vltra duas dietas per literas apostolicas,nisi de partium consensu impetratæ fuerint.ergo videtur quòd consensus partium in hoc principaliter attendatur.Et ad hoc videtur text.in d.cap.statutum.§. in nullo. de rescrip.in vj.vbi de consensu partium potest iudex exire diœcesim, in qua deputatus fuit,& procedere ibi,& valebit processus.ergo pariter videtur dicendum quòd valeat processus, quando reus consentit quòd vltra vnam dietam trahatur. In vtroque enim casu solus fauor partium considerari videtur, cui partes, vt dixi, renuntiare possunt. Non ob.allegata in contrarium.Primo text. in d.c. statutum,in fi.quia quantum ad casum nostrum procedit quando partes non consentiunt,& tunc in fauorem partis processus annullatur.ideo si pars velit,processus conualidatur, vt supra dixi per gl.in d.l.& eleganter.in princi.Et hoc confirmatur, quia in d.cap.statutum.§.cum autem. dicitur quòd non debet reus trahi vltra vnam dietam Nam hoc intelligitur quando inuitus trahitur,vt denotat illud verbum,traxerit,[d] quod ponitur in d.§. cũ autem.& ita de isto verbo not.Bart.in l.j.C.de agri.lib.xj. cum si. vt dicam in cap.dilecti.j.eo.Non ob.ꝙ consensus partium solum attenditur in casu,in quo loquitur.§.in nullo, quia idem videtur in casu nostro,qui similis videtur. Et exceptio facta in vno casu, etiam in alio simili habet locum, cap. cum dilecti. de confirma. vtili.cum simi.vt dixi ibi.Non ob.quod no.per glo.in d.cap.statutum. in versic.committatur.quia in terminis, in quibus loquitur glo.ibi cum si.non agitur simpliciter de fauore partis, prout Domi.ibi post Imol.decla.& dixi in cap.cum accessissent.de constit. Non obst.tex.in d.cap. statutum.qui fundatur in vtilitate publica,quia illud habet locum quantum ad principium capituli. sed non in omnibus casibus ipsius. vt patet in d.§. in nullo. vbi partes renuntiare possunt,ita pariter in casu nostro videtur. vt s.dictũ est.Nõ ob.ꝙ sit data forma,cui renũtiari nõ põt,†quia immo qñ forma respicit vtilitatem priuatam, potest renuntiari, vt est tex.in c.fi.§.his autem.vbi Abb.in ij.no.de offi.deleg.facit tex. in l.filio præterito,& quod not.Bart.ff.de iniusto rup. & ita videtur in casu isto per supradicta. Non obst. quòd vbi clausula decreti apponitur,renuntiari non possit, licet agatur de fauore partium †quia hoc non est verum.nam in d.c. dilecto non agitur simpliciter de fauore partis,vt tradit Abb. post Inno.in glo.in ver.hinc primum.Agebatur enim ibi de fauore ecclesiæ. ideo voluit ipse apponendo clausulam decreti, obuiare facilitati canonicorum in vtilitatem ecclesiæ,vt etiam dixi in c.cum accessissent. de constitu.¶†In iij.q.Abb.concludit quòd in mensura dietę via terrestris,& non maritima attendatur,prout et̃ prius hic dicit Io.and. post Goffr.& idem Ant.de Bu.in d.c.nonnulli.in prin.in gl. duas dietas.& Io.de Imo.in l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.ob.col.fin. ver.quid autem.†Et ista conclusio de plano procedit tempore, quo nauigari prohibetur, videlicet à Calendis Octobris vsque ad Calen.Aprilis l.iij.C.de naufra.lib.xj.& per gl.in l. qui petitorio.§.fi.ff.de rei ven.Similiter quando in mari esset tempestas. d. l.qui petitorio.§.fi.vbi Ang.alias vero non magis terrestris via, q̃ maritima attenditur,sed illa,quæ magis frequentatur, prout dicunt antiqui,quos Abb.in prin.hic refert.Et ad hoc facit tex. in l. ij.§.fin.ibi,si tempestas in mari fuerit,terra autem iste venire potuit ff.si quis cau.Cessante ergo tempestate, non minus videtur in consideratione via maritima,q̃ terrestris, & illa attenderetur, si esset magis frequẽtata,vt patet in ciuitate Pisarum versus Genuam,†& si vtraque vsitata sit, securior videtur terrestris,quia in mari periculum imminet,vt no.Bald.in l.ij.C.de nautico fœnore. Et ita ex prædictis patet,cum quæritur de distantia alicuius loci,quòd†inspicitur via,quæ plerunque vsitatur, vt per Bart. in l.j. ver.sed quæro.ff.si quis cautio.in l.continuus.§. cum ita. de verb. obli.cum simi.vt tradũt Mod.hic, Alex.in d.l.j.in fi. ff. si quis cau. & idem Alex.consi.xxij.consideratis verbis.col.ij.lib.iiij.¶†In gl. j.ibi.& ita non faciunt contra concilium.idem latius voluit gloss. in d.c.nõnulli.in ver.duas dietas.& Doc.omnes ibi. & hic sequũtur.Sed ista cõmunis cõclu.non videt̃ procedere sine dubio, q.a statim ꝙ reus,qui cõuenitur,excipit, ꝙ inspecto tenore rescripti vltra duas dietas trahatur,secũdum ista tempora fundatam videtur habere intentionem,vt non teneatur respondere,d.c.nõnulli.in prin,Nec attenditur consideratio glo.quia ad iudicandũ iustitiam vel iniustitiam citationis, consideratur illud quod est regulariter.vt est doctrina.Inno.in c.ij.de dila.quã Doct. sequũtur, & no.Bar.in l.ij.col.ij.ff.si quis in ius vocatus non ierit.Nõ ob. iste tex.hic,in quo gl.hic,& in d.c.nonnulli fundamentum facit, q.a, vt hic patet,ista fuit allegatio partis replicantis contra exceptionem propositã,vt colligitur ibi,procurator partis aduersę respõdit,merito non potest in talibus verbis fundamentũ fieri,& tex. hic potius vr̃ probare cõtrarium, ex quo non ob. tali replicatione facta per procuratorem,papa hoc simpliciter mandat ꝙ ille, qui appellauit,debeat probare veritatem exceptionis propositę videlicet ꝙ traheretur vltra duas dietas.nam cum ex tali probatione appellatio iustificetur,replicatio reiecta videtur à sum.põti.& hoc modo tex.videtur probare ꝯrium. Retenta tamen conclusione glo. quæ communiter tenetur,bene procederet ſm ista iura, sed hodie limitatur non habere locum, quando iudex † se appropinquando exiret diœcesim,quã exire hodie prohibetur, cap.statutum.§.in nullo.de rescri.in vj.sed stando in diœcesi se appropinquare potest, ita ꝙ reus non trahitur vltra vnam dietã ab eius diœcesi,vt Abb. hic concludit,& in d.cap. nonnulli.in gl. in ver.duas dietas.& Mod.hic,& ibi sequuntur.Sed aduertendũ est,quia sicut iudex non potest exire diœcesim, in qua datus sit. ita non potest exire ciuitatem,in qua deputatus sit.nam ista duo æquiparantur,d.cap.statutum. §.in nullo.ibi,extra ciuitatem, vel diœcesim,in quibus fuerit deputatus. ideo videtur quòd iudex se appropinquare non possit exeundo locum sibi deputatum, licet non exiret diœcesim. Vnde quod Doc.dicunt de appropinquatione,intelligitur recedendo à loco eius solitę residentię vel habitationis,quando diœcesis simpliciter fuit pro loco deputata,non autem ꝙ possit exire locum sibi specialiter deputatum, vt est tex.in d.§.in nullo.Vel aliter declaratur ille tex.in d.§.in nullo.vt Do.post Ioã.and.ibi dicit in prima oppo. ¶†Et ex prædictis inferunt Mod.hic,ꝙ hodie impetratio facta vltra vnam dietam non abbreuiabilem per appropinquationem delegati stantis in diœcesi,est nulla.adeo ꝙ nec etiam de partium consensu cõfirmet̃,si velit exire diœcesim,ex quo à principio fuit nulla, d.c.statutum.in fi.& no.Car.cõsi.lxxj.supra alleg. & latius idem tradũt Moder.in d.c.nonnulli.in prin.col.iij.Et si dicatur, sicut potest se appropinquare stando in diœcesi,& rescriptum non erit nullũ, vt supradictum est.ita videtur quòd possit exire diœcesim de partium consensu,d.c.statutum.§.in nullo. Mod. respondent in d.c. nonnulli.ꝙ quando põt se appropinquare stando in diœcesi, rescriptũ nõ videtur nullũ,quia ista facultas data iudici inest tẽpore collatę iurisdictionis absq; ꝑtiũ ꝯsensu.ideo rescriptum valet. sed partiũ cõsensus,q̃ requirit̃ in exitu diœcesis d.§.in nullo. non

ine rat

ADDITIONES.

[a] ¶S.Ald. Operatur. Adde Fely.in c.cum accessissent.col.xiiij.de app.

[b] ¶.Syl.Al. Processus. Vide Deci.in l.pen.ver.ij.conclusio.C.de pac.vbi ponit multa in proposito in c.cum concessissent.col.iiij.cir.me.de constitu.

[c] ¶Fauori.Et bene.

[d] S.Ald. Traxerit.Vide Deci.in c.at si clerici.col.xij.in prin.de iudi.

inerat tēpore impetrationis. vnde statim impetratio fuit nulla. Sed ista differentia nō videt̄ vera, quia sicut valet à prin. rescriptū excedēs dietam, ꝑ facultatem quam habet iudex in appropinquando se infra diœcesim, vt Doc. dñt, ita videtur valere, quādo iudex velit exire diœcesim de partium consensu. quia in vtroq; casu non consideratur forma rescripti, sed attendit̄ an iudex velit à se ipso appropinquare, vel exire diœcesim de partium consensu. quia quod operatur facultas iudicis sola non exeūdo diœcesim, idem vr̄ operari accedente partiū consensu in exitu diœcesis, quia in vtroque casu nō cōsideratur forma rescripti, sed attēdit̄, an iudex velit à seipso appropinquare intra diœcesim, vel exire diœcesim de partium consensu. Talis enim facultas extrinsecus venit ꝯ formam rescripti. Vnde concludendum videtur ꝙ in vtroque casu valeat rescriptum, vel vtroque casu valeat. & ꝙ valeat videtur tex. in d. c. statutum. §. in nullo.

SVMMARIVM.

Crimina

CVm venerabilis. Sũmať, & diuidiť. vt per Abb. ¶ †Not. j. ꝙ
1 ep̃s à summo põtifice frater appellať, [a] & ita nĩari
a debet, c. q̃ graui. de crimi. falsi. †Cardinales vero fi-
2 lij vocantur, vt hic, ẽt colligiť, & ĩ c. si q̃s episcopus
lxxix. di. in c. dilecto. in prin. de p̃ben. in c. licet dile-
3 ctus. de testibus. † Qñ tñ simul de cardinalibus & ep̃is Papa lo-
quitur, omnes fratres nominantur, c. j. vbi glo. in ver. fratribus. de
renun. in vj. & in c. fundamenta. §. decet. de ele. in vj. vbi gl. in ver.
fratres suos, & in c. j. vbi gl. in ver. fratribus. de off. leg. in vj. Et no.
Domi. in c. in nomine domini. in x. not. xxiij. di. Et hoc est verum,
nisi episcopus esset in studio, & à summo. pon. scribatur vniuer-
4 sis scholaribus, † quia tunc omnes filij dicuntur, vt colligitur su-
pra in proc. Decretalium, & in proe. sexti. & cle. Nam verisimili-
ter non præsumitur ꝙ sint episcopi, cum debeant habere litera-
rum peritiam, c. cum in cunctis. de ele. sed dato ꝙ ibi reperiãtur,
dũ vniuersis scholaribus scribit, illos tanq̃ discipulos alloquiť. vñ
dignitas ep̃alis nõ attẽdiť, arg. tex. no. in c. à collatione. de appel.
5 in vj. †Ideo episcopus in studio rectorem nõ præcedit, vt no. Abb.
in c. auditis. col. iij. de elec. & de his And. Sic. scribit, & alios ibi re-
fert in trac. Cardi. in char. v. col. vlti. & tradunt Mod. in proe. decre
6 ta. col. j. †Et cum episcopus maiori titulo, quã Card. decoreť, [b] vř
b ꝙ maior sit, quam cardinalis. Et hoc expresse voluit glos. fin. ij. q.
vij. c. quanquam. dicens quòd quilibet episcopus est maiori præ
sbytero cardinali, & idem tenet Bald. per illum text. in c. bonę. j.
col. j. de postu. præla. Et hoc verum est respũ ordinis. Non enim
videť, ꝙ ea, q̃ sunt ordinis ep̃alis, vt in c. aqua. de consecra. ecc. &
in c. legimus. xciij. distin. possunt per cardin. præsbyterum exer-
7 ceri. †Ideo dicit Bald. in d. c. bone. ꝙ cardi. nõ põt consecrare epis-
8 copos, sicut facit archiepiscopus. †q̃a ſm eum, cardinalatus non
est ordo, sed officium. prout dicit etiam Cald. consi. j. col. ij. ver. p̃-
terea. de trãsla. præla. Et ex ista ratione inferť ꝙ ẽt p̃sbyter in or-
9 dine sit maior diacono cardinali. Quantum vero ad officium, &
administratione cardinalis dicitur maior episcopo, vt Abb. con-
clu. in ecclesia. ij. col. fin. de elec. & in c. ꝙ super his. in fin. de fide
instru. Rom. consi. vlti. vos estis. col. v. & idem videť velle. Do. in c.
j. col. ij. de offi. lega. in vj. Bar. in l. j. §. si quis in appel. Et post multa
tandem ita respondet And. Sicu. in tracta. cardi. in char. vij. Et cũ
his concordare videntur August. de anchona in tra. de potestate
eccle. & archiepiscopus florẽ. qui illum refert in tertia parte sum
me, titu. xxi. cap. ij. in princ, vbi tamen rationem adducunt, quæ
non satisfacit, dum arguunt à qualitate loci, & dicunt ꝙ sicut ec-
clesia Romana maior est omnibus alijs, xxij. disti. de Constanti-
nop. ita congruum est, vt ecclesia, & eius ministri alijs in honore
præferantur. Nam ista ratio bene procedit, data paritate gradus,
vt q̃a Papa p̃ferať alijs ep̃is, & si clerici Romanæ ecľiæ alijs p̃ferã
tur. Sed nõ bñ inferť ꝙ cardinalis sit maior, & p̃ferať ep̃o, qui est
primus in ecclesia sua. Et maioritas ista, quæ erat ĩ cardinalibus,
cõsideratur rõne administrationis, & præponderat, vt absolute
quis maior dicatur, & p̃feratur. ideo cardinalis præcedit ep̃m, vt
10 not. Abb. in præalle. cap. ecclesia. & Do. in d. c. j. col. ij. † Post Papa
eñ nulla maior dignitas reperitur, vt Car. dicit in cle. ne Roma-
ni. §. porro. de ele. & no. Host. & Io. an. in c. dilectus. de præben. &
& Roma. qui illos refert in d. consi. vlt. col. iiij. Et ad prædicta facit
glo. no. in cap. pe. in ver. electionis. circa fin. de offi. lega. in vj. in c.
in nouo. in ver. pari. xxj. dist. & glos. fin. in cap. statuimus. de maio.
& obe. & facit tex. & qđ ibi glo. in cap. j. de offi. archipræsby. & qđ
no. per Gof. & Host. ĩ summa de offi. archi. Nec prædictis ob. tex.
nř hic. vbi absolute pro maiori hř ep̃s dũ maiori titulo honorať.
& ita hic maioritas respectu administrationis nõ vř proferri, q̃a
rñderi põt ꝙ summus põ. ipse dum scribit, habet p̱ maiori ep̃m,
qui sibi æqualis est in ordine. xxj. dist. c. in nouo. ideo se appellat
coep̃m, cle. j. de pen. epľa, inter claras. C. de summa. Trin. & fi. ca-
tho. & Et ista rõne ep̃i fratres vocanť, quia fraternitas æqualita-
tem dicit. l. verum. in prin. ff. pro soc. Cardinales vero nõ ep̃i, nul-
lo respectu Papæ adequanť, q̃a tota est apud papam. iij. q. ix. cun-
11 cta per modum. ideo, Cardinales filij appellantur. ¶ †No. secun-
do vt Abb, hic dicit per tex. ibi, cũ suis posse. & ꝑtinẽtijs, ꝙ ĩ acce-
12 ssorijs libellus gñalis ꝓcedit. † Sed iudicio meo ħ nõ bñ ꝓbať ħ,
q̃a sunt verba narratiua summi põtificis ex q̃bus nõ arguiť, vt p̱
gl. in c. ij. in ver. non teneris. de do. & contu. lib. vj. & in l. j. C. qñ nõ
petẽ. par. cũ si. vñ tex. ĩtelligitur cũ possessionibus suis debite spe-
cificatis, quia de qualitate libelli nulla erat dubitatio ħ. Et ad hoc
bñ facit tex. in l. is à quo fundus. ff. de rei ven. vbi dř simpľr fun-
dus petebať, non tñ inferendũ est ꝙ libellus ꝓcedat in quo di-
cereť peto fundũ ꝓut Abb. hic. Siľr ĩduci põt tex. in l. is à quo ser-
uus. in l. hominẽ. ff. eo. ti. vbi narrať simpľr ꝙ seruus, vel hõ peteba
tur. nã istis, & siĩbus suppleri debet, & intelligi, ꝙ petereť, q̃a in-
cidẽter ħ dř ad finem alterius dubitationis, de qua q̃riť. Et cõtra
dictũ Abb. est tex. in l. Marcellus. §. armamẽ ta. ff. de rei vẽ. & Bar.
ibi expresse dicit nõ ꝓcedere libellũ in quo dicať. Peto domũ cũ
13 massaritijs, †quia debent specificari vt de armamentis nauis [c] ibi
c dicitur. Et illum tex. contra Inn. quem Abb. hic refert alleg. Ang.
in l. si in rem. in fin. ff. de rei. ven. & fateť ibi, nescire responsum. Et
de illo tex. etiam ad dictum Inno. oppo. Pau. de Ca. & nõ soluit, in
l. de pupillo. §. qui nunciat. in fin. ff. de ope. no. nun. Sed idem Pa.
rñdet, & distinguit in l. in summa. ff. de re iud. vbi videndũ est, q̃a
Abb. ħ se remittit, & no. Bar. in l. j. in prin. ff. de eden. cũ si. vt Alex.
tradit in d. l. in summa. & in l. si filius. j. col. fi. de ver. ob. & in l. si ma
rito. §. fi. ff. sol. ma. & idem Alex. consi. xc. in causa. & lite, col. pen.
14 lib. ij. †Et de pertinentijs, de quibus Abb. se remittit ad cap. cum
ad sedem. de res. spo. vbi Abb. late insistit. & Alex. in cons. xlij. de
celerrima. lib. j. & Soz. in consi. xlvij. lib. j. ¶ No. ibi, possessionibus,
15 †ꝙ possessio accipitur hic pro ipso prædio & proprietate proba-
tur ĩ c. ad nostrã. j. vbi Abb. s̃. de iureiu. in c. qm̃ frequẽter. §. ꝙ si fu-
per rebus. vt lite nõ ꝯte. in l. possessionis. vbi gl. C. de proba. & est
tex. q̃ expresse ħ dicit in l. interdũ. de ver. si. no. Bar. in l. j. in prin. ff.
16 de acq. pos. ¶ †No. iiij. ibi, notãdũ ep̃i intẽtione fundata, ꝙ re⁹ nõ
debet excep. opponere, nisi prius intentio actoris fundata, sit &
glo. hic in versi. confessus. in fin. & ita est etiam ex parte actoris.
Nam probata prius exceptione, replicatio proponitur, vt videbi
mus post Io. an. in c. ij. s̃. eo. si tñ iste ordo non seruetur, per ħ reus
17 non repellitur, vt est text. not. ſm Bald. in prin. hic. ¶ †Not. quin-
to ibi, ep̃s vendicare, ꝙ licet directa rei vendicatio dño deť. l. in rẽ,
in prin. ff. de rei. ven. vtilis tamen non dať ep̃o ꝓ iuribus suis, licet
nõ sit dñs, vt Abb. in ij. no. hoc dicit, & idẽ Abb. in c. cũ verabilis ĩ
prin. post Inno. ibi de religio. do. & ĩ c. examinata. in vj. no. p̱ illũ
tex. s̃. de iud. & facit qđ Abb. tradit in c. ꝓ illorũ. in prin. de p̃ben.
vbi inquit libellũ ꝓcedere, ĩ quo p̃ronus ecclesiã tanq̃ suã petit,
18 †quia intelligiť rõne iuris p̃ronatus, [d] & idẽ Pau. de Ca. post. Bal.
d scri. in l. monumenta. C. de leg. Quantum tñ ad tex. hic aduerten
19 dum est, q̃a licet ep̃s nõ sit dñs, †sed ꝓcurator ecclesię, c. ij. de do.
na. potuit tñ, & vř in dubio agere noĩe ecclie, c. olim. j. vbi Abb. s̃.
de rest. spo. & in c. literę, vbi idem Abb. late hoc ꝓsequiť. s̃. de dila.
ecclesia aũt ipsa habet dñium in bonis tꝑalibus. xij. q. j. in c. vidẽ-
tes, & isto respectu ẽt directa rei vẽdicatio potuit ħ in intẽtari p̱
bonis

ADDITIONES.

a ¶S. Ald. Appellatur. Adde idem esse de archipiscopis Deci. in c. cum Romana. in j. nota, de appel.
b ¶Syl. Ald. Decoretur. vide Deci. in c. ad præsentiam. in fi. infra de appel.
c ¶Syl Al. Nauis. Idem in c. pœnitentia, in ij. no. de proba.
d Syl. Ald. Iuris patronatus. Amplia, & declara vt per eundem. in cap. bonæ. in prin. infra de appella.

bonis temporalibus, ꝑ quibus ēt hic agebat̄. Vel secūdo hic non dr̄ de rei vēdi. prout Abb. dicit, sed ꝙ ad se ꝑtinebat ecclesia, vt patet in prin. h̄. qd̄ quidē verbū gn̄ale est l. verbū ꝑtinere. de ver. sig. & no. in c. inter dilectos. de fi. instr. Nō ob. dū dr̄, ꝙ ep̄s nō poterat illā vēdicare, q̄a hoc verbū intelligit̄ largo mō, q̄a refert̄ ad petitionē. †nā qn̄q; ēt vendicare accipit̄ pro actione personali. l. ꝑ diuersas. C. mand. gl. ibi in ver. sua. & eo. mō intelł̄r verbū, vēdicabat, qd̄ inferius ponit̄. ¶No. sexto ibi, pro quibusdā ecclesijs. ꝙ vna ecclesia pōt cū pluribus permutari. †Permutatio. n. de iure cōi permissa est, cle. j. in prin. de rerū permu. Vnde sicut cū vna re. ita cū pluribus pōt permutatio fieri, †q̄a lr̄ę ad permutandū nō dn̄r odiose, sed potius fauorabiles, vt probat Cald. consi. j. de re. permu. †Et ista rōne ꝙ permutatio cōcedat̄ de iure cōi, licet pluries facta sit, per hoc fraus nō arguit̄, vt Old. tradidit consi. cciij. factum tale est. & qn̄ vnū beneficium cum duobus permutatur, vt hic, vno euicto †permutatio retractatur, vt hr̄ in x. decisione Rotę, in ti. de re. permu. in antiquis, & in tertia eo. ti. in nouis. Et ista ↄclo †ꝙ permutatio possit fieri de vno beneficio cū pluribus, intelligit̄ qn̄ quis plura bn̄ficia iure cōi obtinebat. Si aūt per dispēsationē habuisset, cū essent incōpatibilia, hoc fieri nō pōt, q̄a priuilegiū dispensationis ad alios nō extēdit̄,[a] vt Abb. hic post Fed. quē refert in tract. de permu. beneficiorū. in q. xij. Et facit qd̄ not. Abb. de expectantibus pluribus in c. cū olim. colū. j. de re. permu. Sed tn̄ aduertendū est, quia sicut dispensatio non extenditur de vna persona ad aliā, idē est in collatione beneficij, quia si facta sit vni, nō porrigit̄ ad aliū, & tn̄ ex cā permutationis propter auctoritatē superioris in alium trāsfertur. Ita pariter dici pōt in beneficijs incompatibilibus, si superior, cuius auctoritate fit permutatio, super illis dispensare potest. Et hoc non vr̄ negare Fed. in loco præalleg. Similiter d. Ant. de Bu. hic cōsuluisse, ꝙ si dispensatū sit cū aliquo, vt ꝑmutare possit, intelligit̄ cū vno nō cū pluribus, arg. c. nō pōt. de præben. in vj. & Mod. sequuntur per reg. l. boues. §. hic sermone. de verb. sig. Sed aduertendum est, quia aut fuit dictum ꝙ possit permutare cū beneficio, prout loquit̄ Anto. de Bu. & vr̄ res clara, quia dispēsatio fuit limitata, arg. l. in agris. de acq. re. do. aut simpliciter dictū fuit, ꝙ possit permutare, prout Mod. referunt. & vr̄ ꝙ possit ēt vnū beneficiū, cū pluribus permutare, per istū tex. q̄a ista vr̄ interpretatio passiua, quæ ēt in materia stricta admittit̄, vt no. in l. j. §. lex Falci. ff. ad leg. Fal. Et quia ista vr̄ tn̄ vna permutatio. ideo non ob. iura allegata in ↄ̄rium. ¶No. septimo ibi. cōfiteri se credere. ꝙ cōfessio de credulitate præiudicaret nisi aliud obstaret. †Nam tantum nocet confessio de credulitate sicut de veritate, glo. fin. quam Abb. hic dicit singularem in c. ex literis. s̄. de iureiur. pro qua videt̄ tex. hic, †cōfessio tamen de credulitate non dr̄ propria cōfessio, vt no. Bal. in l. ij. §. quod obseruari. col. iij. C. de iura. calū. & in l. de tutela. colū. ij. C. de in inte. resti. ¶†No. octauo ꝙ ep̄s est loco dn̄i. †Et idem in quolibet alio prælato, quantum ad administrationē. c. & tꝑis qualitas. xvj. q. j. & in c. relatio. xxj. q. j. cum simi. non tamen absolute est loco dn̄i, respectu bonorum, de quibus libere non disponit c. ij. infra de dona. †Nam clericis, & prælatis de bonis ecclesiæ viuere permittitur, non luxuriari, vt xliiij. dist. c. j. Facit no. dictum Archi. de summo pont. xij. q. j. in cap. non liceat papæ. Similiter respectu clericorū nō dicitur absolute episcopus esse loco domini, quia scriptū est. Non vt dominātes in clero c. j. in fi. x. q. iij. & text. no. xcv. dist. in c. esto subiectus. vbi dr̄. Sciant episcopi se esse sacerdotes, nō dn̄os, & ꝙ dn̄t clericos vt clericos honorare. Et recitat̄ ibi illud dictum Domitij oratoris. Cur ego te habeā in principē, si tu non habeas me in senatorē. & in c. ep̄s. eadē dist. xcv. dr̄ ꝙ ep̄s sedens non patiatur præsbyterum stare. & no. Abb. in c. j. de excessi. prælato. & in cap. ad nostram. in ij. no. de appellationibus. ¶†Not. nono ibi, pro suæ voluntatis arbitrio. ꝙ ista verba important hic arbitrium boni viri, & voluntatem regulatam,[b] quia non potest episcopus vti bonis ecclesiæ ſm liberam eius voluntatem. c. ij. de dona. & s̄. dixi. Sed in ↄ̄riū est tex. quē ibi pōderauit ad hoc Io. de Imol. in l. j. ff. de solu. vbi p̄dicta verba simul iūcta, designāt voluntatē simplicē. Et hoc vr̄ verius inspecta ꝓprietate verborū. Non obst. tex. hic, q̄a procedit ꝑ ꝑ qualitatē ꝑsonæ, ad quā verba referunt̄. facit tex. in l. plenū. §. ęquitij. ff. de vsu & habita. ¶†No. x. ꝙ ep̄s in subiectione ecclesiarum fundatā habet intētionē[c] in tota sua diœcesi. Idem probat̄ in c. oēs basilicæ. xvj. q. vij. facit tex. in c. cū ex iniuncto. in fin. s̄. de hæret. in c. cum ep̄s. de offi. or. in vj. & in c. ad decimas. de rest. spo. in vj. & no. Ant. de Bu. in c. fin. col. j. de causa poss. & proprie. & Card. qui alia iura adducit, consi. cxviij. duo vidēda sunt in fi. Et adeo tale ius radicatur in ep̄o, ꝙ ēt ex dispōne testatoris alterari nō pōt,[d] vt Bar. tradit in l. quoties. §. fi. ff. de admi. tu. †vbi inquit ꝙ testator, q̄ edificauit capellā, nō pōt illā eximere de ꝑtāte ep̄i. Et de hoc allegatur dictum Inn. in c. in Lateranēsi. circa. ff. de præben. & no. Abb. in c. requisisti. col. pe. de test. & in c. nobis, in vj. no. de iure patro. cum simi. Et prædicta vera sunt in spūalibus. secus est in tꝑalibus, vt tex. hic distinguit, no. Card. cōsi. p̄alleg. & idē Abb. in c. cum venerabilis in prin. de relig. do. Itē, & secūdo prædicta locū hn̄t in iure proprietatis. Secus est quo ad possessionē, quā ep̄s habere nō p̄sumit̄, licet eccł̄ia sit ī eius diœcesi. c. olim. iij. de resti. spol. vbi Abb. in secūdo no. ita dicit singulr̄ probari. idem & Abb. in c. cum venerabilis. in ij. not. de relig. do. ¶†No. xj. ꝙ si transumptum discordat ab originali, stat̄ originali.[e] no. Bar. in l. si quis. §. prætor. ait. ver. & ex hoc sequit̄. ff. de eden. & in l. Sempronius Proculo. ff. de le. ij. cū si. vt tradit Alex. in d. §. p̄tor. ait. & cōsi. cx. reuerende. dn̄t. lib. ij. & est tex. in §. illud, in auc. de tabellio. & ibi Ang. & no. Io. de ana. in cons. xxxiij. circa primū in prin. & Pet. Philip. de Cor. cons. xxviij. ał̄s super hoc. lib. j. ¶Vltimo Abb. hic prosequitur naturam verbi, concedo, & breuiter ꝓbabilis vr̄ conclusio, in qua residet, ꝙ †in dubio ex tali verbum dominium transferatur, nisi aliud ex coniecturis colligatur. allegat Bar. in l. vxori. †. si per illum tex. de leg. iij. & hoc sequitur Alexan. qui alia iura adducit in l. à Titio. col. fin. de ver. obl. & in l. si donatione. char. pe. C. de coll. †Et ad hoc facit, quia verbum, cōcedo, gn̄ale est, & accipitur ſm naturā actus, cui adijciur. gl. no. per illū tex. in c. j. in ver. tit. de vsuris. in vj. & Bal. in l. iō ambigit̄. in fi. ff. de legi. ergo in dubio intelligit̄ ꝙ dn̄ium transferatur, si non sit alia cōiectura concessionis particularis. Ad hoc induco duo iura, tex. no. in l. si ita distrahitur. ff. de contrahen. emp. in fi. vbi stipulatio in dubio continet ꝙ dominium transferatur. Et tex. in l. j. §. pen. ff. pro dote. vbi etiam dicitur ꝙ in dubio agi videtur ꝙ in rebus traditis dominium transferatur. & de isto verbo, concesso, vltra ea, quæ dicunt Mod. etiam tradit Alex. ī l. si quis ante. in fi. ff. de acq. poss. & in l. sed si me putem. §. j. de cond. inde. Ang. in l. nō solum. ff. de pec. & in l. si mihi. in prin. ff. de serui. rust. prædio. Alex. consi. clx. longa. est col. x. ¶†In gl. j. ibi, similem casum. similis est quo ad narrationem facti, sed dissimilis in decisione, ex quo Abb. arguit pro testibus concordandis. qui dixerunt rem aliquam similem. vt omnimoda similitudo non exigatur. †Nam arg. à simili procedit, licet in oībus nō sit siłitudo. Sufficit[f] enim esse similitudinem in casu de quo agit̄, vt idē Abb. declarat in c. translato. de consti. quēadmodū. s̄. de iu. iur. Immo qd̄ plus est, si sit ēt aliqua dissimilitudo eo respectu, de quo †q̄rit̄ nō tollit̄ arg. à simili vt colligit̄ ī d. c. ↄstitutus. ex dictis Io. an. ibi, quē Abb. refert. Siłr quod Abb. hoc dicit de testibus concordandis, putarem illud ēt hr̄ę locum, si sit dissimilitudo in materia dę qua agit̄, q̄a dato ꝙ arg. à siłi de iure nō ꝓcederet, tamen vt testes reducantur ad concordiam, sufficit ꝙ aliqua similitudo reperiat̄, arg. eorū q̄ hn̄tur in c. cū tu. de testi. ſm hoc, ampliat̄ dictū Abb. & reddit̄ no. Et ſm p̄dicta declaratur & distinguitur gl. in non potest, in ver. curam animarum. de p̄bē. in vj. dum inquit ꝙ non potest dici simile vbi aliqua dissimilitudo sit. ¶†In gl. ij. in prin. no. ſm Abb. hic ꝙ responsio repentina, & indeliberate facta non præiudicat, per iura allegata in gl. in quibus detestatur ille, qui ex abrupto. & inconsiderate loquitur. Ad hoc idem tex. in c. inter hæc circū. de pen. distin. iiij. vbi dicitur. Virtus enim lenta est, & omnium percunctatrix, iniquitas omnia †præcipitat. & in cap. sciendum. xxix. dist. dicitur ꝙ in erroris labyrinthū incidit, qui iudicat priusq̄ intelligat. †Et ibi Do. ad propositū dicit ꝙ cōfessio ex abrupto facta in iudicio. potest etiā ex interuallo reuocari, non aliter probato errore. Quod no. est ad ea, q̄ hn̄t in c. fi. s̄. de confessis, & ibi etiam Domi. infert ↄ̄ iudicē, cui in mane †processus mittit̄, & in sero iudicat.[g] de quo est dictū Bart. ī l. prolatam, circa fi. C. de sen. †Et idē de cōsilio p̄cipitato dicit Ant. de Bu. in c. si ꝓ debilitate. col. pe. de offi. delegati. ꝙ non sit sequēdū quādo interrogatus doctor statim consiliū reddit. † Velox. n. consilium penitētia sequitur, vt not. Abb. in c. ad apostolicam. in ij. no. de reg. †Et idē de laudo lato ex abrupto, ꝙ nō valeat, tenet Bal. in c. j. circa fi. de inuestitura in mari. fac. Et idem Bal. in l. prolatam. col. fi. vbi inquit †ꝙ licet factum sit compromissum cū plenaria ꝑtāte, nō tamen immediate post cōpromissum poterit ꝓnuntiare. †Et idem de decreto iudicis interposito, ꝙ sit nullum, tradit Pet. de ancha. in consil. lxxxij. visis diligenter. Et quod idem

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Extenditur. Vide Dec. in c. at si clerici. §. de adul. col. vj. de iud.

b ¶Regulatam. & bene. quidquid dicat Dec.

c ¶Ald. Intentionem. Vide Deci. in consi. cxxj. in prin.

d ¶S. Ald. Non potest. Adde Dec. in c. cum M. in vij. col. ver. iij. conclusio Abb. s̄. de consti. in consi. cxxi. col. i. & seq.

e ¶Ald. Originali. Vide Deci. & quæ ibi addidi in c. quoniam contra. supra de proba. in x. no. in fin.

f ¶Sufficit. Dec. s̄. de consti. c. translato, lec. j. & in rub. de prob.

g ¶Syl. Ald. Iudicat. Vide Dec. s̄. ste consti. in eccl. s. Mariæ. col. xj.

idē Pet.de anc.dicit cōsi.clxxxviij. visis cōsilijs famosissimorū, & cōsi.cclvj.in cā & qōne.Facit tex.in c.cū ex literis.vbi Ant. de Bu. in vij.no.Abb.in viij.no.s̄.de in integ.rest.Sed q̄tū ad cōclusio.gl. Abb.dicit ꝙ nō ꝓbat̄ in isto tex.vt p eū hic, & nedū nō ꝓbat̄, sed ꝯriū ꝓbat̄ hic, qa ista cōfessio incōsulte facta præiudicasset, nisi aliud obstaret.Similiter iura allegata in glo, nō ꝓbāt intētionem eius,sed potius volūt ꝙ rn̄sio indeliberata noceat,& præiudicet. Cōsiderādū tn̄ est,qa ex gl.nō bn̄ collr̄ qđ Abb.dicit h̄.Nā de cōfessione,verbū nullū,sed vim facit ꝙ litis cōtestatio nō esset legitima.Et ex glo.alia solutio collr̄,dū inferius dicit ꝙ ꝓcurator sub cōdōne & excipiēdo rn̄dit.vnde ex gl.nō debet elici qđ nō dicit,

49 vt postea reprobet̄.¶ †In gl.in verbo,bonęfidei. ibi, pignoratitia tā directa,quā ꝯria.vt Abb.hic dicit.& ꝯria nō dat̄ creditori,sciēter recipiēti rē alienā.l.tutor.§.ꝯriā.ff.de pignora.actio.quē Abb.

50 allegat hic.†Hoc facit ad qōnē ꝙ licet iudex hēat priuilegiū,vt rē alienā sibi pignoratā retinere queat,vt tale priuilegiū nō hēat locū,qn̄ rē alienā sciēter recipit.Et ita ī terminis ꝯsuluit Io. de ana. ꝯsi.lxx.visis,& pōderatis.vbi inducit tex.in l.seruus cuiusdā.ff. de

51 cōdi.in de.†quā Bal.ibi dicit esse notabilē ꝯ iudęos ꝓ famulis scholariū pignorātibus libros dn̄orū.& de hoc ēt Bal.tractat ī ꝯs.xcij. tria sunt lib.iiij.s̄m primā impressionē.facit ēt tex.& qđ ibi Bal.in l.eos.C.de fur.¶ In ea.gl.ibi,p̄scriptis verbis,& q̄ de ęstimato ꝓponit̄,illa copula,&,esse nō debet,qa actio p̄scriptis verbis abso

52 lutę nō est bonęfidei,†sed tm̄ in duobus casibus,videlicet quādo agit̄ de ęstimato,& in ꝑmutatione,vt probat̄ in d.§.actionū.& in alijs casibus est stricti iuris,vt no.p gl.in ver.ex ꝑmutatione. in d. §.actionū.vbi vidēdū est.¶ In ea.gl.ibi,alię vero dicūtur actiones

53 stricti iuris.†Adde tn̄ ꝙ sunt quædā actiones stricti iuris, q̄ habēt similitudinē cū actione bonæfidei ꝓut est actio ex testō, vt no. in l.in minorū.C.in quibus cau.in integrū restitutio nō est ne.& idē Bald.in l.si mihi.§.si seruos.de leg.j.in l.cōtinuus.§.illud.colū.j.de ver.ob.Et hoc notabiliter declarat Bart. in l.si hæres. de eo quod cer.lo.& vide Are.qui ēt hoc aliter declarat in l.ij.§.Cato.col.xiij.

54 in fi.de verb.obl.Et qđ dr̄ de actione ex testamēto.†idem est de actione competente pro donatione cau.mor.vt est glo. not. in l.

55 Seia.§.j.in ver.cōstituto.ff.de dona.causa mortis. ¶ †in ea.glo.ibi. §.in bonæfidei. Hic prima differentia colligitur inter ꝯctus bonæfidei,& stricti iuris.& pro glo.etiam Abb.allegat tex.in l.curabit.C.de actio.emp.Sed illa lex prima facie non facit ad dictum glo.quæ loquitur,qn̄ veniunt vsure ex mora.Text.in d.l.curabit. locū habet,qn̄ vsurę debent̄,etiā sine mora,vt ibi patet, licet nul

56 la mora intercessit,†nisi dicat̄ ꝙ ēt ibi sit mora,saltē irregularis,q̄ re ipsa cōtrahit̄,vt ibi no.Bar.facit gl.in l.euictis.§.fi.ff.de vsur.no.

57 per gl.& Doc.in l.de diuisione.ff.solu.ma. †Et quantū* ad vsuras Abb.h̄ cōcludit,ꝙ ēt de iure canonico vsure debent̄ rōne interesse,& quatenus interest,vt tenet gl.in d.l.curabit. in versi. ratio, quā Doc.sequunt̄.Et idem gl.in c.cōquestus. de vsu. in c. peruenit.in ver.indemnem.de fideius.in l.ij.C.de vsu.& facit qđ no. gl.

58 in l.cū allegas.vbi Bal.col.pe.C.de vsur.†& istud interesse consideraт̄ nō solū ratione damni emergētis,sed ēt respectu lucri cessantis,vt Inn.voluit in c.sacro.de sen.excō.qđ Abb. hic dicit esse notabile.& idem Abb.sequitur in c.P.& G.in primo not.de offi. de leg.in c.dilecti.in j.not.de foro compe. & in d. cap. cōquestus. circa fi.& cōsi.lxiiij.venio ad primum.col.vj.lib.j. Et idem Pet. de anc.consi.cxlix.in qōne quæ vertitur.col.ij.vbi alleg.Cy. in auctē. ad hæc.C.de vsur.vbi ēt Baly.& cum istis cōcordat Cuma. consi. cxxxix.P.laicus.col.fi.Are.cōsi.ix.elegāter,& vere.circa fi.Et hoc verum intellr̄ in homine solito negotiari,vt Bar.dicit per illū tex. in l.iij.§.fi.ff.de eo qđ cer.lo.& in l.j.C.de senten. quæ ꝓ eo quod interest.char.vlt.Et sic loquunt̄,& intelligunt̄ Doct.in locis supra alleg.& idē Alex.tractat cōsi.cxc.visa scriptura priuata.in fi.lib.ij.

59 †Ideo ex parte agētis debet hoc articulari & probari ꝙ esset solitus negotiari.aliàs nō obtineret interesse lucri cessantis, vt Alex. cōcludit consi.cxlj.viso themate.in princ.lib.v.Et licet ista sit cōis opi.ꝙ interesse lucri cessantis possit peti p s̄.dicta tn̄ de iure non

60 bene ꝓbat̄,†qa tale interesse dr̄ extra rē,de quo nulla rō hr̄,ēt si cōsistat in damno,vt est tex.in l.si sterilis.§. cū p venditorē. ff. de act.emp.Nec ob.ꝙ Bart.in locis s̄.alleg.dicat illum §. ꝓcedere in non solito negotiari,quia hoc nō solū diuinat, sed vr̄ contra rōnem illius tex.dū inquit,non venire interesse ratione damni vel lucri cessantis,quia extra rem sit. Ista ratio vtique militat in solito negotiari,quia hoc videtur interesse extra rem, secundum ꝙ Bart.declarat in d.l.j.C.de sen. Propterea text.in d.§. cum per venditorem.etiam videtur loqui in solito negotiari. dum dicit. Neque enim si potuit ex vino negotiari,& lucrum facere. Talia enim verba non conueniunt nisi solito negotiari. Et ꝙ nō habeatur ratio lucri,ēt in solito negotiari,videtur casus in l.fi.ff.de periculo,& commo.rei ven. ibi, veluti si negotiatus fuerit &c. Non ob.tex.in l.iij.§.fin.ff. de eo qđ certo loco.in quo fundat̄ cōis opinio.qa rn̄deri pōt ꝙ loquit̄ in arbitrarijs actionibus,vt.ex nā tituli collr̄,& ēt ex verbis literę, dū inquit, in hāc actionē arbitrariā. in qbus actionibus arbitrarijs, est & spāle p p eorū latiorē nām.

61 Verū qa mā h̄ nō cadit nō insisto. † Sed retēta cōi opi. ꝙ in solito negotiari interesse ēt lucri cessantis ꝯsideret̄.vera intellr̄,& ꝓcedit in prīo lucro qđ immediate ex mora ꝯsiderari pōt respū eius qđ mediate debebat̄, nō aūt attēdi debet ꝙ si rē debitā habuisset, illā vendere potuisset, & rursus ex illis pecunijs lucrari. Talis em̄ discursus nō debet fieri circa interesse,qa res ꝓcederet ī infinitū,ꝯ.l.j.C.de sen.q̄ ꝓ eo qđ inter. Et facit ad h̄ tex.ī l.Neratius. §.si seruo.ff.de ser.corrup.Et qa tale interesse venit à remotis, & oīno vr̄ extra rē.vn̄ nō debet̄.d.l.si sterilis.§. cū per vēditorē.ff. de actio.empt.¶ Et q̄tū ad ꝯclōnē principalr̄.s̄.factā,ꝙ interesse peti possit,bn̄ ꝓcedit,qn̄ ille à quo petit̄ interesse,fuit in mora regulari,vel saltē irregulari,vt gl.loquit̄ h̄.secus si nō sit in mora, qa sine mora vsurę nō debent̄.l.lecta.vbi Bart.ff.si cer.pet. Vn̄ si datus

62 sit terminus ad soluēdū,durāte†termino nō dr̄ esse in mora, d.l. lecta.§.sed cū fortis.& ꝓ gl.ī l.si cū exceptione.§. quatenus.in verbo,tripli.ff.qđ me. cā.Ergo ante terminū nō poterit peti interesse.Et hoc expresse tenet Ant.de Bu.in c. salubriter.col.ij.de vsur.

63 vbi ꝯcludit† ꝙ qn̄ actū fuit à principio ꝙ dos saluat̄ ī certo termino,interim durāte termino nil pōt maritus cōsequi, ex quo non est ī mora p p datā dilationē,qđ tn̄ iterū intelligit̄, nisi actū esset inter partes ꝙ ꝓ interesse,qđ patit̄ ille,q dilationē dedit,interim aliquid soluat̄,vt no.Paul.de Cast. in l. Iulianus.§. ex vēdito.ff. de act.emp.& Alex.tractat in consi.ccxx.super titulo.col.pe.lib.ij.Facit qđ idem Alex.scribit in consi.cxxj.visis,& ponderatis. lib.v. & Abb.consi.lxvj.ad claram decisionē.lib.j. Tali em̄ casu nō fuit data dilatio simpl̄r,sed secundū q d . iō ꝯuentio debet obseruari.l.j. §.si ꝯuenerit.ff. depo.l.ꝯctus.ff. de reg. iur. Et hoc æquitatem habet,ne ille,q habuit dilationē, lucret̄ cū iactura eius, q illā ꝯcessit.Et hoc intellr̄ verū,vt ꝓcedat qn̄ ꝯstat, & ꝓbat̄ de vero īteresse.

64 †Taxatio vero,& ꝯuētio facta de certa quātitate ꝓ īteresse,nō

a valet,[a] vt no.dicit Io.an.ī d.c.salubriter.ī prin.† vbi inquit ꝙ si ma-

65 rit9,cui facta fuit ꝓmissio dotis sub certo termino,ꝯuenit vt inte-

b rim recipiat certos denarios ꝓ libra,talis ꝯuētio illicita est.[b] Et sequunt̄ ibi Ant.de Bu.Car.& Doc.& Lau.de rodulphis,in repe.c. ꝯsuluit.in d.l.iij.circa fi.de vsu.& s̄m istā deci.ꝯsuluit Pet.de anch. ꝯs.cxlix.in qōne q̄ vtit̄.Alex.in d.ꝯs.ccxx.sup ti.qōnis.col.iij.lib.ij. Et ad h̄ ēt est notabilis decisio.Bal.in l.rogasti.§.si tibi.ver.quid ergo si mutuo tibi.ff.si cer.pe.quem refert Io.de ana.in c. fi. car.pe. de vsu.& sequit̄ Alex.ꝯs.xxvij.col.fi.lib.iiij.& h̄ idē elegāter tradit Alb.de ros.ī l.j.col.pe.C.de sum.Tri.& facit qđ voluit Pau.de Ca. in l.insulā.§.vsuras.ff.so.ma.quē refert,& sequitur Alex.in d. cōs. ccxx.in fi.lib.ij.& facit qđ no.Bal.in l.fin.§.præterea.col. iij.C. de iu.do.quē Alex.sequit̄ in d.l.insulā.§.vsuras.in fi.ff.solu.ma.Et s̄m

c p̄dicta aliàs ꝯsului in cā magni pōderis, vt patet ꝯs.cix.[c] vbi vidēdū est. Putarē tn̄ ꝙ ēt certa q̄titas licite ꝓmitti possit habito respectu ad interesse verisimile.Grā exēpli, in vēditore q p̄diū vēdidit cū termino ad soluendū.Ex quo em̄ īterim lucrat̄ fructus, tenetur ad vsuras p̄tij,in recōpēsationē fructuū.l. curabit.C. de ac. emp.nā cū de vero interesse appareat, qa s̄m cōem cōtingentiā ex fundo vēdito tot ꝑcipiunt̄ fructus q valēt decē,plus tn̄ & minus s̄m varietatem tp̄is, certe illa ꝓmissio facta à princ. iuxta illa decē parū plus vel minus.nō vr̄ illicita,qa ad fructus,& interesse cōmēsurat̄,& vr̄ facta q̄dā trāsactio inspecto futuro euētu,vt tollat̄ difficultas probationis,vt est bo. tex.in l.fi.ff. de prætor. stipu. bn̄ facit tex.ī c.nauigāti.de vsur.vbi qn̄ verisilr̄ dubitat̄, nō debet ꝯctus vsurarius reputari.Et in tali casu cessant rōnes q̄ in decisio-

66 nibus s̄.allegat.adducunt̄.¶ †In ea.gl.ibi.secus si rem tradi. Nota drīam inter oblōnē, rē dari, & rē tradit. & rōnē diuersitatis Abb. hoc

ADDITIONES.

* ¶Et quantum. Vide Io.Bap.Plot.in l.si quādo.nu.468.ver.sed an mulier,vel alius creditor, & nu.569.ver.scias tamen.C.vnde vi.vbi ponit requisita ad hoc vt interesse peti possit.tam in foro fori,q̄ in foro poli. & quando maritus, vel venditor, vel vxor vidua aut alius creditor possit petere interesse lucri cessantis, aut damni emergentis,& pro reo in litem iurare,vide eundem Plotum in d.l.si quādo.latissime.nu.450.ver.maritus.vsque ad nu.474.versi.hypothecaria actio. & ꝙ conuentio seu taxatio interesse, siue par à partibus, siue à statuto. ꝙ non valeat, & sit communis opin.docet. idem Plotus ibi nu.452.in ver. vbi vero maritus.& nu.453.ver.& ipsa conuentio.nu.454. ver. si ante. & nu.470.versi. nec adiuuaretur.

a ¶Syl.Ald. Non valet. Idem ponit Dec.in consi.cxvj.col.ij.in fi.

b ¶ habeat locum quando maritus esset solitus negotiari.

c ¶Consi.cix. Sic habēt omnes libri, sed error est, & legi debet consi. cxix.

hoc adducit, q̃a si p̃cise cogeret̃ ad factũ, & ad rẽ tradẽdũ, esset q̃dã spẽs seruitutis, vt p eũ hic. Sed dic hr̃ ꝙ Bar. quẽ Abb. allegat hic in l. stipulationes nõ diuidunt̃, de ver. ob. col. ix. in ix. oppo. reprobat istã rõne, q̃a hr̃et locũ in facto hñte cãm successiuã. secus est in traditione rei, q̃ breui tp̃e expedit̃, sicut datio, vt p Bart. i d. l. stipl̃ones nõ diuidunt̃, quẽ, dum Abb. hæc scripsit, nõ debuit p̃fectè legisse. ¶ In ea. gl. ibi, sed ista oĩa necessaria veniũt in bonęfidei iudicijs. In hoc gl. p Abb. reprehẽdit, q̃a ſm eũ, sequeret̃ ꝙ in ꝯctibus bonefidei dãdo q̃s interesse liberaret̃, qđ falsum est, re apparẽte q̃ debet̃. l. si is q. ff. cõmo. l. ex empto. in prin. ff. de ac. emp. Sed aduertendũ est, q̃a ista rõ Abb. nõ loquit̃ in oblõne dãdi, prout dictũ gl. intelligitur, & tex. in l. si is qui. ff. cõmo. loquit̃ i obligatione rem restitui, quæ est alterius stature, vt Bar. tradit in d. l. stipulationes non diuiduntur. Ideo contra gl. ratio generalis videtur, quia sequeretur ꝙ in ꝯctibus bonæfidei, in quibus quis ad dandum obligat̃, succederet obligatio ad interesse, qđ quidẽ

67 iure cautum nõ reperit̃. Nã iura gñalr̃ loquunt̃, † ꝙ qui ad dandũ tenetur, præcise ad dãdũ debet conueniri, nec succedit oblõ ad interesse. l. si seruum. §. fi. de ver. ob. & no. Bar. in d. l. stipl̃ones non diuiduntur. in x. oppo. & illud ex nã obligationis dãdi, q̃ vniformis vr̃ tam in contractibus bonęfidei, q̃ stricti iuris. Et ita notabiliter in proposito Ang. dicit in l. fi. ff. si q̃s in ius vo. nõ. ie. Saluando tñ gl. dici põt ꝙ reg. p̃dicta limitet̃ nõ hr̃e locũ in ꝯctibus bonęfi. vt glo. hoc dicit. & ita ẽt tenet gl. in §. actionũ. in ver. bonęfidei, inst. de actio. Et gl. ibi, & hoc, allegat. tex. in l. j. ff. de acti. empt. q̃ loquit̃ in obligatione rẽ tradi, & nõ in oblõne dãdi. iõ parũ fa

68 cit. Sed dcm̃ gl. saluari põt p rõnẽ, q̃ in fi. gl. ponit̃, † q̃a in actionibus bonefidei. magis exuberat offi. iud. & gl. in d. §. actionũ. sequitur Bal. in c. j. col. iij. de cõtrouer. inuesti. vbi dicit illã nõ esse alibi, sed nõ meminit de ista ħ. Et ĩdẽ Bal. tenet in l. j. col. vij. ver. ij. opponit̃. C. de sen. p eo qđ interest, & Arc. sequit̃ in l. si seruũ. §. effectus. in prin. de ver. ob. Et ista cõclo maxime haberet locũ in ꝯctu permutationis, de quo tex. ħ loquit̃, in quo licet agat̃ de oblõne dãdi. succedit tñ oblõ ad interesse. l. naturalis. §. j. ff. de p̃scri. verb. Et no. Bal. in d. l. stipl̃ones nõ diui. in xj. oppo. Abb. tñ ħ, q̃ reprehẽdit gl. conat̃ illã saluare ponẽdo subtiliter, ſm eũ, aliũ intellectũ, & dicit ꝙ in actionibus stricti iuris si rẽ tradi, vel aliud factum est in obligatione, post morã venit interesse, & peti põt, vt p glo. & Bart. in d. l. stipl̃ones. sed in bonęfi. iudicijs interesse non est in obligatione, vt peti possit, sed res ipsa petẽda est, & interesse solum offi. iudi. in executione, p tex. in l. ex empto. i prin. ff. de actio. emp. dum ibi dicitur ꝙ bonęfi. conuenit præstari, qđ inter contrahentes actum est. Sed aduertendum est, quia istud qđ Abb. dicit, primo non videtur aliquo modo ex intentione gl. quia Abb. loquitur tantum in obligatione factorum, in qua glo. differentia non facit inter contractus bonęfi. & stricti iuris, sed in omnibus fatet̃ ꝙ venit interesse. sed dñia ſm gl. consistit in obligatione dandi, de qua Abb. non loquitur. Secundo dictum Abb. omnino est ꝯ gl. quæ vult ꝙ facilius venit interesse in contractibus bonęfi. q̃ stricti iuris. cuius totum ꝯrium Abb. dicit. Et cõtra Abb. facit, q̃a magis conuenit ꝙ in contractibus bonęfi. succedat oblõ ad interesse p̃pter morã, q̃ in ꝯctibus stricti iuris, in quibus magis stricte p̃cedit̃. l. quidquid. de ver. ob. Nõ ob. tex. in l. ex empto. quẽ Abb. adducit, q̃a nõ loquit̃ in oblõne dandi. Præterea dum ibi dr̃, ꝙ bonęfi. cõuenit hoc p̃stari, qđ inter ꝯhẽtes actũ est, hoc ẽt habet locũ in cõtractibus stricti iuris, q̃a semper in stipl̃onibus, & in cęteris ꝯctibus sequimur id, qđ actũ est. l. semper in stipl̃onibus. ff. de reg. iur. Tertio considerandum est, q̃a nõ vr̃ vera dñia in se quã Abb. facit, q̃a nã oblõnis facti, est vniformis tã in ꝯctibus bonęfi. q̃ stricti iuris, vt oblõ succedat ad interesse, & debet̃ interesse alternatiue, vel factum, ſm electionẽ actoris, vt late Bar. cõcludit in d. l. stipulationes nõ diui. in vij. q. Ex quibus patet Abb. ħ posuisse falcem in messem alienam, licet ipse dicat vltra alios ista de-

69 clarasse in fauorẽ Canonistarum. ¶ † In gl. in verbo, loco dñi. colligitur ꝙ tradendo rem alienam non fit permutatio. & vera est ista cõclusio, ſm Abb. post Bar. in l. j. ff. de rerũ p̃mu. q̃n ꝯhentes vtũtur verbis denotantibus translationem dominij, puta, dabis, dabo, vt per eum ħ. Sed tunc considerandum est ꝙ traslatio dominij veniret accidentaliter ex vi, & proprietate verborum, quibus vtuntur cõtrahentes, nõ ex nã cõtractus permutationis, de quo

70 quærit̃. ¶ † Secundo Abb. concludit post Bar. in d. l. j. ꝙ si cõtrahẽtes p̃mutationẽ, vtũtur verbis significantibus puri facti execu. tionẽ, puta, trades, tradã, tunc ẽt cum non dño permutatio fieri

a potest[a] quia ex simplici traditione satisfactum erit verbis contrahentium. Sed in hoc dubitationem facit, quia cum de natura cõtractus permutationis sit ꝙ dominium transferatur. l. j. in prin. ff. de rerum permu. l. cum precibus. C. eo. ti. illa verba, trades, tradã, licet de se nõ importent trãslationẽ dominij, tñ intelligi debent ſm nãm contractus permutationis, de quo agitur. l. si ita stipulatus. ff. de vsur. l. si vno. i prin. ff. loc. Vnde dictum Abb. intelligi debet, q̃n omnino constaret de mente partium ꝙ dominium transferre noluissent. Sed tunc insurgit alia dubitatio, quia si non debet transferri. ergo non erit permutatio, & tale pactum in cõtra-

71 ctu permutata, valere non videtur, † sicut in contractu venditionis non valet pactum ꝙ dominium non transferatur. l. cum manu. sata. ff. de contrahen. emp. in §. fi. facit tex. in l. vbi ita donatur. ff. de do. cã mor. & in l. cum præcar. ff. de præcario. cum si. nam talis ꝯctus, in quo simpliciter res adinuicem traduntur, vr̃ potius cõtractus innominatus, facio, vt facias. de quo in l. naturalis. §. sed si facio. ff. de p̃scri. ver. facit tex. in l. si rem. §. si cum vnum. ff. de præscri. ver. Proprie vero non potest dici permutatio, sed largo modo quo casu etiam, venditio, & locatio largo modo permutatio dicitur, vt not. in rub. C. de rer. permu. Et in isto secundo dicto Abb. non cadit qđ Abb. dicit de euictione, ex quo non esset vera permutatio, quia euictio considerari debet, quando permutatio vere agitur a contrahentibus, prout loquitur tex. in l. j. §. vnde. de rerum. permuta. ¶ Tertio Abb. hic omittit vnum membrum distinctionis Bar. in d. l. j. ff. de rerum permu. scilicet quando vnus promisit dare, alter, non, puta, dabo tibi decretum, vt decretales accipiam, tunc tradendo simpliciter ex illa parte, a qua dari debuit, non impleretur. contractus, ex alia sic, per s. dicta. Et in isto casu etiam aduertendum est, quia Bart. intelligi debet, quando certũ esset ꝙ de mente partiũ constaret, ꝙ ex parte esset dãdũ, & ex altera tradendum simplr̃. Si vero simplr̃ dicat̃, p̃ut Bart. dicit dabo tibi, & accipiam, illud verbũ, accipiã. intelligeret̃ cum effectu, scilicet vt mihi detur, & dñium in me transferatur, vt sequat̃ æqualitas in contractibus. l. Iulianus. §. si a pupillo. ff. de act. emph. & pro hoc vr̃ tex. in l. nãlis. §. j. ver. si aũt. ibi si aũt do rẽ accipiã. & dicitur ibi ꝙ est contractus, do vt des. & sic ex vtraque parte domi-

72 nium transferatur. ¶ † Ex supradictis Abb. infert ad permutationem beneficiorum, ꝙ si duo permutant eorum beneficia, & alter non habet ius, ꝙ nulla permutatio contrahatur. Et ita tenet. Fede in trac. de permu. benefi. car. ij. ver. x. quæritur. vbi alleg. tex. hic. & idem no. Domi. post Io. an. in c. j. col. ij. ver. quid si vnus de

134 col. fin. de simo. & in c. in prin. de conces. præben. † vnde ecclesia non potest effici collegiata. Adde Abb. in c. nobis. in fi. de iure patro. nisi de consensu patroni. vt no. Abb. post Host. in suggestũ. de iure pat. habet tamẽ ep̃s cõfirmationem in ecclesia collegiata; vt Abb. hic dicit, ꝑ illũ tex. cũ gl. in c. j. xviij. q. j. Nã cõfirmatio ꝓprie in electione requirit̃, vt no. Abb. in c. auctoritate. de insti. facit tex. in c. fi. de ele. in vj. Et not. Car. in cle. quia ꝯtigit. §. vt aũt. in iiij. not.

135 de reli. do. † Fallit in summo põtifi. in cuius electione cõfirmatio non requiritur.[a] c. licet de vitãda. vbi gl. fi. & Abb. in v. no. de elec. Et de effectu confirmationis no. Abb. in c. j. de confir. vtili cum simil. vt dixi ibi in gl. ij. † Et quãdo dicat̃ ecclesia collegiata, Abb.

136 tradit in c. nobis. de iure pat. & in c. dilecta. de excel. præla. Old. consi. cxlvj. factũ tale est. Car. in cle. q̃a cõtingit. §. vt aũt. in iiij. no. de relig. do. & in cle. j. §. ad hæc. in iiij. q. de præben. And. Sic. cõsi.

137 xvij. lib. j. ¶ † Tertio colligitur, fm̃ Abb. q̃ si ecclesia construatur ĩ parochia alterius ecclesiæ, rector illius parochialis ecclesię habet præsentare, & ep̃s nõ habet fundatã intẽtionem in tali ecclesia. Et idem Host. hic ꝑ c. ad audientiam. j. de eccle. edi. Sed secundũ Abb.[b] hoc nõ est verũ, & bene, q̃a tex. in d. c. ad audientiã. loquit̃ qñ ecclesia ędificauit, vel dotauit ecc̃iam. ideo illi ius patro. acq̃rit̃, iuxta no. in c. pię. xvj. q. vij. Et istã rõne hoc idẽ esset in alio, etiã laico, qui edificaret ecclesiam. & idem Abb. latius in d. c. ad audientiã. post Ant. de Bu. & ita etiam illũ tex. declarat Fede. cõsi. ccxxxiij. super primo pũcto. in fi. & hoc refert, & approbat Car. cõsi. lxv. pro discussione puncti. col. j. & Car. in cle. j. in princ. colũ.

138 xiiij. ver. solutio pro declaratione q̃onis. de sup. neg. pla. † ¶ Quarto, & vlt. collr̃, q̃ vbi ecclesia nõ hẽt patronũ, nec ẽt populus. hoc ꝑntationẽ[c] & ita in dubio ecclesia libera[d] p̃sumit̃, nõ ius p̃rona-

139 tus. Inn. hic in fi. & dicit Arch. in c. decernimus. xvj. q. vij. † q̃ cũ ius pat. in ecclesia odiosum sit, ꝓ eo nõ præsumit̃, nisi quatenus probetur. Debet tñ conari ep̃s vt populo gratificet̃. Abb. hic, & not. Arch. in c. hortamur. lxxj. dist. Abb. ꝑ illũ tex. in c. qđ Dei timorẽ.

140 infra de sta. mona. † An aũt populo ex p̃scriptione ius patr. acquirat.[e] Abb. hic se remittit, & cõis opi. est q̃ sic, quã tenet Io. And. in c. quærelã. & ibi Ant. de Bu. col. v. s. de ele. Fed. cõsi. ccxxiij. super primo pũcto. col. ij. Car. cle. ij. in v. q. de iure pat. & consi. lxix. quo ad primũ in ij. dub. Et istã cõem opi. fatet̃ Abb. in d. c. querelã. vbi dicit q̃ seruaret in practica, licet ipse in pũcto iuris ꝯriũ dicat esse verius. & ita latius Abb. tradit in dispu. inci. Augerio. in j. dub. col. vj. & fm̃ prædictã cõem opi. ipse Abb. ꝯsuluit in consi. lxxvj. plura sunt examinãda. in j. dub. lib. ij. & de hoc dixi in cõsi. cxvij. col. iij.

141 & cõsi. cxxxiiij. col. ij. & iij. ¶ † Extra gl. in ij. oppo. quã Abb. facit, finaliter dr̃ in hoc residere, q̃ nõ valeat sñia, q̃ est certificãda ꝑ scripturã[f] nõ ꝑductã in actis, fm̃ Io. An. in addi. Spe. §. qualr̃. versi. q̃d si iudex. Innoc. in c. ij. de libel. obla. quos Abb. hic refert. Sed ꝯriũ voluit Inn. hic, prout Abb. ponderauit. Et hoc tenet Bald. in l. iij. col. ij. ver. quid si iudex. C. de sen. quæ sine cer. quã. & idem videt̃ velle Bal. in l. j. in fi. C. de sen. ex breuicu. reci. Et istã opi. firmauit Alex. post alios, quos ibi refert in l. ait ꝑtor. §. si iudex. ff. de re iud. per tex. hic. & in d. §. si iudex vbi relatio fit ad testamẽtũ, quod tñ nõ apparet fuisse productũ in actis. Et illum tex. etiam ad hoc põderauit Bal. in d. l. iiij. Et ad quædam, quæ faciũt pro cõtraria opi. rñdet Alex. in d. §. si iudex. q̃ omnia transferunt̃ per Mod. hic. Et istã ẽt opi. vr̃ tenere Raph. Cu. consi. vij. visis cõpromisso. col. ij. dũ alleg. d. l. ait ꝑtor. §. si iudex. Sed prima opi. magis placet, quã sequitur in c. illa. in fi. de accu. & sentit Bar. in d. l. ait prætor. §. si iudex. Idem tenet Ant. de But. in cap. cum venerabilis. j. de reli. do. Imol. in l. si conuenerit. de re iud. & Aret. dicit istã cõem esse opi. in l. j. §. si quis ita. col. ij. de verb. oblig. quã ẽt sequitur, & subtiliter probat Ang. in §. curare. col. iij. ver. quærit Bal. insti. de actio. & secundum istam opi. Alex. sibi ꝯrius consuluit consi. cix. viso processu. col. ij. lib. v. & idem Alex. consi. xxxvij. viso. col. vij. in fi. lib. ij. & consi. clxxxiiij. viso. col. fi. eo. lib. ij. Non ob. text. hic, quia rñdet̃ vt per Ant. de But. quem Abb. hic refert. Non ob. tex. in d. §. si iudex, quia intelligitur quod esset testm̃ productum in actis. Nam præsupponitur q̃ vigore dicti testamẽti peteretur. ergo vr̃ quòd esset productum, cum actor in eo fundaret intẽtionem suã. Vel distingui[g] põt q̃ aut iudex refert se pro simplici declaratione, & talis declaratio ẽt haberi potest ex eo quod productum nõ fuit, aut sententia fundatur in tali relatione, & non valet, quia nõ potest iudex fundare se super eo, quod non est productum in actis, quia illud non constat sibi vt iudici, vt latius declarat Ang. in d. §. curare. instit. de act. ¶ Et s. dictis infertur ad q. de consultore, qui in consi. retulit eum esse condemnandum, & redato in actis cõsi.

142 iudex † simpliciter pronunciauit prout in cõsi. an valeat talis sentẽtia Abb. hic concludit q̃ sic, post Pe. Cy. & Bal. in l. j. C. si aduer. lib. Et ista est cõis opi. quã ẽt tenet Bald. in l. cum iudex. C. de sen. & in l. testamento. ff. de hære. instit. & idẽ Ang. in l. qui se dicit. ff. de iudi. cum concor. & Alex. tradit in l. j. §. si quis ita. ff. de ver. obl. & Mod. hic. ¶ Sed ꝯ istam cõem opi. arguit Aret. in d. §. si quis ita. quia secundũ istum modum pronũciãdi in sententia debet suppleri verbũ, condemno, quia nec in sentẽtia nec in cõsilio repe-

143 ritur, † & cũ sentẽtia sit stricti iuris, non vr̃ q̃ talis suppletio admittat̃, per ea, quæ not. Bar. in l. Iulianus verum debitorem. in j. lect. ff. de cõdi. inde. & idem Bar. in l. si expressim. ff. de app. dum alleg. l. diui fratres. circa med. ff. de libe. cau. Facit ẽt text. in l. j. & quod ibi Bar. C. si plures vna senten. vbi nõ suppletur sñia ex tacita cõfessione, quę hr̃ ad libellum. Ad hoc tñ põt responderi quod virtualiter in consi. continet̃ q̃ iudex debeat condemnari. Et licet consultor

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Requiritur. Adde Deci. in c. postquam. in j. no. de ele.
b ¶ Abb. Vide Rochum Curti tract. de iure patro. ver. ecclesiam fundauit.
c ¶ Syl Ald. Presentationem. Adde Deci. in consi. cxvij. col. j.
d ¶ Libera, Roch. Curt. tracta. de iure pat. ver. construxit. q. xx.
e ¶ Syl. Ald. Acquiratur. Idem Deci. in d. consi. cxvij. col. ij. & seq. vbi idem dicit & disputat.
f ¶ Scripturam. Fely. hic nu. 41.
g ¶ Vel distingui. Et bene.

consultor vtatur verbis futuri temporis, dum dicit, reum condēnandū, verba referuntur ad iudicē, qui habet pronūciare de præsenti, vt per Bald. in l. j. C. si aduer. li. quem Abb. hic refert. Vnde si iudex pronunciauit, prout in consilio dicitur, vr in effectu condemnare de præsenti, arg. d. c. in his. de verb. sign. Præterea dato ꝙ verbum, condemno, deberet suppleri, non per hoc minus diceretur sententia lata in scriptis, ex quo necessario tale verbum intelligitur, propter alia verba, quæ expressa reperiuntur, vt in simili est tex. no. in l. j. §. qui neque. ff. de hæredi. insti. Et ita in dubio dicendū videtur, vt actus valeat, per ea, quæ Abb. dicit, facit gl. in l. puto. ff. fami. erci. Sed in casibus allegatis per Aret. in contrariū snīa omnino remanet valida, licet stricte interpretetur. Prædicta conclusio bene procedit, qn̄ simpliciter iudex, pronunciat vt in consi. prout Abb. loquitur, & supradictum est. † secus si formaliter dicat pronūcio absolutionem, vt in cōsilio. nam tali casu cum vtatur iudex expresse verbis futuri temporis, communis videtur

145 opin. ꝙ sentētia nō valeat, vt per Bart. in d. l. j. C. si aduer. lib. † quia aliud est condemnare, aliud quē cōdemnandū pronūciare. glo. pe. in c. frater. xvj. q. j. & in c. super eo. de offi. dele. & Io. An. quem Abb. hic refert, idem tenet cū cōcor. vt Alexā. tradit in d. §. si quis

146 ita. Are. tamē ibi dicit ꝙ immo valet talis sentētia, † quia nō videt inconueniēs ꝙ verba futuri temporis ponatur pro præsenti, sicut econtra verba præsentis temporis pro futuro. Nā si iudex dicat. Mitto te in possessionē talis pdij, & illud nō sit præsens, intelligit te mittendū, vt no. Bal. in l. ne quicquā. §. vbi decretum. col. fi. de offi. procō. & leg. Sed potest dici ꝙ illo casu talis expositio necessaria est, quia iudex solo verbo non mittit in possessionem, vt dicit Bal. in loco præalle. & illa verba respiciunt executionē. vt j. dicam. Sed in qōne nostra nō subest illa necessitas, vt oīno à ꝓprietate verborū recedatur. Secūdo Are. alleg. text. in l. si accusatoribus. C. de accu. vbi verba futuri tēporis designāt actū de præsenti, ibi, liberādum existimaui. sed respōdetur ꝙ illa sunt verba Imperatoris referētis factū iudicis, ipse tñ iudex de præsenti liberauit. Tertio alle. tex. in l. post legatum. §. an libertas. ff. de his, quib. vt indi. ibi, diuus Pius iudicauit libertate esse priuādum. Sed ille tex. vt patet, loquitur in snīa principis, in quo speciale est, vt in l. Aemilius. ff. de mino. vt tradit Ro. & Alex. in d. §. si quis ita. Quarto adducit tex. in l. testamēto. ff. de hære. insti. ibi, libertatem mereri decreuit. Sed dic ꝙ ibi ex illis verbis nō cōsequit̄ libertatem, sed à lege, quæ in illo casu in præmiū libertatē seruo cōcedit, statim facta declaratione ꝙ libertatem meruerit. Facit in simili tex. no. in l. j. in prin. ff. ad Turpil. Quinto alleg. tex. in l. si miles Titio. ff. de testa. mil. ibi liberādū fore dico. sed illa verba iurisconsulti vñr directa ad iudicem. & sic non sunt verba iudicis. Postremo adducit tex. in c. cum Bertoldus. de re iudi. vbi dr̄ processum esse irritandū. & tñ intelligitur ꝙ de præsenti irritetur. Sed pōt respōderi ꝙ ibi sunt alia verba, quæ actū denotant de præsenti. ibi, duximus irritandā. & talia verba respiciūt executionem, quatenus sententia de facto processit, & quia talis executio est de futuro, merito cōueniunt verba futuri temporis, vt in c. ecclesia S. Mariæ. in fi. ibi, possessiones restituendas sententialiter diffinimus. s. de cōsti. ¶ Et retēta prima conclone, limitat̄ qn̄ illa verba, pronūcio prout in consilio, sunt scripta. aliàs nō valet sentētia, quia nō esset lata in scriptis, prout requirit̄. ita Ang. consi. cccxlix. primo vidē-

147 dū. col. iiij. † Similiter iudex, cui præsentatur consilium, debet illud aperire, & legere, aliàs snīa non valeret, vt no. Bal. in l. j. in gl.

148 ij. C. de sen. ex breui. recitan. Pro quo facit, † quia si nō sit iustum consilium, nō debet illud sequi, sm̄ Bar. in l. j. §. si plures. in iij. q. ff. de exercitoria Bar. & Doc. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Abb. in c. si pro debilitate circa fin. de offic. delega. Ideo bene consonat

149 quòd consilium aperiatur, & legatur per iudicem. † Et hoc verū intelligitur, nisi iudex adstringeretur propter instantiam, quæ perimitur, quia tunc iudicare poterit, referendo se ad consilium futurum, vt no. Bal. in l. cum iudex. col. j. versi. quęro quid si iudex.

150 C. de senten. ¶ † In tertia oppo. Abb. post Innocen. concludit ꝙ semel approbatus in vno officio, non potest in eodem, vel in simili reprobari,[a] vt latius per eum hic. & est bonus text. cum glo. in cap. accepimus. supra de æta. & qualita. Et cum doctrina Innoc. hic transit Pet. de Anc. in clem j. col. vj. in ij. oppo. de conces. pb. Idem Abb. in cap. scriptum. in fin. supra de ele. Anto. de Bu. in c. præsentium. col. iij. de testi. Ioā. de ana. in c. nulli. in princ. de accu. Facit quod no. Bal. in l. ij. §. quod obseruari. col. iij. de iura. calum.

151 † vbi inquit ꝙ quis debet esse cautus, ne litiget cum curatore alicuius tanq̄ minoris, quia vr̄ reputare illum minorem. Et qđ not. Bal. in l. si duo. ff. de acqui. hær. cum si. vt Alex. tradit consi. ciij. visis scriptis. col. iiij. lib. ij. & Mod. in c. cum inter. s. eo. tit. col. iij. & dixi in cōsi. lxxxvj. col. vj. Et adde bonū tex. in l. si proponas. §. si hæ-

152 reditatem. ff. de inoffi. testa. † vbi ille qui contrahit cū aliquo tanq̄ hærede, videtur approbare illum esse hæredem, vt contrauenire testō nō possit. ¶ Prædicta cōclusio fallit. primo ex causa superuenieti, quia approbatus poterit reprobari. Abb. post Inn. hic, ar. in c. insinuāte. de offi. deleg. bonus tex. in l. vt gradatim. §. reproba-

153 ri. ff. de mu. & hono. & in l. sed & reprobari. † in prin. de excu. tut. vbi Bal. in prin. arguit ꝙ collateralis potestatis, qui imperitus reperit, reprobari possit. Et idē dicit Abb. de doctore, qui apparet non idoneus in c. j. in fi. de magistris. & in c. de his. de cōdi. appo.

154 & quod not. Bar. in l. cum quid. ff. si cert. petā. ¶ † Secūdo fallit in superiore, qui potest approbatū in eodē vel simili officio reprobare, secūdum Abb. hic, qui allegat ad hoc tex. in c. in causis. in c. scriptū. s. de ele. Sed certe data paritate terminorū, idem vr̄ in superiore, qđ in priuato, & iura, quæ Abb. adducit, loquunt̄ in diuerso, & maiori officio. quo casu idē esset in priuato. Et ratio, ꝙ cōsideratur per Abb. quia potuit effici indignus, et in priuato habere locū, q a vt s. dixi, approbatus ex cā superuenienti poterit reprobari, sic et & econtra reprobatus in vno officio in eodem vel simili officio nō admittit̄, vt not. Bart. in l. Cassius. in fi. de senato. Bal. in c. j. §. si duo. in fi. de pace tene. nisi ex cā superuenienti, vt no. Bal. in c. post translationē. de renun. col. fi. ver. vlt. not. vbi inquit

155 per illum tex. † ꝙ reprobatus in examine, si postea bene studuit, potest approbari. Etiā qn̄ quod semel reprobatū est, approbari possit. no. Bar. in l. Pompo. colum. viij. versi. sed quæro quid econ-

156 uerso. ff. de nego. gest. † Et ad supradicta notandum est ꝙ non dicitur approbatus in aliquo actu, qui in subsidium admittitur, vt no. Ang. in l. j. in versi. item not. ex hac l. post Bart. ibi. C. qui, & aduersus quos.

ADDITIO.

a ¶ Syl. Ald. Reprobari. Vide supra hoc eo. tit. c. ij. col. iij. vbi hæc eadem quamuis breuius ponit.

SVMMARIVM.

1 *Trahere, hoc uerbum, dirigitur in inuitum.*
2 *Excommunicati, & periuri possunt se opponere contra electum, & illi obijcere crimina, quibus ipse tenetur.*
3 *Verba generali: cōprehendunt etiā inhabiles, vbi agitur de interesse publico.*
4 *Excōmunicatus, & periurus non est priuatus ipso iure titulo sui beneficij.*
5 *Collatio & electio de excommunicato non ualet.*
6 *Excommunicatus, periurus, & criminosus à dignitate seculari repelluntur, & à collatione, & electione, nu. 6.*
7 *Electo petenti confirmationem obstat exceptio periurij, & excōicationis.*
8 *Periurus non solum priuatur beneficio in quo fuit periurus, sed etiam ad futura inhabilitatur.*
9 *Periurus, an & quando repellatur ab agendo.*
10 *Replicatio vbi exceptionem elidit, probatio eius admitti debet.*
11 *Iudex non debet articulos impertinentes admittere.*
12 *Pertinens dicitur aliquid quoquo modo faciat ad causam. Et quæ aliquod adminiculum conferunt, nume. 13. etiam modicum conferentia, nu. 14.*
15 *Pertinens an quid sit ad causam cum dubitatur, iudex debet admittere cū protestatione. tamen melius est discutere antea, nu. 16.*
17 *Cautela admittendi saluo iure impertinentium, non seruatur Romæ.*
18 *Iudex si admisit articulos tanquam pertinentes, etiam factis probationibus, potest illos reijcere.*
19 *Canonicus excommunicatus etiam non requisitus, opponere potest se contra electum confirmationem petentem.*
20 *Replicatio doli uel criminis admittitur, ne excipiens cum damno actoris lucretur.*
21 *Replicatio doli uel criminis rei reijcitur ne actor in præiudicium rei lucretur, nu. 25. vbi latè.*
22 *Replicatio reijcitur quando in ea continetur illud idem quod dictum fuit in petitione.*
23 *Replicatio indistinctè non admittitur, quando replicatio agentis de damno euitando refertur ad personam.*
24 *Exceptio non perimitur dato quòd persona rei esset criminosa.*
26 *Priuilegiatus ille præfertur, qui tractat de damno euitando, & cæteris paribus reus.*
27 *Stante statuto ꝙ contractus non soluta gabella sit nullus, si neuter ex contrahentibus soluit, qui repellatur.*
28 *Audientia omnis incipit ab actore.*
29 *Gabella si soluta non sit, imputatur actori qui illam soluere tenetur.*
30 *Statuto ꝙ bannitus possit offendi, si quis accusatur ꝙ aliquem percussit, potest excipere ꝙ erat bannitus, & an admittatur replicatio ꝙ percutiens erat etiam bannitus.*
31 *Statutum quod bannitus possit impunè offendi, respicit publicam utilitatem, & est latè interpretandum.*
32 *Statuto publico stante quòd bannitus nec agendo nec excipiendo audiatur, si actori opponatur quòd sit bannitus, & reo idem opponatur, an uterque repellatur.*

Iudex

1 DIlecti. ¶†In tex. ibi, traxisse ĩ causam, natura huius verbi vr̃ suadere q isti essent rei necessarij, q̃a hoc verbũ dirigit̃ in inuitum, l. j. cũ gl. in ver. trahat. C. de agr. & cen. lib. xj. & ibi Bart. in fi. facit tex. in c. ij. de rescr. in vj. in c. Romana. §. ɔtrahẽtes. de foro cõpe. eo. lib. ibi, trahere iuitos. cũ si. q tradit Alb. in ver. trahatur. in suo dictionario. & no. Bal. in l. nõ est nouũ. in prin. ff. de legi. Ro. in ɔs. cxcvij. Fraciscus idẽ Bal. in l. si quẽ. col. j. C. de testi. & vide qđ no. Arc. in c. nulli. ad fin. de 2 accu. ¶†No. primo q ẽt excõicati, & ꝑiuri pñt se opponere ɔ electũ, & illi obijcere crimina, quibus ipsi tenent̃, vt no. ꝑ gl. in c. cũ ecclię. §. eo. Facit gl. in c. vt circa in prin. in ver. aliqui, de ele. in vj. ẽt ad h̃ facit, q̃a vbi agit̃ de interesse publico. verba gñalia intelli a gunt̃, ita q ẽt inhabiles admittant̃,[a] no. ꝑ Bar. & Bal. ꝑ illũ text. in l. si in graui. §. vtrũ. ff. ad Sille. cũ si. vt tradit Alex. in l. filiusfa. C. si cer. pe. & est bo. tex. & ibi Bal. in l. si lõgius. §. j. ff. de iudi. & ita vide 3 tur in isto casu, q̃a †vbi agit̃ de interesse eccl̃iæ, de publico intesse tractat̃. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. & ꝑ gl. xxiij. q. iiij. in c. ipsa. in §. quid ergo. Et q̃a isti cõparuerũt tanq̃ canonici, ꝑ interesse 4 eccl̃iæ, Abb. infert q †excõicatus, & ꝑiurus ipso iure nõ est priuatus t. sui bñficij. Et nõ mirũ, q̃a irregularis, rõne homicidij, ipso iure nõ priuat̃ bñficijs. c. clericis. vt no. Abb. in primo not. ne cle. vel mo. vbi ẽt alle. tex. in c. ex lr̃is. de excess. pla. & no. Inno. in c. cũ lr̃is. de cõcess. præb. cũ si. vt tradit Mod. in c. inquisitionis. col. j. de 5 accu. Et h̃ ꝓcedit in bñficijs q̃rẽdis, †q̃a nõ valet collatio, vel electio facta de excõicato. c. postulastis. vbi Abb. ĩ prin. de cle. excõ. b mi. ẽt si sit minori[b] excõicatione notatus. c. si. eo. ti. imo ẽt à dignitate seculari repellit̃. c. venerabilis. vbi Abb. col. iiij. de elec. & no. 6 Car. c. ꝓpẽdimus. in xl. op. de sen. excõ. †Et de ꝑiuro no. Abb. ĩ c. q̃relã. de iure iu. & ĩ c. ex parte. j. de rescri. Fed. ɔs. l. q̃rit̃. & gñał̃r de c criminosis[c] no. Abb. in c. cũ nr̃is. col. fi. ¶†No. secũdo q electo pe 7 tẽti ɔfirmationẽ obstat exceptio ꝑiurij, vel excõicationis. Nam si tpe electionis erat excõicatus, ẽt minori, electio nõ valet. c. fin. de 8 cle. excõ. mi. † Et ꝑiurus nõ solũ priuat̃ bñficio. ĩ quo fuit ꝑiurus, sed ẽt ad futura inhabilitat̃. c. tuas nos. j. in ij. no. de iureiu. cũ. si vt dixi in c. ij. col. j. de rescri. Si vero superuenerũt, opponi pñt ad effectum vt electio casset̃. c. super his de accu. & est mirabile q per viã exceptionis dẽat priuari bñficio, & istud ex rõne ɔnexitatis, iõ priuat̃ alijs bñficijs, vt dicitur in d. c. super his. vbi Abb. in j. nor. 9 ¶†Tertio, not. à speciali, q ꝑiuriũ repellat ab agendo. Cõis est cõ d clusio q ꝑiurus nõ repellat̃ ab agẽdo, nisi ĩ cã in qua ꝑiurus[d] reperit̃, vt Abb. h̃ dicit. & Anto. de Bu. post gl. & tradit Ro. in sing. cccclxcj. tu sai. cũ si. vt tradũt Mod. hic. & idẽ Anto. de Bu. ĩ c. intelleximus in fi. de iud. Alex. ĩ d. l. si quis maior. col. fi. & idem Alex. 10 consi. xvij. ponderatis his. col. ij. lib. iij. ¶† Not. quarto quòd vbi replicatio exceptionem elidit, ꝓbatio eius admitti debet. Secus si nihil releuaret, q̃a tũc non deberet talis replicatio admitti nec probari, vt hic dr̃. Et ad hoc facit, quia iudex non debet articulos 11 impertinẽtes admittere, †vt no. Bar. per illum tex. in l. si duo prõni. §. idẽ Iulianus. ff. de iureiu. & no. Bal. in l. ad probationẽ. j. in secũdo no. C. de ꝓba. & in l. si defensor. §. qui irrogat. ver. summatim. ff. de interro. actio. Et ꝓdicta ɔclusio ꝓcedit, qñ oĩno imperti-e nẽtia sunt capitula. Si vero aliquid ɔferũt, admitti[e] debet, † q̃a 12 q̃libet positio, q faciat ad cãm quoquo mõ, siue directe, siue indif recte, pertinẽs[f] dr̃, vt no. tradit Bal. ĩ d. l. idẽ Iulia. in fi. ver. vlti. not. 13 †& positiones, q̃ aliqđ adminiculum ɔferũt, dñr ꝑtinẽtes, vt no. 14 Bal. in l. ad ꝓbõnẽ. j. in iij. no. in fi. C. de prob. †Et modicũ ɔferẽtia ad cãm, dñr pertinẽtia, vt not. Bald. in c. q̃m. de testi. ꝑ illũ text. in ver. aliquid. & idẽ Bal. in l. cũ virũ. in j. no. C. de fideic. in c. licet. causam, col. pe. ver. ex ꝓdictis apparet. de prob. vbi alle. Iac. de Bu. in l. incerti. C. de inter. Cuius dictũ ẽt sequit̃ Bal. in l. ordinario. col. 15 v. C. de rei ven. †Et qñ dubitat̃, põt iudex admittere cũ ꝓtestatione, vt no. Host. Io. an. Ant. de Bu. & Abb. in c. cũ cõtingat. de offic. dele. Bar. & Bald. in d. §. idẽ Iulianus. Ang. in l. in speciali. ff. de rei vẽ. Bal. in l. fi. in fi. C. qui legi. perso. hẽant stã. in iudi. cũ sim. vt Ale 16 xan. tradit in d. §. idẽ Iulianus. col. pe. †Et licet tali cautela vti posg sit, melius est tñ prius discutere,[g] ne partes vexent̃ litibus, & ex-17 pensis. †ideo talis cautela nõ seruatur Romæ, vt dicit Car. in d. c. 18 cũ cõtingat. & And. Sic. ibi in glo. pen. ad fi. Et not. † q si iudex admisit articulos tanq̃ pertinẽtes, ẽt factis probationibus posset illos reijcere, q̃a talis admissio põt reuocari, q̃a fuit sñia interlocutoria. Ita Card. in cle. sæpe. §. & q̃a in vij. not. de verb. sig. ¶In glo. prima Abb. extra glo s. oppo. & finaliter concludit secũdũ opin. 19 Hostien. ɔ Innocen. †q canonicus excõicatus, ẽt non requisitus, opponere põt se contra electum cõfirmationẽ petentẽ. Et idem no. Abb. in c. exhibita. de iudicijs. col. iiij. quia cũ agatur de suo interesse, vt bonũ habeat prælatũ. viij. q. j. c. audacter. ad fi. nõ videt̃ reus voluntarius. & idẽ tenet Domi. in c. vt ecclesia. §. j. col. iiij. de elec. in vj. & Ang. aret. insti. de exceptio. in prin. col. xix. ver. cæterũ aduertas. cũ si. vt tradunt Moder. hic. qui tñ sequũtur Inno. & dicunt illã veriorẽ, cõcludẽtes q nullo casu admittatur excõicatus ad opponẽdũ ɔ electum, nisi specialiter vocatus fuerit, per istum tex. hic, in ver. illo traxisset, q de inuito intelligitur. l. j. C. de agri. & censi. lib. xj. cũ si. vt dixi in notabilibus. Et ad hoc facit text. hic, dũ loquit̃ per verba præsentis t̃pis, & dicit, se opponũt, vt dicunt Moder. hic. Ex quo datur intelligi, q ante quam traherentur, se prius non opposuerunt. Et pro ista opi. etiam Moder. rõnem adducũt. q̃a excõicatus virtute edicti gñalis nũ dr̃ vocatus. ideo nõ audiat̃, s̃m Inn. & Doct. in c. cũ inter. s̃. de excep. & tñ excõicatus prætẽdere põt tm̃ interesse in materia edicti generalis, quãtũ canonicus in cõfirmatione electi. Sed tñ cõis opin. defendi põt per tex. hic. vbi generaliter dr̃ q non sunt à defensione ecclesię repellendi. Et ad hoc facit, q̃a tex. vr̃ ponere specialitatẽ pro interesse ecclesiæ. Nã si citati fuissent, non ob. excommunicatione potuissent esse in iudicio in qualibet causa, quia essent rei necessarij, vt dictum fuit in c. cũ inter. s̃. eo. & tex. hic non faceret vim in defensione ecclesiæ. Ideo necessarium est fateri q specialiter admittantur pro defensione ecclesiæ prout tex. dicit. Non ob. q hic trahãtur coram iudice, quia ista vocatio ostendit q prius se opposuissent ante impetrationẽ rescripti. aliàs vocati non fuissent. Prius enim opposuerũt se corã ordinario, & nunc trahunt̃ corã iudice delegato, corã quo licet trahãtur inuiti, tñ sufficit q prius se sponte opposuissent coram alio iudice. Et per hoc ẽt rñdet̃ ad illud, qđ dr̃ de verbo pñtis t̃pis, se ostendunt, quia nõ per hoc excluditur, quã ẽt prius ante ĩpetrationẽ se opposuissent, prout arguũt ex eo q citati fuerunt pro tali oppositione corã iudice specialiter delegato. Nõ ob. q excõicatus põt ꝓtẽdere interesse in edicto gñali, & tñ nõ admittit̃, ita nõ debet admitti ꝑ interesse in cõfirmatione electionis. q̃a rñderi pñt q licet nõ admittat̃ ꝑ suo interesse simpl̃r, ꝓut loquunt̃ Doc. in d. c. cũ inter. admittit̃ tũ pro suo interesse, & eccl̃ię vt est casus h̃. ¶In gl. fi. ibi ne alter de dolo suo cõmodũ hẽat. hic. In isto dicto gl. reprehendit̃, q̃tũ ad tex. h̃. quia si actor hic admissus fuisset non obstante excõicatione, nõ lucraret̃ ex sua excõicatione, sed ex ipsa electione, in qua se fundabat. & ita Ang. dicit instit. de exceptio. in prin. colum. xvij. ver. sed & doctrina. & Moder. hic sequuntur. Sed tamen glo. defendi potest,

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Admittantur. Vide quæ addidi ad l. quemadmodũ. C. de agr. & censi. lib. xj. & pro declaratione vide omnino Alex. in l. ab hostibus. ff. solu. ma. in l. si filius. ff. si cer. pet. vbi Deci. in iij. no. & pleno Ias. col. iij. & in l. non solum. §. morte. col. iiij. ff. de ope. no. nun.

b ¶Minori. Scilicet quantum ad electionem tantum.

c ¶Syl. Ald. Criminosis. Idem in c. cum non ab homine. col. h̃. de iudi.

d ¶Ald. Periurus. Idem in c. intelleximus. col. fi. in prin.

e ¶Admitti. Deci. in cap. in præsentia. nu 34. de proba. Guido Papæ decisio. Delphi. ccclvij. Alex. in consi. clxvij. nu. 7. lib. vlt.

f ¶Syl. Ald. Pertinens. Vide aliquid per Dec. in c. in præsentia. col. xj. de proba.

g ¶Discutere. Fran. purpura. l. j. nume. 60. ff. si cert. pet. Sed hoc raro fieri expedit, & rarius fit.

potest quia seipsam declarat in verbis sequentibus, dum inquit quòd in præsenti casu non datur replicatio actori excommunicato, quia sic admitteretur ad agendum, & in hoc haberet commodum, quia excommunicatus agere non potest. cap. intelleximus de iud. ¶ In ea. gl. ibi, hic admittitur replicatio mulieris. In hoc etiam glo. reprobatur per Ang. in loco præalleg. quia vxor replicans ex sua malitia lucratur. quia non obstante eius adulterio, cōsequitur commoditatem matrimonij. quia cogitur maritus illam affectione maritali tractare. Et idem dicunt Mod. hic. Sed responderi potest, quòd in tali casu non agitur de lucro mulieris, sed potius de damno eius euitando tractatur, quia petit in effectu vt in pristinum statum restituatur. ¶ † In fine glos. ex glo. & doctor. Bar. quam Abb. hic refert, duæ conclusiones colliguntur. Prima, quòd replicatio doli, [a] vel criminis admittitur ne excipiens cum damno actoris lucretur. † Secunda conclusio est. Replicatio doli, vel criminis rei reijcitur, ne actor in preiudicium rei lucretur. ¶ Circa primam conclusionem, quæ fundatur in l. cum mulier. ff. solu. mat. aduertendum est, quia dicit Io. de ana. in cap. intelleximus. col. vj. sed contra doctrinam. de adul. quòd ille tex. in contrarium adduci potest, quia mulier quæ ibi replicando de adulterio mariti admittitur, videtur lucrari, vt cōsequatur impunitatem adulterij, quo ad dotem. Sed respondetur vt supra dixi, quòd ille qui non patitur pęnam, non dicitur per hoc lucrari, vt etiam ipse Io. de ana. ibi fatetur. & facit tex. in l. iij. ff. de dam. infec. Ideo prædicta conclusio bene probatur in d. l. cum mulier. & in d. cap. intelleximus. de adulte. † Et prædicta cōclusio limitatur non procedere quando in replicatione illud idem dicitur, quod in prima petitione cōtinetur, quia tunc replicatio reijcitur, vt no. Bar. in d. l. cum mulier. in prin. in ij. oppo. per l. ij. & l. mercalem. C. de cōdi. vt ob. tur. cau. & hoc sequuntur Alex. in d. l. cum mulier. & Moder. hic Sed certe fundamentum conclu. est, quia replicans tractat de dāno euitando. Nam ista ratio videtur etiam procedere. licet in replicatione deductum sit quòd in prima petitione dicebatur. Talis enim differentia videtur verbalis potius quàm realis, contra l. ij. C. communia de leg. ideo magis placet respōsio Bald. in d. l. cū mulier. in v. oppo. vbi inquit, quòd iniuribus præalleg. licet tractetur de damno euitando, replicatio tamen nō admittitur, quia erat facta executio facti, & solutio erat secuta rei turpiter promisse. Et ratio videtur secundum Salyc. ibi, quia ista est compensatio delictorum, & compensatio nō habet locum facta traditione, & executione. Alex. tū in d. l. cum mulier. reprehendit istam rationem, quia licet compensatio fieri non possit secuta solutione, repeti tamen potest quod solutum fuit. l. si ambo. §. si quis igitur. ff. de cōpensa. l. quod dicitur. §. pe. ff. de impensis. Ergo secundum eum, deberet habere locum repetitio in casu d. l. ij. & l. mercalem. cum simi. Sed respōderi potest quòd non habet locum repetitio propter delictum. d. l. ij. & d. l. mercalem. & in l. si ob turpē. ff. de condi. ob tur. cām nam per ista iura limitatur quod dicitur de repet. in d. l. si ambo. §. si quis igitur & in d. l. quod dicitur. §. pe. & prædictam solutionem Bar. sequitur Ro. in d. l. cum mulier. & Ang. are. insti. de exceptio. in prin. col. xix. vbi etiam illam comprobat. ¶ Secundo prædicta cōclusio limitatur procedere, quando replicatio agentis de damno euitando respiceret merita causæ. † Secus si ad personam referatur, quia tunc replicatio indistincte non admittitur, vt Abb. hic dicit, post Bart. & probatur per illum tex. qui ita proprie loquitur, vt dicunt Mod. hic. Et huius limitationis ratio duplex assignatur. quia ex quo actor vocauit reum, videtur reus habilitatus. ideo per replicationem excommunicationis non repellitur, vt Abb. hic decla. Et quia replicatio debet directe tollere exceptionē, quod nō esset hic. † quia dato quòd persona rei esset criminosa, eius exceptio nō permittitur, vt Bal. in c. j. de statutis contra libe. eccl. Et ita resident Mod. hic. Et adde Bar. qui idē in terminis dicit in l. seruos. de accu. per illū tex. & Bal. in l. si creditoribus. circa fi. ver. præterea licet. C. de communi seruo. pig. dato manu. & in c. intelleximus. col. fi. ver. quæro si ambo. de iu. Et rationibus s. alleg. aduertendum est. Nam prima ratio, dū dicitur quòd reus vocatus ad iudiciū habilitatur, nō videtur bona, quia non videtur quòd approbatio partis possit habilitare excōicatū, saltē quominus a iudice possit repelli, vt in c. exceptionem. j. eo. ar. l. quos prohibet. ff. de postulando. Et talis ratio etiam cessaret, si excommunicato superuenisse, ar. c. insinuante de offi. dele. Alia etiā ratio de replicatione non videtur procedere sine dubio, per ea, quæ dicta sunt in c. a nobis. s. eo. Ideo ratio melior videtur illa, quæ in text. dicitur, quia omnis legitima defensio excommunicato reseruatur, siue sit realis, siue personalis contra partem, vel iudicem, vt hic. & in c. significauerunt. j. eo. Et quòd s. dictum est, replicationem actoris nō admitti contra personam excipientis, limitatur non habere locū in epo, cōtra quē agit eius familiaris, vt est tex. in c. nulli episcoporum. de accusa. & ita Abb. hic, & idem gl. & Doc. communiter tenent. in d. c. nulli. Sed Are. ibi in fi. videtur reprobare istum intellectum, quia secundum eum, duo specialia concurrerent circa idem. videlicet quòd criminosus, & familiaris admittatur ad accusandum, contra not. in l. j. C. de dotis. promis. Sed respōderi potest quòd tamen sit vnum speciale, & criminosus admittatur propter familiaritatem. quia alius criminosus non familiaris repelletur. Et cautela est, secundum Marian. in d. c. nulli. quòd episcopus opponat de sola familiaritate contra accusantem, & repelletur. l. iniquum. & l. si quis ex familiaribus. C. qui accusare. Mod. hic dicunt quòd talis cautela non videtur sustentabilis, quia est contra generalitatem tex. in d. cap. nulli. & contra reg. cum quid. de regu. iu. in vj. Sed ad ista responderi potest quòd tex. in d. c. nulli. non videtur obstare, quia in eius generalitate nō dicitur quòd familiaris epi admittatur, sed quòd criminosus admittitur si sit familiaris. Et per hoc etiā respondetur ad reg. cū quid. quia hic nō conceditur quòd alia via prohibetur, nā hic disponit quòd episcopus possit accusari à criminoso familiari. & sic in d. c. nulli. non reperitur familiaris simpliciter, sed criminosus familiaris. ideo limitatio Maria. videtur procedere. ¶ † Secunda conclusio fuit, quòd replicatio, doli, vel criminis reijciatur, ne actor in præiudicium rei lucretur, d. l. apud. Celsum. §. Marcellus. de doli. exce. vbi etiam Ang. prout refert Io. de ana. in d. cap. intelleximus. col. xiiij. ver. adde etiam Ang. concludit quòd in tali causa præfertur reus. sed vbi vnus tractat de lucro, alter de damno, præfertur qui certat de damno euitando. Et facit tex. in l. si seruum. §. sequitur. de ver. ob. in l. cū par. in prin. de regiur. & in l. si per emptorem. in prin. de actio. emp. & plura pro ista conclusione alle. Bal. in l. acceptan. in xxij. q. C. de vsur. Et ad hoc facit, quod dicitur de pluribus priuilegiatis, † quia præfertur ille, qui tractat de damno euitando, & cæteris partibus. l. verum. §. fin. vbi Bar. ff. de minori. & no. Bal. in auc. perpetua. in fin. C. de sacrosan. eccl. Pet. de anc. consi. xxxvj. contra Io. col. j. Pau. de Ca. consi. xxxvj. vt bene attingatur. in fin. ¶ † Ex prædicta cōclusione infertur per Abb. hic ad quæstionem post Bar. in l. cum mulier. ff. solu. mat. de statuto, quo cauetur quòd contractus ipso iure sit nullus. gabella non soluta, si neuter ex contrahentibus soluit gabellam, agēs ex tali contractu repellitur exceptione gabellæ non solutæ, & replicatio non admittitur, vt Abb. hic cōcludit. ¶ Et quia de ista. q. obscure, & vario modo Doc. loquuntur, ad clariorem intelligentiā habemus considerare tres casus. Primus quando contractus de venditionis fuit ex toto perfectus, ita quòd venditor precium, & emptor rem sit consecutus. & isto casu si venditor repetat rem venditam ab emptore possidente, ex eo quòd non fuerit soluta gabella, repellitur, quia in tali casu venditor tractat de lucro, & emptor de damno. Et ita loquitur Bart. in d. l. cum mulier. Abb. hoc Ang. are. qui dicit istam esse veritatem, insti. de exce. in princ. col. xxv. ver. quo ad tertiam. q. ¶ Secundus casus est. quando non fuit res tradita, nec precium solutum, sed simplici consensu venditio facta fuit, & tunc similiter agens ad rem, vel precium repellitur exceptione non solutę gabellæ, & datur agenti replicatio, quia in pari causa melior est conditio rei, pro supradicta. & isto casu etiā procedit quod dicit Bar. in d. l. cum mulier. & Abb. hic. ¶ Tertius casus est, in quo agens impleuisset contractum ex parte sua, vt quia emptor soluto precio agit ad traditionem rei, vel venditor facta traditione prætium petit, & in hoc casu agenti non obstat exceptio gabellę non solutę, quia datur replicatio actori, qui tractat de damno euitando & isto casu loquitur Bar. in l. si. §. pe. ff. de eo, per quem factum est. ¶ Modo in prædictis casibus ita distinctis aduertendum est. nam in primo casu, dum dicitur, quòd si venditor repetit rem venditam ab emptore, repellitur, quia tractat de lucro, & emptor conuentus de damno. Istud esset verum, si vellet recuperare rem vēditā precio nō restituto. sed ex quo allegat nullitatē cōtractus, intelligi debet quòd velit preciū restituere, arg. l. cū venditor. in prin. ff. de rescin. vēd. l. quod si minor. §. restō. ff. de mino. & rē vēditā repetit tanquā datā ex cā nulla, vt l. fi. ff. de cōdi. sine cā ideo videtur quòd deberet obtinere, quando contractus omnino per statutū annullatur. Et eo modo in iij. casu dicendum est, quia emptor soluto precio agit ad traditionem rei, vel venditor facta traditione preciū petit, dictum est s. quòd debet obtinere, quia tractat de damno euitādo. Nam hoc esset verum, si conuentus vellet retinere rem, & preciū vt si allegaret nullitatē contractus, offerendo illud, quod habuit. Nec ob. si dicatur quòd dato quòd agēs offerat precium, non tamen debet audiri, quia in tali casu potior est cā rei. Et ita subtiliter vnus vestrū dicebat. quia respondetur hoc non habere locū, quando contractus fuit nullus, vt est text. i l. fi. ff. de cōd. sine cā. In secūdo casu conclusio. s. facta videtur bene procedere, † quia. vt dixi, in pari cā melior est condō rei. Nam omnis audientia incipit ab actore, quia ipse primo loco debet se fundare i iudicio.

ADDITIO.

[a] ¶ Doli. Habere. Bohic. hic.

cio, vt no. Bal. in l. si creditoribus, versi. ex hoc arguit. C. de seruo pig. da manu. † Et ad prædicta no. est, q̄a si gabella soluta nō fuit, imputandum vr̄ actori, qui illam soluere tenet. l. debet. in fi. ff. de edil. edic. & no. Bal. i l. si prædium. col. ij. post Cy. ibi. C. de edil. act. Ro. in sing. dlxxxij. incip. per Italiam. & hr̄ in trac. gabellarū. i vij. parte. in princ. & late scribit Barth. Soz. ɔsi. ccxlvij. circa. primum.

29

30 ¶ † Et supradictis ēt Abb. infert q̄ stante statuto, q̄ bannitus possit impune offendi, Titius accusatus q̄ Sempronium percussit, excipere potest q̄ Sempronius erat bannitus, & non admittit replicatio,[a] qđ etiam ipse Titius esset bānitus, quia Titius est reus, qui potest omnem exceptionem proponere ad repellendum accusatorem, per istum tex. hic, & ita Bart. conclu. post Iac. de aret. in d. l. cum mulier. cum si. vt tradit Alex. ibi col. iij. & Mod. hic Sed in ista. q. aduertendum, quia dato q̄ replicatio ɔ̄ Titium accusatum admitteretur, q̄ etiam ipse esset bannitus, hoc nihil releuaret in isto casu, q̄a licet Titius ipse esset bānitus, licet potuit Sempronium offendere, quia dictante statuto q̄ bānitus impune offendi potest, etiam per alium bānitum offendi potest, quia ta-

31 le statutum respicit vtilitatē publicā, iō late interpretat̄, vt Bald. in l. libertas. circa fi. ff. de sta. ho. in l. j. C. de pci. impe. offe. facit tex. i l. si q̄s in graui. §. vtrū. & qđ ibi Bar. ff. ad Silla. & qđ no. Gu. de Cu. in l. filiusfa. ff. si cer. pe. cū si. ut Ale. ibi, & i l. cū mulier. col. iij. ff. sol.

32 ma. ¶ † Successiue f̄m Abb. iferē q̄ si statuto cauet̄ q̄ bannitus nō audiatur agendo, nec excipiēdo, si actori opponat̄ q̄ bānitus sit, & reo etiam replicetur de banno. vterque repellit̄ ꝓpter statutū, & licet reus non possit actore repellere, iudex tū ex eius officio agentem repellere potest, vt Abb. hic concludit post Bart. in d. l. cū mulier. cum si. vt tradunt Mod. hic. Sed aduertēdum est, q̄ īmo vr̄ q̄ reus possit in hoc casu agente repellere, q̄a in pari cā reus fauorabilior est, vt s. dictum fuit Non ob. statutū prohibens bannitū excipere, q̄a debet intelligi q̄n cōueniret ab alio, q̄ à bannito, aliàs melioris cōdōnis esset actor, q̄ reus si nō posset repelli. Nisi dicamus q̄ in tali, q. potius fauendum sit actori, q̄ reo, q̄a tractat de dāno euitando, vt consequatur qđ sibi debetur. Et pro actore concludit Nellus in tract. bannitorum in ij. q. secundi temporis

33 post Bald. quem ibi refert in d. l. cū mulier. † Sed dato quòd reus non posset excipere, iudex tamen ex officio agentem repellere potest, vt Abb. hic dicit. Idē Abb. in c. nulli. de accu. Bal. in l. quos prohibet. per illum tex. ff. de postu. cum si. vt tradunt Mod. hic. & in d. c. nulli. Alex. in d. l. cum mulier. col. vj. facit. in l. filiusfa. §. vete

34 ranide procu. ¶ † Sed huic conclu. ob. vr̄ dictū Bar. in l. nō solū. §. quanq̄. ff. de iniu. vbi inquit q̄ si ex forma statuti nō audit̄ ille, qui non soluit collectas. si illi iniuria inferat̄, iudex ēt inquirere non potest,[b] quia ex quo ipse nō audit̄, ita nec res publica cōqueri potest. Mod. hic r̄ndēt q̄ cōis opi. est ɔ̄. Bar. vt Alex. concludit in l. j. §. sublata. col. pe. ff. ad treb. Alex. tamē aliter r̄ndet in d. l. cū mulier. dicit. n. q̄ in casu, in quo loquitur Bar. in d. §. quāq̄. delictū reddit̄ impunitū, merito at inquisitio prohibet̄. Sed in casu isto reus nō pōt actorē vel accusatorē inhabilē repellere, q̄a ēt ipse inhabilitatur, à statuto, sed hoc nō excludit iudex, quin inhabilē repellere possit, ar. d. l. quos prohibet. & ita dictū Bar. ēt intelligit Ang. in d. l. nō solū. §. quāq̄. & idē Bal. in l. j. col. iij. ver. solet tū dubitari. C. si à non cōpe. iudi. cū si. vt tradit Are. in d. c. nulli. Sed tamen aduertendum est, quia Bar. in d. §. quanq̄. vr̄ loqui quādo persona inhabilitat̄, dum dicit q̄ non audiat̄, qui non soluit collectas. Aret. respondet in d. c. nulli. q̄ ista verba intelligunt̄ taliter q̄ delictū impunitū sit. & ad hoc inducit tex. in l. j. §. itē notandum. in fin. ff. de aleato. Sed dato q̄ hoc esset verum, idem esset dicendum in terminis nostre. q. quia eo. modo dicitur q̄ non audiat̄, vñ ista verba nō debēt aliter intelligi. q̄ in casu, in quo loquit̄ Bart. in d. §. quāq̄ ex quo sunt eadē verba q̄ diuersimode intelligi nō iō debēt distinctio prædicta est vera in se, sed adaptat̄ ad verba, q̄bus vtunt̄

35 Doc. in locis palle. ¶ † Et supradictū est de statuto, q̄ bānitus non audiat̄ excipiendo, dubitari pōt, an valeat statutū, qđ tollit defensionē. Et notabilis est distinctio, Abb. hic, q̄ defensio nālis tolli nō pōt, vt in l. vt vim. ff. de iuſ. & iu. & in cle. pastoralis. de re iud. Sed ciuilis tolli pōt in exceptio ꝓscriptionis, vel rei iu. & idē Abb. dicit de applone. Et sic Abb. manifeste vult q̄ appellatio dicat̄ defensio ciuilis. Qđ cōfirmari pōt ex his, q̄ dixi in rub. de appel. vbi multa dicta sunt, q̄ ad ꝓpositum cōferūt, sed gratia breuitatis nō repeto. Et vltra ea, quæ dn̄t Mod. limitat̄ qđ dictū est de iure na-

36 turali, vt non habeat locū ex cā, † q̄a ius naturale ex cā tolli pōt. Ita in proposito Alex. dicit in d. l. cū mulier. col. v. ver. & ꝓ confirmatione & idē qđ Alex. Ang. dicit i l. si sit. de lega. j. vbi allegat. l. seruus. C. de his, qui ad ec. cōfu. & hoc idē tradit Gabriel. de Orsellettis in trac. de fāma circa fi. quem refert, & sequitur Albe. in l. omnes qui. col. j. C. de epi. & cle. & idem Nellus in trac. bānitorū

37 in ij. q. secundi t̄pis. ¶ † Ex ꝓdictis Abb. infert f̄m Bart. in omnes populi. ff. de iusti. & iu. valere statutū,[c] q̄ bannitus possit impune offendi. Idem Bald. in l. Gracchus. C. de adulte. cū si. vt per Mod. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. & ibi dixi col. vj. Et occidenti talem bannitum præmium constitui potest, vt not. Alex. q. alios

38 refert in l. si plagij, in prin. de ver. obl. † Et tale statutum conferēs ꝓmiū occidenti bannitū, late debet interpretari, vt dixi in no. ca-

39 su cōsi. xv. † Et cum permittatur q̄ offendi possit, etiam occidi poterit, vt no. Bar. consi. clxxxviij. statuto castri plebis. cū si. vt Alexā. tradit in l. in suis. ff. de lib. & posthu. & late Alb. in iiij. parte statu. q. xviij. Nellus in ij. parte secundi temporis. q. vij. Pau. de Cast. in

40 consi. xxxiij. super primo quæsito. in fi. † Corneus cōsi. lvij. placet. lib. j. Et tale statutū ēt hr̄et locū in eo, q̄ fecisset pacē, & ꝓmisisset nō offendere sub pęna,[d] vt no. Bar. in l. qui seruum. ff. de verb.

41 obl. cū si. vt ita tradūt Alex. & Corn. consi. ciiij. licet. lib. j. Et si ꝓdicta cōclo nō habet locū de iure canonico, vt no. Bald. in l. j. col. ij. ver. & per prædicta. C. si à nō compe. iud. vbi ad h̄ alleg. Host. in c.

42 fi. de consue. † qđ tale dictū nō procedit, sine dubio, q̄a statutum fundatū ex iusta cā, etiā seruari debet in foro cōsciētiæ, vt ꝓ gl. in c. quæ in ecclesiarū. de consti. cum si. vt dictum fuit in c. j. de consti. Idem statutū tale non habet locū in eo, qui procurasset aliquē

43 banniri, † vt no. Abb. in c. postulastis. col. ij. ver. sic ēt vr̄ dicendum de conces. præben. Et hoc idem in terminis in no. casu. tradit Pe. de anch. consi. dcccix. probata tāti viri seuitia. † Itē statutū nō ha-

44 bet locū in muliere, vt no. Ang. consi. lxvij. ex themate. in prin. Et hæc addenda sunt ad ea, quæ dixi in c. quæ in ecclesiarū. de cōsti. col. vj. & col. vij. ¶ † Penultimo Abb. cōcludit q̄ testi cui opponit̄

45 crimen cum infamia, non dat̄ replicatio ɔ̄ opponētē, ꝓut ēt concludit Bar. in d. l. cum mulier. ff. sol. ma. in fi. & idē gl. in c. testimonium. in gl. fi. de testi. cum si. vt per Mod. h̄ & in d. c. testimonium. & prius Alex. in d. l. cum mulier. col. pe. & adde Alb. Maletā, qui late hoc tradit in tract. de testi. in iij. parte. j. partis principalis vbi tractat quando testes repelluntur ratione criminis, vel infamiæ

46 † Finaliter Abb. ponit distinctio. ex qua res conclu. colligunt̄. Prima, q̄ vbi agitur criminaliter, exceptio alterius criminis non admittitur. l. neganda. C. qui accu. cum si. & idē Abb. concludit post In. & alios in c. intelleximus. de adul. vbi ēt Io. de ana. col. ix. & latius h̄ idem Bald. tradit in d. l. cum mulier. col. iiij. in xij. oppo. quē Ange. are. refert insti. de exce. in prin. col. xx. ver. quarto fuit ī hac materia. & idem Pau. de Cast. in l. viro. col. j. ver. ij. ob. ff. sol. ma. Et

47 hoc est qđ dicit Bal. in l. fi. in v. oppo. C. de compen. † q̄ in pęnis delictorum non fit compensatio. & idem Bald. in peculio eius ī ver. compensatio. vbi alle. Inno. in c. sicut. in vlt. q. de iureiu. Et ad hoc

48 facit, † q̄a pęna respectu fisci remitti nequit, vt no. Bart. in l. j. §. si. ea, de vētre. in poss. mit. & ꝓ gl. & Doc. i l. ij. ff. ad Silla. sicut eɔ̄ etiā pęna, quæ p̄ti debet̄, remitti nō pōt ꝓ fiscū, vt no. ꝓ gl. in l. ij. C. de

49 in ius voc. † Et hoc idem comprobatur, † q̄a compensatio est so-

50 lutio. l. si debitor. ff. qui potio. l. amplius. ff. rē ratā ha. Et solutio

51 non potest fieri nisi creditori. l. hoc iure. ff. sol. † & creditor in veritate est fiscus, vt in proposito tradit Tindarus in trac. de cōpens.

52 col. x. dum loquitur quando compensatio fiat in delictis. ¶ † Secūda ɔclo, si ciuiliter de diuersis tribus h̄ntibus diuersum effectum agat̄, nō fit ɔpēsatio. l. queādmodū. §. si nauis. in fi. ff. ad. leg. Aquil. ꝓ quē ita dixit Inn. in c. intelleximus, de adul. quem Ioan. de ana.

53 † refert ibi. col. x. ideo pro furto, vel iniuria lata admuicem, non fit compēsatio, sed vterque agit, vt no. Spec. quem Abb. hoc refert, & sequit̄ Ang. in l. vt vim. col. ij. ver. extra q̄ritur. ff. de iust. & iu. & Abb. in c. i prin. de iniu. Io. de ana. in c. significasti. col. fi. de homi. Et dū Abb. reprobat opi. illorū, quos refert Spec. & cōcludit q̄ licet q̄s sit ꝓuocatus, nō excusat̄ à delicto. & Mod. late ꝓ sequunt̄, r̄ndētes q̄ tex. in l. j. §. cū arietes. ff. si quadr. pau. fe. di. loquit̄ i aīali irrationali, cuius iram ratio cōpescere nō pōt ad limites moderate defensionis. Sed ɔsiderādū est q̄ illorū opi. s. vr̄ vera, q̄n q̄s sit ꝓuocatus taliter, q̄ dicat̄ se defendere, q̄a tūc nō punit̄. Et ita loquit̄ tex. i d. l. j. §. cū arietes. ibi aggress' esset. Et tali casu ēt ille tex. vr̄ h̄re locū in hominibus, q̄a licite pōt quis se defendere, ēt aliū offendendo. l. vt vim. ff. de iust. & iu. l. sciētia. §. q̄ cū aliter. ff. ad leg.

54 Aquil. ¶ † Et prædicta secūda ɔclo limitat̄ nō h̄re locū, quando nō apparet q̄s primo cęperit iniuriari, q̄a tunc neuter tenet̄, f̄m Ro. in

ADDITIONES.

a ¶ Replicatio. Idem Hipp. Marsil. in sua prac. §. aggredior. nu. lij.

b ¶ Syl. Ald. Non potest Vide Dec. in c. pastoralis. col. fi. hoc eo. ti. in c. constitutus. el. ij. in j. no. de app.

c ¶ Statutum. Deci. late. s. de constitu. c. quę in ecclesiarum. nu. 14. Ias. in l. omnes populi. nu. 47. de iust. & iu. l. si plagij. de ver. obl. Alex. conf. cxiij. nu. 1. lib. 1. An. Rube. in repet. §. morte. in l. non solum. nu. 640. de ope. no. nuncia.

d ¶ Syl. Ald. Locum. Declara sing. vltra omnes alios per Fortu Hyspa. in l. conuentionum. col. iiij. ff. de pa.

Ro.in d.l.cum mulier.ff. solu.ma. per l. scientiam.§. cum stramēta.ff.ad leg. Aquil.& Mod. hic sequuntur. Sed aduertēdum est ꝙ stante conclusionē ꝙ vterque teneatur, quando adinuicem delinquūt. vt supra dictum est,videtur ꝙ si constet de delictis, puta de furto inuicem facto ꝙ vterque teneatur. licet ignoretur quis prius inceperit. Sed quando tenetur tm̄ ille, qui primo incepisset,hoc dictum esset verum prout loquitur tex. in d.§. cum stra-

55 mēta.†Et de rūpētibus pacē no.Bar.in l.cū pater.§.libertus,de le.

56 ij.cū si.vt Alex.in l.ſsemel mora. in fi.ff. solut.mat. ¶† Tertia ꝯclo est, ꝗ cōmittēs ꝯ legē nō priuetur beneficio aliarū legū vł eiusdē in diuersis casibus,vt Abb.hic concludit post Inn. in d.c.intellexi

57 mus.Ad qd̄ bn̄ facit qd̄ tra.Pe.Cy.Sal.Ful.†& Alex.in l.cum proponas.C.de pac. vbi cōcludūt ꝙ nō seruāti fidē debet tn̄ fides ser

a uari ī diuersis casibus.qn̄ oblōnes nō sunt correspectiue.[a] & not. Ant.de Bu.& Abb.in c.iij.de iureiu.facit gl. in l. si duo.ff. de dolo.

58 & tex.xxxiij.q.v.c.ꝙ Deo pari.Et quibus aliàs ꝯsultū fuit,†ꝙ licet ille,qui sumit à repu.securitatē ꝓ delictis ꝑteritis, si cōmittat nouū delictum, propter quod respub.offenditur, non tamen propter illud securitas prius data rumpitur,q̄a ista sunt circa diuersa.& ita consuluit Anto. Rosellus in consi.incipien.duo dubia ex hoc facta.Reliqua per Abb.& Mod.hic.

ADDITIO.

a ¶Syl.Ald. Correspectiue. Vide late,Deci.in c.constitutus el.j.in ij.no.j. de appel

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam pro interesse ecclesiæ vacantis conceditur.*
2 *Vacare quando dicatur ecclsia.*
3 *Vacationis nomine,quilibet modus vacandi intelligitur.*
4 *Iudex ex officio supplere potest,quoties agitur de interesse ecclesiæ.*
5 *Absolutio ad tempus fieri potest de consuetudine Rom.curiæ ex causa concernente priuatum interesse.*
Et conceditur in fauorem alterius non excommunicati.nu.6.
Et in effectu dicitur suspensio,quia illo actu expedito reincidit in excommunicationem,nu.7.
8 *Suspensio facta ad tempus cessat eo finito.*
9 *Absoluens cum reincidentia,elapso tempore remanet excommunicatus.*
10 *Interdictum fieri potest sub certo modo.*
11 *Absolutio non conceditur nisi petenti.*
12 *Venia non datur nisi correcto.Hoc limitatur in Papa.nu.14.*
13 *Culpa tolli non potest nisi excommunicatus emendetur,secus in pœna.*
72 ¶†Secunda cõcluſio eſt, ꝙ ẽt in notorijs citatio neceſſaria eſt, qñ
dubitatur,an abſens habeat defenſionẽ,Abb.hic, & ĩ locis.s̃.alle.
Et probatur in c.fi.iuncto.c.j.de off.deleg.in vj.& hoc idem Abb.
dicit per illum tex.cũ gl.in c.ſœpę.in ij.col.j.eo.facit tex.in l.iij.§.ſi
à die.& quod ibi Bart.ff.de re mili. & late probat hoc Are.in cõſi.
73 clxv.ſicut Io.dicit.col.xj. † Et circa hoc notandum eſt, ꝙ in dubio
præſumendũ vr̃,ꝙ aliqua defenſio cõpetere poſſit, vt no.Abb.in
c.veſtra,col.fi.de coha.cle.& mu.vbi inquit ꝙ regulariter in noto
rio vr̃ defenſio cõpetere, & per conſequens in dubio erit citatio
g neceſſaria.[g] Et idem vr̃ ſentire Abb.hic. Sed ↄ̃riũ expreſſe tenet
Ant.de But.in c.quanto. ver.circa hanc partẽ.s̃. de tranſla.ꝑla.di-
74 cens ꝙ ſufficit notoriũ eſſe, † vt effectus notorij ſequatur, & ad-
uerſarius

ADDITIONES.

a ¶Hie.Gig. Appellauit. Adde quòd retento iſto communi intellectu,ex eo inferri poteſt. quòd appellatio quæ à iudice interponitur ante litem conteſtatã appellatio proprie non dicitur.ſed potius dicetur quædam prouocatio,& hæc illatio probatur,quia iudicium proprie dicitur ante litem conteſtatam, vt not.doct.in rub.ff.de in ius voc.& eſt gl.in l.fi.§.illud.C. de temporibus appella. & in l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.

b ¶Hier.Gig. Cauſa requiratur. Adde quòd iſta communis concluſio, quæ habet, quòd in appellatione extraiudiciali quę à parte interponitur, cauſa exprimi debeat,iure eſt dubia, his rationibus. quia cauſa exprimẽda eſt in appellatione,vt iudex videre poſsit, an iuſte appelletur.ad hoc, vt appellationem admittat, vel repellat,glo.eſt in c.j.in verſ.appellationis. de appel. in vj.verum hęc ratio non ſubeſt in aduerſario à quo fuit interpoſita appellatio. nam ad eum non pertinet appellationem admittere,vel excludere.facit etiam ad hoc, quia nũciatio noui operis,quæ vim habet appellationis extraiudicialis,vt dicunt Bar.& Doc.in l.in prouinciali.§.j.ff.de ope.noui.nun.cauſa non requirit, niſi quando à parte petitum fuerit.ita Bar.& Doc.in l.j.ff.de ope.no.nun. Reliquum eſt reſpondere ad text.in d.c.j.& dico ꝙ ille tex.nõ ob.nam loquitur tantummodo de appellatione extraiudiciali.quę à iudice interponitur.quod patet dum dicit,apoſtolos petat in quibus appellationis cauſam exprimat. quę quidem verba non cõueniũt appellationi quæ à parte interponitur. ergo tali appellationi non conuenit diſpoſitio illius text.quia cui non conueniunt verba conſtitutionis, ipſa conſtitutio non conuenit.l.quod conſtitutum.ff.de mili.teſta.Nec ob.quòd ille tex.generaliter loquatur, vt inquit Deci.j̃. quia reſpõdetur quòd generaliter reſtringitur ad terminos habiles.l. vt gradatim, d̃ mune.& hono.ff.ſed appellatio extraiudicialis, quæ à parte interponitur, non eſt habilis comprehendi ex verbis illius text.vt dixi. ergo &c.

c ¶Hiero.Gig. Generalis diſpoſitio omnes caſus includit,etiam ꝙ in vno caſu maior ratio quàm in alio videtur. vide, an per hanc doctrinam ſuam inferat ſignáter idem Deci.in no.q.in conſi.v.incip. in cauſa dominæ Mariæ.ij.col.

d ¶Maior. Deci.in rub.lec.j.ſi cer.pet. & ad Alex.cõſi.lxviij.nu.6.lib.v.Deci.cõſi.v.nu.2.And.Tiraquel.tract.retrac.proxi.§.j.glo.xiiij.nu.101.

e ¶Syl.Ald. Non vocauit. Et quando in notorijs citatio requiratur, vide Deci.in c.ſecundo.nu.22.de teſtib.

f ¶Hie.Gig. Notorijs. Vide do.Fran.de Cur.in cõſi.xx.col.iij.& iiij.& cõſ.xxj.co.ij.

g ¶Neceſſaria. Et bene vt iudicialiter procedatur Gemi.conſi.liij.Curt.Seni.cõſi.xx.Iaſ.conſi.lxxxvj.lib.viij.

uersarius onere probãdi grauetur, ꝙ aliqua defensio competat, quia illud est ex accidenti, per illum text.& idem videtur tenere Io.And.in d.c.vestra.col.pen.dum concludit quòd quando factũ est adeo notorium, quòd celari non potest, ordo iudiciarius non requiritur, nec etiam requiritur quòd excusari nõ possit. alias vix posset dici delictũ esse notorium. Et breuiter concordando.opi. dicendum est, quòd respectu citationis illa semper in dubio erit necessaria, licet factum notorium sit, nisi ↄstet, nullam defensionem competere. sed quo ad alium ordinem iuris, vt non debeat obseruari, sufficit quòd appareat aliquid notoriũ esse. & ita not. Bald. distinguit in d.l.ea quæ. versi.iij.quæritur, post principium, 75 ¶†Tertia conclusio Abb.est, ꝙ in sententia excommunicationis citatio indistincte requiratur, quia non fertur ↄ aliquem, etiã pro facto notorio absq; monitione, vt Abb.not.hic ↄcludit, & sequũtur posteriores hic. Sed prima facie hoc videtur ↄ istum text. vbi ex delicto notorio, in quo appellatio non admittitur, nec citatio requirit̃, infertur ad excõmunicationẽ, vt colligitur ibi, sicut ille, quem &c. Ergo isti casus videtur parificari, ꝙ sicut in notorijs citatio non requiritur. ita nec in excõmunicatiõe, prout in apostolo casus occurrit. Potest responderi ꝙ ille non fuit excommunicatus per apostolum absq; citatione ex eo immediate, ꝙ delictũ esset notorium, quia notorietas delicti non excludit citationem in sententia excõmunicationis, vt dictum est in prin.glo.& Abb. hic dicit. sed intelligitur ꝙ notoria erat contumacia illius. quem apostolus excommunicauit. Et hoc modo æquiparatio adaptat̃, quia pro contumacia notoria, absq; alia citatione, quis excõmunicari potest, vt no.in c.j.per illum tex.vbi Abb.s.de iudi.cum si.s. alle.& sic habetur limitatio ad istam cõclusionẽ, quam simpliciter Abb.tradit hic. 76 ¶†Secundo etiam limitatur ista conclusio, vt procedat in sententia excommunicationis. Secus vero est facto notorio, si feratur declaratoria excommunicationis à iure incursæ, quia non erit citatio necessaria, vt declarat Abb.in c.peruenit. el.j.j.eo.no. in c.reprehensibilis.j.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspendit iurisdictionem iudicis tantum, in illa causa in qua interponitur. secus in alia, & quomodo. nu.2.& an in delegato. nu.9.*
3 *Iudex qui excommunicauit reum, quia noluit libello respondere, si ab eo prætextu excommunicationis appelletur, non potest in causa principali procedere secundum Rot.& ibi de veritate.*
4 *Appellatur si ab vno articulo causæ iurisdictio in tota causa suspenditur.*
5 *Appellatione interposita ab expensis propter contumaciam, non prohibetur iudex in causa principali procedere.*
6 *Recusandi iudicem iusta causa est, quando pẽdet appellatio interposita ab eodem iudice in alia causa.*
Nisi appellatio sit friuola. nu.7
8 *Recusatio frustratoria per iudicem admitti non debet.*
10 *Delegatus à principe post recusationem, non potest causam alteri delegare.*
11 *Iurisdictio ordinarij firmior est quàm delegati.*
12 *Iudex licet suspectus sit, & recusari possit, tñ iure iurisdictio non impeditur.*
13 *Iudici à quo, causa desertionis delegari potest.*
14 *Recusatio nõ tollitur etiam si causa à summo pontifice committatur suspecto.*
15 *Iudex ordinarius de iure ciuili recusari non potest.*
16 *Appellando offenditur iudex.*
17 *Iudex à quo appellat̃, nõ dẽt sibi ad iniuriã reuocare appellatiõnẽ interpositã.*
18 *Inimicitia in iudicando non attenditur. sed malus animus.*
19 *Iudex administrando iustitiam odium incurrit.*
20 *Iudex quando ab eo appellatur, commouetur.*
21 *Omnino, significat idem quòd ipso iure.*
22 *Bonus licet quilibet præsumat̃, hoc locum non haberet in præiudicium tertij.*
23 *Appellatio admissa non præsumitur friuola.*
24 *Experiri, id est agere.*
25 *Recusari an possit suspectus iudex à quo appellatum, si appellatio est deserta.*
26 *Iudex, qui in vna causa grauauit præsumitur suspectus in omnibus.*
27 *Recusari potest qui fuit aduersarius meus etiam finita illa causa.*
28 *Inimicitia causata à lite præterita durare præsumitur.*
29 *Recusatio vt procedat, an satis sit probare grauamen re ipsa, vel etiam quòd ex malo animo iudicis processerit, & nu.30.*
31 *Dolus arguitur ex enormi læsione.*
32 *Tex.in c.j.de ꝓsumptio.habet locum in his, quæ sunt de genere prohibitorum.*

1 AD hæc. ¶†Primo not.ꝙ appellatio suspendit iurisdictionem iudicis tantum in illa causa, in qua interponit̃. secus est ĩ alia causa, in qua iudex, à quo fuit appellatũ, ꝓcedere põt, vt hic, & in c.proposuit.j. & in c.Romana.§.cũ vero, vbi gl.in ver.aliqua.eo.tit.in vj. Et vera ratio secundum Abb.vr̃ quia grauamen est causa appellationis, & illud respectu aliarum causarum non contingit. Vnde non habet iurisdictio. in alijs causis suspendere. Sed ex ista ratione, quę in grauamine illato consideratur, non bene infertur, saltem immediate ad suspensionẽ iurisdictionis, quæ nõ à grauamine, sed ab appellatione immediate causat̃. Et ideo ratio ista melius adaptari potest, vt dicamus quòd cum appellatio limitata fuerit respectu grauaminis illati in vna causa, nõ producit effectum suspensionis in alia causa, quia ex diuersis nõ fit illatio. l.Papinianus exuli. ff.de mil. Et quia limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. l.ff.de acqui.rer.do. 2 † Et istud, quod dicitur hic, procedit in causa separata, in qua iurisdictio iudicis à quo, non suspendit̃. secus si causa non sit separata. Ex quo infertur s̃m Rot.deci.xxxj. 3 Item si ab excõicatione.eo.tit.in nouis. † ꝙ iudex, qui excõicauit reum, quia noluit libello r̃ndere si ab eo, prætextu excõicationis appelletur, nõ poterit in causa principali procedere, quia articulus excõicationis non est separatus à causa principali, ex quo occasione rei principalis fcã fuit excõmunicatio. Et sequunt̃ Peru. & alij hic. 4 Sed aduertendũ est. † quia non vr̃ hoc sine dubio procedere. Nã si appelletur ab vno articulo causæ, iurisdictio in tota causa suspenditur. c.super eo.el.j.j.eo.c.si à iudice.eod.tit.in vj. Et hoc intelligitur, q̃n causa principalis habet cõnexitatẽ cum articulo appellationis. secus si causa separata sit. d.l.super eo. s̃m intellectum But. qui cõmuniter approbat̃. 5 † Vnde si appellatur ab expensis, in quibus quis fuit cõdemnatus propter contumaciam, non prohibet̃ iudex in causa principali procedere, vt Doc. omnes dicunt in d.ca.super eo. Et ideo dubitabilis videt̃ decisio Rotę, quia excommunicatio, quæ fuit facta propter contumaciã nullam vr̃ habere connexitatẽ cum causa principali. licet.n.occasione rei principalis sit excõicatus, hoc venit accidẽtaliter ex cõtumacia emergenti. Et hoc nihil vr̃ impedire processum in causa principali. vt dictũ est de expensis. Decisio tñ Rotę prout loquit̃, saluari põt, q̃n iudici à quo, inhibitio facta fuit, quia tunc indistincte iurisdictio suspenditur. c. non solum eo.tit.in vj. 6 † Secũdo not.ꝙ iusta causa recusandi iudicem est, q̃n pẽdet appellatio interposita ab eodem iudice in alia causa. Ad idem tex.in c.proposuit.j. 7 Et hoc vr̃ procedere, nisi appellatio esset friuola, † quia tũc recusatio non haberet locum. [a] arg.c.cum appellationi.eod.titu. lib.vj.& quod ibi no.glos.in vers.recusari. 8 † Nam tunc vr̃ recusatio frustatoria, quæ per iudicem admitti non debet. vt tradit Inn. in c.cum speciali. vbi Abb.post alios sequitur in fi.eo. Ang.in l.qa poterat.ff.ad Treb.cum concor. vt prosequitur Perus.in d.c.cum speciali.in versi. tertio quæritur. 9 ¶ † Tertio not.ꝙ iste text.etiam habet locũ in iudice delegato, vt colligitur in fin.hic in vers.maxime. ꝙ casum magis dubitabilem includit, vt per Abb. & alios hic. & ita tenet Domi.per istum tex.in c.Romana.§.cum vero eo. tit.in vj. vbi reprobat Rotam decis.cxvij. quæ aliter dicebat in delegato. Est tñ differentia inter iudicem delegatum, & ordinariũ. 10 † quia delegatus à principe post recusationẽ non põt alteri causam delegare. c.iudex.in fi.de offi.deleg.in vj. Secus est in ordinario. c.si quis contra clericum. de fo.compe. 11 † Nam iurisdictio ordinarij firmior [b] est q̃ delegati, vt not.Arch.ij.qõ.vj.c.si episcopus. Bal.sequitur in l.si vt proponis.col.ij.C.quomodo, & q̃n iud.& late tradit Alex.in rub.ff.de offi.eius. 12 ¶†Vltimo no.ꝙ licet iudex suspectus sit, & recusari possit, tamẽ ipso iure iurisdictio non impeditur. 13 † Et sic dicendum videtur ꝙ licet iudici à quo, causa deserte appellationis committi possit, & delegari. ita Rot.decisio.xxix. item auditor.eo.tit. in nouis. poterit tamen recusari, [c] quãuis iurisdictionẽ mero iure consequatur. 14 † Nam etiam si causa à summo pontifice cõmittatur suspecto, recusatio non tollitur, vt p gl. 15 in c.ad hæc.de rescrip. ¶†In gl.in ver.suspectum, ibi, s̃m leges. Ista solutio s̃m doc. bene procedit intelligendo ꝙ ꝑrium loquatur in ordinario, [d] quia ordinarius de iure ciuili recusari non potest, vt no.in l.apertissimi.C.de iud.& declarat Abb.hic. Et s̃m hoc ratio illius legis videtur ꝙ recusatio non habet locum ibi, quia ordinarius non potuit recusari. Secus tamen tex. in alia ratione ibi fundatur, dum inquit cum possit appellari. Nam ratio ista militat, ẽt dato ꝙ recusari possit. Et ratio ista procedit tam in delegato, q̃ in ordinario. Nisi dicamus ꝙ illa ratio immediate non respicit decisionem illius legis. Sed hoc modo adaptatur, de iure ciuili recusatio de ordinario fieri nõ potest, vt ibi dicitur, per hoc tamẽ quis oppressus nõ remanebit, quia appellare potest. & sic tacite obiectioni respõdetur. Ista interpretatio suadetur, quia si illa ratio generaliter attendatur, iudex nunquã deberet posse recusari, cum grauatus

ADDITIONES.

a ¶Syl Ald. Locum. Adde eundem Deci.in c.proposuit.col.j. de appel.
b ¶Firmior. Adde.Deci.consi.ccxxiiij.
c ¶[illegible] ad libitum impetrantis. secus in iudicibus ordinarijs, & publice delectis.
d ¶Ordinario. Vide per Practi. Papiens.in practi. sua in forma libelli opponẽdi cõtra iudicem suspectum. super glo.in ver.iudicem suspectum.

grauatus semper appellare possit. Negari tñ non pōt, quin ratio
illa ꝙ ordinarius recusari nō possit, sit præter mentē,& intētionē
literę.in d.l.j.vbi tex.vim facit in appellatione interposita,q̃ nō vr̄
sufficiēs causa recusandi iudicē. Si.n.tex.ↄsideraret ibi ꝙ ordina-
rius non pōt recusari indistincte,ēt probata quacunq; causa gra-
uaminis,legitima recusatio nō haberet locū.cuius ↄ̃rium vr̄ sen-
tire tex.ibi pōderando appellationē pendentē,q̃ pro causa suffi-
cienti ibi non hr̄. Et ideo ad ↄ̃rium alia rn̄sio colligit̄ ex cōi intel-
a lectu,quā ad istū tex.tradit Io.And. dum inquit ꝙ sola [a] penden-
tia appel.in alia causa nō est sufficiens causa, vt iudex recusetur,
& ita ↄ̃rium procedit,quia nuda voluntate recusatio fieri posset,
& de facili posset iudex recusari interponēdo appellationē,ēt ex
causa falsa,ad istū effectū,vt iudex recuset̄.sed tex.hic cū si.intel-
ligitur si causa grauaminis ꝓponat̄, & probetur, sicut in recusa-
tione requirit̄.Et istū intellectū approbat Bar.in d.l.j.& Anto.de
Bu.& Abb.& Mod.sequunt̄. Sed certe,si h̄ modo ad tex.hic sup-
pleat̄,h̄ nō ꝓcedit sine diuinatione, & verba h̄ repugnant, q̃ vn̄r
pōderare solā appel.pendentiā,vt hic, & in c.ꝓposuit.j.eo.vbi dr̄
ꝙ iudex,à quo appellat̄,oīno suspectus ē.Nā si cā grauaminis ꝓ-
bat̄ ex hoc solo appellatio iustificat̄,& pendētia appel.nihil ope-
raret̄.Vn̄ verior vr̄ intellectus,quē tradit h̄ Io. d̄ Imo.vt tex.pro-
cedat simpliciter, ꝓut loquit̄, & nō sit opus ꝙ grauamē aliter ꝓ-
16 bet̄.sed sola appellatio sufficiat, † quia appellēdo offendit̄ iudex
17 l.fi.C.qn̄ ꝓuo.c.vt debitus.j.eo. † Licet.n.nō debeat iudex,à quo
appellat̄, ad iniuriā sibi reputare appellationē propositā ↄ̃ eum.
l.& in maioribus.C.eo.tn̄ iusta cā, vel iniusta,nō attendit̄ in iudi-
18 cado inimicitiam. † sed malus animus simpliciter inspicit̄, vt per
19 Inn.in c.j.& ij.s̄.de re iu. † Nā ēt iudex administrādo iustitiā odiū
incurrit.c.qualiter.el.ij.j. de accu.xxv.q.v.in c.non est crudelis.Et
20 negari nō pōt,quin iudex cōmoueat̄,qn̄ ab eo ꝓuocat̄. † q̃a ap-
b pellatio arguit imperitiā,& iniquitatē [b] iudicis.l.j.in prin.ff.eo.tit.
ideo verisimiliter reputat̄ suspectus, vt ꝓbat̄ h̄, & melius in c.ꝓ-
posuit.j.e.ibi,oīno suspect⁹ est. ergo vr̄ ꝙ sola appel. īterposita im
21 mediate reddat̄ suspectus, † quia dictio illa, oīno, [c] significat idē
c ꝙ ipso iure,vt per gl.in auc. qui res in fi.C. de sac.san.eccl.& in l.j.
§.si pecuniā.vbi Bal.ff.depo.Nō ob.ratio Io.And.dū dicit ꝙ de fa-
cili iudex posset recusari appellando calūniose.quia,vt d.Prępo.
dicit,h̄ nō est p̄sumendū,cū quilibet bonus p̄sumat̄.c.j. d̄ p̄sum.
22 c.j.de scruti.l.merito.ff. de pro so. † Sed ista rō in casu isto non vr̄
ꝓcedere,quia cū agatur de interesse iudicis recusati, illa regula,
ꝙ quilibet p̄sumat̄ bonus,nō habet locū in p̄iudiciū alterius.do.
Abb.dicit in c.cū iure.s̄.de offi.dele.alle.gl.in c.cū à nobus.de te-
stib.& gl.in c.sicut de sen.excō.Et patet h̄, qn̄ quis allegat̄ suspe-
ctus.ergo bonus non pręsumit̄,q̃a nunq̃ haberet locū recusatio.
Vn̄ aliter respondet̄,vt Imo.hic dicit,ꝙ nō p̄sumat̄ appellans ap-
pellationē calūniose,& temere interposuisse,quia puniret̄,vt di-
23 ctum est in c.ij.j.eo. † Et quia, si appellatio esset friuola, nō esset
verisimile ꝙ iudex illā admisisset, arg.c.in præsentia.de renun.&
in l.j.& quod ibi Bar.C.de p̄di.curi.lib.x. Vel ad rōnē Io.And.re-
sponderi pōt, ꝙ qn̄ appellatio interponit̄, appellans diuinare nō
pōt ad cām, q̃ postea sibi moueri cōtingit. ideo nō est dicendū ꝙ
ꝓpter hoc appellauerit, arg.c.vt nr̄m. vt ecc. bene. & in l.si puta-
tor.ff.ad l.Aquil.Et retento isto intellectu Imol. qui verior videt̄,
vt patet ex p̄dictis,ↄ̃rium formatū in gl.remanet insolutū. Vnde
tertio,& vltimo ad ↄ̃riū vr̄ responderi posse,vt loquat̄,& proce-
dat ī actore,vt colligit̄ ibi,cōpellit̄ alias causas, si quas habet,age-
re,& in rub.dū dicit,apud eum,à quo appellat̄,aliam cām agere
24 cōpellendū.& in d.l.vnica ibi,debeat experiri. † nā hoc verbum
ponit̄ pro agere.c. pastoralis.de cā poss.hic vero text.cū si.loquit̄
in reo,vt colligit̄ ibi.accuset̄.vel cōueniat̄.Et nō est nouum ꝙ reo
aliquid cōcedat̄,ꝙ actori deneget̄,vt in regula,fauorabiliores.de
de reg.iu.in vj.& in proposito bene facit tex. in l.ij.§.legatis.versi.
25 sed si agāt.ff.de iudi. ¶ † An autem si appellatio deserta si habeat
locū quod hic dr̄,vt iudex à quo appellatum fuit,in alia cā possit
recusari.& Abb.hic post Ant.de Bu.concludit ꝙ sic probato gra-
uamine,quia recusatio fundatur in malo animo iudicis,qui non
tollitur,licet appellatio deserta sit,vt latius Abb. hic prosequitur
26 & sequunt̄ Peru.& Mod. † Et certe probato grauamine, ista cō-
clusio vr̄ de plano ꝓcedere,quia iudex, qui grauauit ī vna causa,
suspectus reddit̄ ī omnibus,vt per gl.in c.dispendia.in ver.in om-
nibus.de rescrip.in vj.Sed maior est dubitatio,retento intellectu
Imo.vt s̄.dictū est,ꝙ ex sola pendentia appellationis iudex possit
recusari absq; eo ꝙ aliter grauamen probet̄. an tunc deserta ap-
pellatione habeat locū recusatio.Et vr̄ ꝙ non, quia iura loquunt̄
pendente appel.vt hi c.& in c.proposuit.j.eo.In ↄ̃riū facit tex.in c.
postremo.j.eod.vbi aduocatus causæ ēt finita causa suspectus re-
27 putatur. † Et iden Are.in c.j.de iudi.ↄcludit ꝙ ille, qui fuit aduer-
28 sarius meus,ēt finita cā,possit recusari, † quia inimicitia causata
ex lite præterita durare præsumitur.l.in ipsis. vbi Bal.per illū tex.
C.fa.ercis.Sed tñ prima opi.verior vr̄,q̃a iura loquunt̄ de appel.
pendente, vt dictū est. Et pendente appel.iudex,à quo appella-
tum fuit,vr̄ magis ꝓuocatus,& cōcitatus. finita vero cā appel.ex
eo ꝙ appellatio deserta sit, prout Doc.hic loquunt̄, indignatio,
quā iudex cōcepisset ex appel.interposita,remitti vr̄ cessante cā,
c.cū cessante.j.eo.Nō ob.tex.in d.c.postremo, quia loquit̄ respe-
ctu illius cāæ,in qua aduocatus fuit. secus esset in alia cā.vt ꝓbat̄
in d.c.postremo.& ibi Abb.in ij.no.& in q.nostra.de alia cā doc.
loquunt̄,prout ēt tex.hic loquit̄.Et h̄ modo distinguendo.in d.c.
postremo.vr̄ tex.pro ista parte.Nō obs.ꝙ Aret.dicit de inimicitia
p̄terita,quæ durare p̄sumit̄, quia hic nulla fuit inimicitia. & licet
aliqualis sit p̄sumptio indignationis,satis remittit̄ finita appella-
tione,& finita lite,vt latius dixi in d.c.j. de iudi. & ideo cū myste-
rio iura loquunt̄ pendente appel. Vnde post appellationē finitā
nulla ratio subesse vr̄ recusandi, & maxime ista ↄclo haberet lo-
cum,si lis finita esset, quia pronunciatū fuisset bene iudicatū, &
male appellatū. Si vero pronūciatū fuisset male iudicatū, & be-
ne appellatū,posse forte recusari, quia apparet de grauamine,ꝑ
supradicta. ¶ † Notandū tñ est ꝙ non sufficit, s̄m Abb.Io.And.&
29 alios hic,ꝙ grauamen probet̄ re ipsa.sed debet probari ꝙ ex ma-
lo animo iudicis ꝓcesserit, quia suspicio fundat̄ super malo ani-
mo,nō super grauamine.Ex quo inferri vr̄,ꝙ si iudex fuisset mali
animi,vt q̃a putauit grauare,licet in veritate nō grauauerit, ꝙ tñ
posset recusari,ↄsiderato iniquo proposito eius,ī quo vis tota cō-
30 sistit. ¶ † Postremo dum Abb.cōcludit ꝙ vbi iudex debet recusari
ꝑꝑ grauamen illatū,sufficit si grauamē simpliciter probet̄,absq;
eo ꝙ aliter de iniquo animo iudicis appareat. quia probato gra-
uamine,in dubio debet præsumi,ꝙ ex animo processerit,arg.c.j.
de p̄sump.Et hoc prius dicebat Imo.h̄,& sequunt̄ Peru.& Mod.
sed ista cōclu.dubitabilis vr̄. nam in ↄ̃rium vr̄ text.ij.q.vj.in c.h̄ ēt
placuit,vbi dicit ꝙ licet sentētia iudicis in cā appellationis retra-
ctetur,hoc nō nocet iudici,nisi cōuincat̄,& ꝓbetur ꝙ iniquo ani-
mo iudicauerit.ergo in dubio non vr̄ præsumendum.Et facit re-
gula,q̃ dicit,ꝙ pro iudice p̄sumit̄.c. in præsentia,de renū.c.in no-
stra,de procu.c.nisi esset,de p̄ben.Dictū Doctorū posset saluari,
31 † qn̄ magnum grauamen infertur, quia ex enormi lęsione dolus
arguit̄,vt no.Bar.in l.fi.ff.de præto.stip.& in l.societatē.§.arbitro-
32 rum.ff.pro so.Nō ob.tex.in c.j.de p̄sum. † quia locū habet in his,
quæ sunt de genere prohibitorū,& nō loquit̄ in iudice, pro quo
p̄sumit̄,vt dictū est, & sic nō sufficit, si re ipsa grauamen probet̄,
quia suspicio fundatur super iniquo animo, non super grauami-
ne,vt Io.And.& doc.omnes hic dicunt.

ADDITIONES.

a ¶Sola. Et bene in iudice ordinario,vel publice deputato,vt nuper fuit dictū quid-
quid dicat Deci.hic.

b ¶Hie.Gig. Iniquitatem.& alibi dixit Bal.in l.j.in fi.C.si de momēta possessio.fue.
appellē. quod remedium appellationis datur à iure tanquam theriacha contra
venenum primi iudicis.

c ¶Hie.Gig. Omnino. Adde quòd ista dictio, omnino,sign̄at sine ope exceptionis,
glo.est in c.fi.in fi.de offi.deleg.in vj. & vide tex. & gl.in c.j.de vita & ho.cle.in
vj.Et dicit Soz.in l.j.§.per seruum corporaliter.in j.col.ff.de acquirē.poss.ꝙ ista
dictio est dictio præcisa, & plus dicit idem Soz.in l.qui vsumfructum.in ij.colū.
ff.de verbo.obl.ꝙ ista dicta,omnino, quando ponitur cum negatiua, idem im-
portat ꝙ nullo modo.& idē dicit esse in dictione penitus. vide etiam de ista di-
ctione per Soz.in consi.ccxlix.incip. in materia præsentis consultationis versi.j.
effectu,circa fin.& vide per Aret.in l.si duo.ff.de acqui.hæ. & in l.ij.ff.ad velle.
De hac dictione ponit etiam Alex.in consi.clv.incip.visis, & consideratis.in iij
col.vers.tertio respondeo. in ij.volu. vbi dicit ꝙ ista dictio,omnino,posita cum
negatiua,importat idem quod nullo modo. sine distinctione, vel ipso iure, nec
ope exceptionis. Et adde etiam Soz.in cōsi.suo.cxxj.incip.iusta contingentia fa-
cti.col.ij. vbi quædam pulchra ponit de ista dictione.

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest vtraque pars ab eadem sententia, quando scilicet, vtreque grauantur. nu.2.*
3 *Appellare si plures contingat ab eadem sententia ad diuersos, præualet appellatio ad maiorem. sed an ad primum potius.nu.4.*
5 *Processus iudice,cuius iurisdictio elidi poterat,si non sit exceptum,valet.*
6 *Actus valet nisi opponatur qn̄ alicui mero iure ius cōpetit licet sit elidibile.*
7 *Processus contra absentem non valet si iudex scit se non habere iurisdictionē vel habet elidibilem.*
8 *Appellari non potest à iudice seculari ad papam.*
9 *Appellari non potest de imperatore ad papam.*
10 *Arduum dubium si sit recurritur ad papam.*
11 *Papam ad recurrimus in arduis.nu 19. & quando iniustitia est notoria, & in quibus casibus à laicis recurratur ad papam remissiue. nu.12.*
Et quando de æquitate proceditur.nu.13.
12 *Notaria iniustitia facit,vt ad papam recurramus etiam à laicis.*
14 *Terris de temporali iurisdictioni ecclesiæ canones seruantur ēt inter laicos*
15 *Statutum contra canones non valet in terris de tēporali domino ecclesiæ.*
16 *Citatus non tenetur competere ad allegandum eius priuilegium,quādo noto-*

rium est iudicem non habere iurisdictionem, vel illam esse elidibilem.
17 *Clericus citatus à iudice seculari nõ teneť cõparere nisi sit dubiũ de clericatu.*
18 *Citatus non tenetur comparere quando citatio est nulla, & hoc liquet.*
19 *Notorium non sufficit esse partibus. sed debet constare iudici.*
20 *Locum si iudici non constat, non esse tutum proponi debet.*
21 *Notorium quando excuset ab onere proponendi.*
22 *Sententia quam quis obtinet contra absentem per falsas allegationes, licet nõ valeat. secus est si nihil allegauit, licet aliquid tacuit, etiam si dolosè tacuisset. nume. 23.*
24 *Delictum minus est quod in omittendo consistit.*
25 *Tacens non potest dici esse in dolo, & quando.*
26 *Tacens veritatem, quando dicatur falsum committere.*
27 *Testis manifestare veritatem tenetur. ideo tacens eam tenere de falsõ.*
28 *Tex. in c. qui scandelizauerit. de reg. iur. in antiq. pcedit in iudice, & teste.*
29 *Contumax si comparet debet prosequi causam in eo statu in quo reperitur. Et an comparens possit dilatoriam opponere. ibi.*
30 *Contumaci comparenti, & reficienti expensas debet dari terminus.*
31 *Processus factus contra absentem qui non potest conueniri, vel cui legitima exceptio competit, non valet, si iudex sit defectum iurisdictionis.*
Nisi pronunciasset se competentem. nu. 35. & quando. nu. 36.
32 *Prorogare iurisdictionem nunquam censetur absens contumax.*
33 *Processus cõtra absentẽ cõtumacẽ valet, si iudex ignorat defectũ iurisdõnis.*
34 *Gesta per vicarium reuocatum ipso ignorante valent.*
35 *Sententiæ qua iudex pronunciat se competentem effectus.*
36 *Pronunciatio procedendum esse ad vlteriora non est eiusdem effectus, cuius est pronunciatio competentiæ. nu. 38. & 39.*
39 *Iudex vtile est quòd pronunciet se competentem semper, & quare.*
40 *Pronunciatio cõpetentiæ nihil operatur quando iudex est omnino incapax.*
41 *Iudex non cognoscit an sua sit iurisdictio, quando est omnino incapax.*
42 *Iudex quibus casibus, & quando posit pronunciare se competentem.*
43 *Processus contumaciæ punitiuus valet, quando iudex ignorat defectũ suæ iurisdictionis, si personæ iudicis legitimari potest.*
44 *Processus iudicis secularis cõtra clericum, ẽt ratione contumaciæ non valet.*
45 *L. si quis ex aliena. ff. de iudi. quando procedat.*
46 *Processus non valet contra absentem quando pars præsens sciret defectũ iurisdictionis, & de eius commodo ageretur.*
47 *Litigans scienter corã excõicato tolerato, nõ dẽt aliquod cõmodũ reportaret.*
48 *Processus contra absentem non valet, quando iudex habet iuridictionem elidibilem per conflictum exceptionis.*
49 *Sententia iniqua, contra ius partis sciente iudice valet.*
50 *Processus etiam super causa principali contra absentem, valet quando iudex ignorat suam iurisdictionem elidibilem.*
51 *Processus non valet, quando iudex habet iurisdictionem, sed agenti ius nõ cõpetit, si iudex hoc scit. Et ibi quid si ignorat.*
Quid si agenti ius competebat sed absens erat tutus exceptione. nu. 52.
53 *Appellare potest vtraq; pars quando vtraq; grauata fuit in eodem negocio.*
54 *Appellatio secunda non admittitur, quando ab vna parte appellatur semper vno capitulo, licet altera pars grauata sit in eodẽ capitulo, quia prima vtraque communis est.*
Et idem si essent plura capitula connexa. nu. 55.
56 *Connexa capitula quæ dicantur. nu. 58.*
57 *Connexum dicitur pactum incontinenti appositum.*
59 *Appellauit si vtraque pars in capitulis separatis proceditur super vtraq; appellatione.*
60 *Sententiæ sunt tot, quot sunt capitula.*
61 *Sententia in capitulis separatis potest valere super vno, non super alio.*
62 *Argumentum de rectitutione in integrum ad appellationem non valet.*
63 *Intelle. ad l. etiam. ff. de mino.*
64 *Relatum dicitur esse in referente cum omnibus eius qualitatibus.*

1 SI duobus. ¶ † Primo no. secũdum Abb. ꝙ ab eadem sentẽtia vtraq; pars appellare põt. Et idẽ dicit Imol. hic, & sequuntur Perus. & Mod. Sed certe tex. hic potius vr̃ probare ꝯrium, quia ab vtraq; parte admissa fuit appellatio ꝑꝑ ignorantiam appell. alterius partis. Vñ si cõstaret à prin. de appel. interposita ad summũ põtificẽ, secunda appel. non admitterer̃, vt colligit̃ h̃, vbi appell. interposita ad papam ꝑualet, & in effectu tollit appel. interpositam corã inferiore ergo à fortiori illã à principio deberet impedire. ar. l. patre furioso. ff. de his, q sunt sui, vel alie. iur. & in l. j. §. cãm. ff. de postu. ¶ Dictum tñ in se verũ est, declarando, vt inferius dicam, & in eo casu, quo ab vtraq; parte põt appellari, intelligitur qñ vtraq; pars 2 grauata sit. † qa nõ grauatus nõ appellat, Abb. & Imo. post Inn. & alios hic. idẽ Inn. in c. breui. s̃. de iu. iur. refert Bal. in l. fi. C. qñ ꝓuo. no. Bar. in l. si seruus plurium. §. j. in fi. ff. de leg. j. facit text. ij. q. vj. c. 3 non solent. ¶ † Secundo per do. Abb. hic colligitur, quòd si ab eadem sententia diuersi ad diuersos iudices appellent, appellatio interposita ad maiorem ꝑualet, & elidit appell. interpositã ad minorem. Sed istud no. ẽt non vr̃ h̃ bene probari, quia appel. interposita ad summũ pontificem attendit̃, quia præcessit, & prior fuit, vt ex ordine litere colligitur ibi. alter ad nr̃am &c. Et ideo secunda postea nõ valuit, quia iam erat negotium deuolutũ. Et attenta ista ratione, idẽ esset dicendũ, qñ prius appellatũ fuisset ad 4 inferiorẽ, † qa ex quo ad cõpetentẽ facta esset appellatio, negotium deuolutũ esset ad superiorẽ, pro vtraq; parte. l. ampliorem. C. eo. l. fi. C. qñ prouo. Et secunda, quæ ad papam interponeret̃, tanquã superflua nõ valeret. Sed qñ nõ appareret de prioritate, tunc haberet locũ ꝙ Abb. dicit, arg. l. ꝯ pupillũ. §. qui ad maius. ff. 5 de re iu. ¶ † Tertio no. valere processum iudicis, cuius iurisdictio elidi poterat, si per exceptionẽ elisa nõ fuerit, & talis dr̃ iudex cõpetens, licet eius iurisdictio declinari possit, gl. no. in cle. ij. in vers. cõpetenti, vt lit. pen. Ideo valet processus, si nõ opponatur, vt hic Abb. dicit, & no. Bald. in auc. si qui ex consensu. C. de epis. audi. col. ij. ver deinde no. vbi alle. Inn. in c. præterea. de dila. idem Ant. de But. in c. cum super. col. pe. de offi. deleg. cũ si. vt tradit Alex. in 6 l. ij. col. iij. ff. si quis in ius voca. † Et est regula generalis, ꝙ qñ alicui a mero iure [a] ius cõpetit, licet elidi per exceptionẽ possit, actus vab let nisi opponat̃. [b] l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. vbi glo. & Bar. col. v. & no. Bart. in l. eum, qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obli. 7 ¶ † Quarto no. s̃m Abb. hic, ꝙ si iudex scit se non hdbere iurisdictionem, vel iurisdictionẽ elidilem esse, nõ valet processus cõtra absentẽ. Primo, ista ęquiparatio quã Abb. facit, qñ non habet iurisdictionẽ, vel habet elidibilem, nõ vr̃ procedere, vt j. dicam. Secundo, ꝙ dr̃ de scientia iudicis, bene procedit in iurisdictione, in qua fundamentũ processus consistit. Secus si agitur de iure actoris, ꝙ per exceptionem rei elidi possit, quia tunc nõ sufficit iudicẽ simpliciter habere scientiam exceptionis cõpetentis reo. sed debet per ipsum reum opponi. & si non opponatur, iudex in fauorem actoris pronunciabit, quia licet cõstet iudici de exceptione, ipse supplere nõ debet, vt no. Bar. in d. l. si vnus. §. pactus ne peteret, col. v. in d. l. eum qui ita de verb. ob. de quo Alexã. ibi, & in l. j. 8 col. ij. C. vt quæ des. aduo. ¶ † Quinto no. in ver. deniq;, ꝙ à iudice seculari ad summũ pontificẽ non appellat̃. & hoc maxime ꝓcedit, qñ esset talis iudex secularis, à quo appellari posset ad Imperatorẽ, vel alium laicũ superiorẽ, quia distincte sunt iurisdictiones inter Papam, & Imperatorẽ, & vnus de iurisdictione alterius se non ĩtromittit. c. nouis. s̃. de iud. xcvj. c. cum ad verum. Idem tñ est in iudice seculari, qui superiorem non recognoscit, quia text. 9 generaliter hic loquit̃. † vnde de ipso Imperatore ad Papam non appellatur, s̃m glos. in c. qm̃ x. dist. & tradit Cardi. in d. c. nouit. de 10 iudi. & s̃. dictũ fuit in rub. ¶ † Ista ꝯclusio fallit primo in arduis, & in articulis dubijs in iure, quia ad papam recurritur. c. per venerabilem. j. qui fil. sint legi. ita Abb. hic cõcludit, allegando Inn. qui hoc dicit in c. cum te. circa fi. de re iud. & idẽ Inno. in c. licet ex su11 specto. s̃. de fo. cõpe. † Et idẽ qñ iniustitia esset notoria, ꝓut Abb. 12 dixit in rub. s̃. eo. † Et qñ inter laicos ad Papam recurratur, tradit c Inn. late & Doc. in d. c. licet ex suscepto. de fo. cõpe. Bar. in consi. [c] clxxxvij. domini priores. in tertio dubio, & in not. casu concludit Paul. de Cast. in ꝯsi. lxx. quia frustra col. iij. Et inter alios casus ista 13 ꝯclo non vr̃ habere locũ, † qñ de ęquitate procedit̃, quia tũc ad ecclesiasticũ appellari põt. Ita vr̃ probari hic à ꝯrio sensu, dũ dr̃, ꝙ s̃m rigorẽ iuris non appellat̃ ad Papam. Secus ergo vr̃ attenta ęquitate, & hoc mõ istũ text. ad hoc inducit Bar. Belenzinus in c. cũ Io. de fid. instru. refert Fel. hic, & subsistit. Sed cõsiderandũ est ꝙ rigor hic ponit̃ simpliciter pro iure scripto, & aduerset̃ cõsuetudini, de qua. s̃. proxime ĩmediate loquit̃ dũ in inquit. Et de cõsuetudine ecclesię teneat, s̃m iuris rigorẽ credimus nõ tenere. Et idẽ probatur in c. si clericus laicũ de fo. cõpe. in cle. ij. eo. tit. & declarat Abb. in c. super literis, col. j. s̃. de rescrip. Et hoc mõ nõ probat̃ hic ꝙ isti dicunt, quia nõ ponit̃ rigor iuris hic, prout ab ęquitate distinguit̃, iuxta not. in l. placuit. C. de iudi. in c. fin. de transa. 14 ¶ † Vltimo not. ꝙ in terris, quæ sunt de tẽporali iurisdictione ecd clesię seruari debent canones, [d] ẽt inter laicos, vt Abb. hic, deducit. & no. per gl. in regula, possessor. de reg. iur. in c. ij. in ver. ciuili. de arbi. in vj. & tradit Cal. in cõsi. xviij. in tit. de consti. & not. Abb. in c. ecclesia S. Marię. de consti. Et quo infertur, s̃m Abb. hic, ꝙ in terris, quæ sunt de tẽporali iurisdictione ecclesię, non valeret sta15 tutum laicorũ ꝯ canones, † quia de iure canonico non valet statutum inferioris ꝯ canones. c. ꝙ super his. de ma. & ob. licet secus sit de

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Mero iure. Faciunt q̃ tradit Deci. s̃. de rescrip. in c. ex parte. s̃. in iiij. not.
b ¶ Hie. Gig. Opponatur. Adde quòd idem est vbicunque actus incertus non admittatur. nam semper intelligitur si à parte fuerit oppositũ, quòd si opponatur parte erit secus. vide per Ias. insti. de act. §. curare, in iiij. & v. col.
c ¶ Hier. Gig. Bar. in consi. Vide Ias. May. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & Fely. in c. qualiter, & quando. de iudi.
d ¶ Hie. Gig. Canones. Adde Felyn. in cap. ecclesia S. Mariæ. in xv. col. supra de cõstitu. vdi ponit multos notabiles effectus. qui resultant ex ista conclusione quos non referam. sed videatis ibi per eum.

fit de iure ciuili, quia valet ſtatutũ municipale ꝯ ius cõe.l.omnes. populi.ff.de iuſti. & iur.l.j.C. de eman.libe.l. prohibere.§.plane. ff.ꝙ vi,aut clam.Et rõnem diuerſitatis Abb. ponit in c.fi.ſ.de cõſue.Imo.in c.fi.de offi.leg.& Mod.in d.c. ꝙ ſuper his. Sed tñ ꝯ dictũ Abb.ĥ, videlicet ꝙ ẽt valeat ſtatutũ laicorũ ꝯ canones in terris exiſtẽtibus,de tẽporali iuriſdõne eccleſiæ,expreſſe tenet Cal. in cõſi.xviij.ſ.alle.in tit.de cõſti.& ipſe Abb. Idem cõcludit in c.ꝙ clericis, in fi. de fo.cõpe. vbi tex.inducit in c. venientes.de iu.iur.

16 & hoc ſequit̃ Alex.in cõſi.clxxv. viſo themate.col.j.lib.ij.¶†In gl. in ver.cognouerit.not.ſm Abb.hic, ꝙ qñ notoriũ eſt,iudicem nõ habere iuriſdõnẽ,vel illã eſſe elidibilẽ, citatus cõparere nõ tenet̃ ad allegandũ priuilegiũ ſuum,& no.per gl.in c.veniens,de accu. cũ ſi.vt ꝑ Abb.hic, & idẽ gl. & doc.dñt in l.ij.ff.ſi quis in ius vocã.

17 † Vnde clericus citatus à iudice ſeculari non tenet̃ cõparere,niſi dubiũ ſit de clericatu,gl.xxiij.q.viij.in c.cõuenior. in ver.cõgrueret,& idem glo.xv.q.iij.in c.placita, in glo.fi.in fi.dicit ꝙ quando

a citatio[a] eſt nulla, & hoc liquet citatus nõ tenet̃ cõparere.Et ſeq̃r

18 Old.in cõſi.lxxxiij.in fi.†an ẽps.Hoſt. in ſumma de do.& cõtu.§.j. col.pe.ver.qñq; rõne iudicis.Bar. in l.iij.per illũ tex.ff.de iud.But. in c.prudentiã.in prin.col.ij.ſ.de offi.deleg.Abb.poſt Imo.in d.c. ꝑterea.colũ.antepe.ſ.d̃ dila.& idẽ Abb.poſt alios in c.cũ ordinẽ,

19 circa fi.de reſcript.¶†Et nõ ſufficit notoriũ eſſe partibus. ſed debet cõſtare iudici , vt Ro.dicit alle.iſtũ tex.in d.l.ij.col.iij.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.& idẽ Car.in cle.quia contingit.in v.col.in iiij.

20 oppo.ad fi.de relig.po. † vbi inquit ꝙ ſi nõ cõſtat iudici,locũ notorię non eſſe tutũ,proponi debet.Poteſt.n.aliquid notoriũ eſſe, & nõ ꝯſtare iudici.ij.q.j.c.de manifeſta.in fi. & tradit Pau.de Caſ. in cõſi.xxix.viſis actis col.fi.Si tñ erat notoriũ, vr̃ præſumendum iudicem notitiam habuiſſe, arg.in c.j.de poſtula.præla. in c.cũ in

21 tua.j.qui mat.accu.poſ.cũ ſi. † Et iſto caſu notoriũ excuſat , ẽt ab onere proponendi,& allegandi,quia ſi nõ tenet̃ venire.ergo nec ꝓponere.Abb.in c.ex parte,in fi.j.eo.& in c.ſi clericus laicum,de fo.cõpe.in iij.no.¶ Prædicta bene procedũt in primo caſu,qñ notoriũ eſt,iudicẽ nõ habere iure ipſo iuriſdõnẽ . ſed qñ habet ipſo iure,licet ꝑ exceptionẽ elidi poſſit, vr̃ ꝙ valeat proceſſus niſi opponat̃,per ea,quæ.ſ.dixi.in iij.& iiij.not. Vnde iſto caſu debet cõ-

b parere,[b] & exceptionẽ proponere,q̃a licet notoriũ ſit,exceptionem alicui cõpetere,poterit eſſe ꝙ non vtetur illa exceptione, & hoc tenet Bal.poſt Pet.in l.generaliter.in ij.col.in ver.aduertatis. C.de epi.& cle.facit ꝙ j.dicam in ſecũdo caſu principali , qui per do.Abb.inferius cõſiderat̃.¶ Extra gl.opponit̃ per do. Abb.poſt alios de l.ſi ꝑtor.§.Marcellus.ff. de iudi. & breuiter ex dictis eius

22 cõcluſio eſt,ꝙ licet nõ valeat † ſentẽtia quã quis obtinet ꝯ abſentem per falſas allegationes.d.l. ſi ꝑtor.§.Marcellus . Secus tñ eſt, qñ ille,qui ꝯ abſentẽ ſententiã obtinuit,tacuit ſimpl̃r, & nihil allegauit,quia ſentẽtia valet, vt eſt caſus hic.& ita ẽt tenet Bar. ĩ l.j, col.pe.C.de ſatiſda.vbi expreſſe dicit ꝙ tex.ĩ d.l.ſi ꝑtor.§.Marcellus,loquitur in eo,qui allegauit,& non habet locũ qñ quis tacet.

23 †Et hoc ampliat̃,& ꝓcedit ẽt ſi doloſe quis tacuiſſet,quia pro aduerſario allegare nõ tenet̃.c.j.ſ.d̃ ꝓba.ſm Imo.hic, licet aliter dicatur voluiſſe Inn.in c.fi.j.de accu.& nõ bene, vt hic poſt Inn.cõcludit Peru.& Mod.ſequunt̃.Idem Inn. & Io.de Ana.in d c.fi.de accu.& hoc pro no.tradit Mathe.no.xviij.noto.ꝙ ſententia.& la-

24 te Ro.in l.ſi is,ad quẽ.ff.de acqui. hære. † quia minus delictũ eſt, ꝙ in omittendo cõſiſtit,iuxta gl.in l.ſi mora.ff.ſol.mat.& ſequitur

25 ibi Are.qui iura quædã ad hoc adducit.† Itẽ tex.hic,qui indiſtin-

26 cte loquit̃. † Et quia tacẽs nõ põt dici eſſe in dolo,ex quo in fauorem aduerſarij allegare nõ tenet̃,arg.l.Gracchus.C.de adul.Nec ob.ſi dicatur,ꝙ eſt ille,qui tacet veritatẽ,falſum cõmittit,ſicut ille,qui mendaciũ dicit.c.j.j.de fal.xj.q.iij.in c.quiſquis, no.Bar.in l.

27 ea,quæ.ff.de ꝯhen.empt.Bal.in l.ꝑsbyteri. † per illum text.in iiij. no.C.de epi.& cle.quia illud locũ habet in teſte,qui veritatẽ manifeſtare tenet̃,prout glo.no.dicit.xxij.q.in c.ne quis arbitret̃.Secus eſt in parte,quę nõ tenet̃ in præiudiciũ ſuum veritatẽ dicere, per ſupradicta,& no.But.in c.j.in iij.no.de ꝓba.& dixi ibi.in xxij.

28 colum. † Et ideo quod dr̃ in c.qui ſcandelizauerit naſci , de reg. iur. quòd potius permittitur ſcandalum naſci , quàm quòd veritas occultet̃, ꝓcedit in iudice, & teſtibus, qui veritatẽ propalãre tenentur.

c [c] Secus eſt in parte,vt tradit Abb.poſt Inno.in c.offi-

29 per illũ tex.j.de pen.& remiſ.¶†Et de cõtumace notandũ eſt dictum Inn.ꝙ Abb.hic valde extollit,ꝙ ſi cõparet, debet proſequi cauſam in eo ſtatu,in quo reperit̃. Et ideo ſi elapſo termino vellet ipſe opponere exceptionẽ dilatoriã,audiri nõ debet, ſicut nõ audit̃ ille,qui præſens fuit,quia nõ debet eſſe melioris cõditionis cõtumax,q̃ ille,qui præſens fuiſſet,arg.c.eum,qui de ꝑben.in vj. ad idem gl.in c.j.in ver.abſentia,de electio.in vj.facit text.in c.vbi periculũ.§.ſi vero infirmitate,de electio.in vj.& ita ſimpl̃r ſequũtur Peru.& Mod.hic.& idem tradit Ang.in l.peremptorias, col.j. C.de ſen.reſcin.non poſſ.& no.Spe.eo.tit.§.qualiter, ver.ſed pone.Facit quod not. voluit Barto. in l.quanuis.ff.de damn. infect.

30 ¶†Sed tamen iſta cõcluſio,quam oẽs hic tenent, dubitabilis vr̃, quia ſi contumax compareat,& reficiat expenſas,prout tenetur l.ſancimus.C.de iudi.audiendus vr̃.Et ſi de nouo debet dari terminus.ita Bar. exꝑſſe dicit in l.ij.in lec.C.de eden. Et per hoc nõ erit ipſe melioris cõditionis, ex quo cogit̃ expenſas reficere.Pręterea ille,qui fuit,pręſens,ſibi imputari põt, ſi in termino ſtatuto non oppoſuit.Quæ ratio ceſſat in abſente, & contumace, & cõtumacia ſatis punitur in expenſis,quibus ſolutis ad cauſam reintegratur,vt no.Bar.in d.l.ij.Nam cũ ipſe eſſet abſens,non potuit opponere.ergo non vr̃ ꝙ tempus ſibi currat,dato ꝙ impedimentum ex propria cõtumacia cauſetur.c. quia diuerſitatẽ , vbi.text. no.j.de conceſ.præben.Et hoc facit,quia abſens contumax nunquam videtur iuriſdictionem prorogare , vt j. ſtatim videbimus. ¶ Succeſſiue Abb. circa hoc, an valeat proceſſus agitatus ꝯ abſentem,qui non põt conueniri,vel cui exceptio legitima cõpete-

31 bat,conſiderat quatuor caſus.¶†Primus eſt,qñ iudex in veritare in illa cauſa nullam habet iuriſdictionẽ, in quo primo cõcludit ꝙ nullo reſpũ valet proceſſus, ſi iudex ſcit defectũ iuriſdõnis ꝑ iſtũ tex.hic,nec tali caſu tractandum eſt de prorogatione iuriſdõnis,

32 †quia nunquã abſens cõtumax videtur iuriſdictionem prorogare, vt voluit Inn.in c.innotuit.de eo, qui fur.or.ſuſ.not.Bald.in l.ſi quis ex cõſenſu.col.ij.C.de epi.audi.Ang.in l.ij. circa fin.ff.ſi quis

33 in ius voc.cum concor.vt per Alex.ibi.colũ.iij.¶†Secundo Abb. concludit , ꝙ ſi iudex ignorat defectũ ſuę iuriſdictionis , valet ꝓ-

d ceſſus reſpectu contumacię, [d] & non in cauſa principali. Sed tamen data probabili ignorãtia, videt̃ ꝙ valeat proceſſus,etiàm in cauſa principali,per tex.no.in l.ſi forte.ff.de offi.præſi. vbi valent

34 geſta pręſidis, quando ignorauit aduentum ſucceſſoris. † per illum text.Ro. dicit ſingulari.lix. fuit quæſtio Romę . quòd valent

e geſta per vicarium epiſcopi reuocatũ eo ignorante. [e] * Facit tex.

* in c.audita.de reſt.ſpo.vbi in cauſa principali valet proceſſus agitatus vigore primi reſcripti reuocati per ſecũdum. de quo iudex ignorabat. Iſtis , & ſimilibus iuribus reſponderi poteſt , ꝙ in illis caſibus iuriſdictio mero iure competebat . Patet hoc ĩ reſcripto, quod per ſecundum ipſo iure reuocatum non videtur, vt not.in cæterum ſupra de reſcrip. ſic etiam in caſu.d.l.ſi forte , non deficiebat iuriſdictio , quia præſes prouincię retinet iuriſdictionẽ vſque ad aduentum ſucceſſoris,vt per glo.& Bar. in l. meminiſſe.ff de offi.proconſ.Concluſio ergo Abb.loquitur, & procedit quãdo ipſo iure iuriſdictio non competebat. ¶ Et ad hoc bene facit quia morte mãdantis re integra ipſo iure extinguitur iuriſdictio delegati,vt no.in c.gratum.de offi.deleg.in c. cũ veniſſent.de teſtib.& eſt text.in c.fin.§.officium.de offi.deleg. in vj.ideo non valet proceſſus poſtea agitatus , licet delegatus ignorauerit mortẽ delegantis, quia non poteſt ignorantia iuriſdictionem tribuere, vt not.Bar.in l.& quia.ff.de iuriſdi.om.iudi.col.fin. vbi alleg.gloſ. quæ hoc tenet in l.eius qui in prouincia.in ver.ignoraſſet, in fi.ff. ſi cert.pet.& tradit Abb.in gratum. de offi.deleg. cum ſi.¶ Et retenta iſta concluſione quòd non valeat proceſſus in cauſa prin-

35 cipali,iudice ignorante defectum iuriſdictionis. † limitatur , niſi iudex pronunciaret ſe competentem ſm Abb. poſt alios hic.nã talis ſententia facit ius,ſi appellatũ non fuerit, nec poſtea diſpu-

36 tari poteſt,vt Bar.dicit in l.ij.col.ij.ff.ſi quis in ius voc. † Et hoc ꝓcedit ẽt qñ ipſo iure iudex non habet iuriſdictionẽ , prout Abb. loquitur

ADDITIONES.

a ¶Hye.Gig. Citatio. Vide Barb.in conſi.lxij.col.iij.& ix vol.j.& ibi Aret.in incip. in themate ſupradicto. col.iiij.

b ¶Hie.Gig. Comparere. Adde do.Alexã.in l.ij.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.col.j. vbi dixit quòd ſcholaris qui habet priuileginm declinandi forum poteſtatis , ſi coram citet, comparere tenetur ad allegandũ ſuum priuilegium . aliàs poteſtas poſſet ipſum mulctare. & vide eundem do.Alex. in conſi.ſuo.cj.in v.vol.col.ij. verſi.pro hoc bene facit,& vide per Deci.in c.cum ordinem.in ij.col.ſ.de reſcri. vbi contrarium tenuit in ſcholari,nec facit mentionem de Alexandro.

c ¶Syl.Ald. Tenentur. Adde Deci.in c.qñ contra.in iiij.not.ſ.de probatio.

d ¶Hie.Gig. Cõtumacię. Vide Alex.& Mod.in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui.hære.

e ¶Hie.Gig. Ignorante. Adde quòd idem eſt in procuratore reuocatol, quia reuocationem ignorat.nam geſta per eum interim valent. tex.eſt in l.ſi mandaſſet.ff. mand.& no.Soz.in l.ſi non ſortem.§.adeo.ff.de condi.indebi. An autem valeat proceſſus,& ſententia iudicis,qui vere iudex erat,ſed ignorabat ſe iudicem eſſe vide per Soz.in l.multum.in iij.col.ff.de condi. & demon.Bald.in l.falſus.C.de furtis.& per Doc.in c.cum in iure peritus. extra de offi.deleg. Et quid ſit in geſtis à procuratore,qui ſe procuratorem ignorabat.vide Sozi.in dicta.l.multum. in dicta colum.iij-

* ¶Ignorante. Etiam voluntaria, vt collatio beneficii , gl.pragmati.titulo.de colla. §.item voluit.ver.vicario.Philip Fran.c.ſuper eo.ij. in vlti.not.j.eo.Io.de Selua tracta.de beneficio par.ij.q.xiiij.facit Panor. & Fel.in c.cæterum.de reſcri.Deci. cõſi.ccxcv.Nico.Boer.deciſ.Burdegalen.cccxlvij.adde no.ad Deci. ſupra de reſcrip.cap.cæterum in fine.

ri. Ex iſta enim ratione datur intelligi ꝙ tex.ibi de prorogatione
loquatur.Nam rigor,& auſteritas iuris eſt,ꝙ poſt tempus conſti-
tutum ad proſequendũ appellationẽ,vlterius quis nõ audiatur,
& iure ſuo priuetur. Vnde ſi per pactũ,tẽpus prorogetur, miti-
gatur auſteritas iuris.& ſic bene correſpondet ratio,quæ ibi aſſi-
gnatur.Si autẽ illa verba,ꝙ nullum fatale obſeruetur, intellige-
rẽtur, ꝙ tempora & fatalia applõnis per pactum reſtringerẽtur.
vt Abb.& Alex.dñt.ratio,quæ ibi ponit̃,non conueniret.Nam ꝙ
quis habeat tẽpus ad proſequẽdũm applõnem, hoc non habet
in ſe

ADDITIONES.

a ¶Hyer.Gig. Penitus. Quòd iſta dictio penitus, importet ipſo iure, eſt tex.iuncta rub.in l.j.C.de glad.penitus tol.lib.xj.& no.Archi.in c.j.de ſup.negli.prælato.libro.vj.& Ioannes.Andre.in c.j. de poſtula. prelato.in vj.in nouel.& eſt gl.in cle.j.de preben.vide Alex. in l.queſtione vſumfructũ.in ij.col. in verſicu.item pondero.ff.de verborum obligatio. ponit Sozi.in d.l.qui vſumfructũ.in ij.col.

b ¶Hie.Gig. Principali. Vide circa hoc Barb.in conſi.lxvij.in ij.parte. & per Natã in repetitione. cle.ſepe iuſſu. in xx.& xxj.col.

c ¶Hie.Gig. Cõſilio. Adde etiam quod Petrus de Anch.ibi. videtur tenere quòd vbi tp̃s inſtantię eſt pręfixum & limitatũ à ſtatuto. & pendẽte appellatione fiat conprommiſſũ,per illud non deſinat currere inſtantia cauſæ appellationis,ex multis,de quibus ibi per eum.cuius ꝯrium tñ vr̃ eſſe de mente Io.And. in addi.Spec.in tit.de app.§.nunc hr̃.in addi.magna.inci.ex ratione.poſt medium. ibi, ipſe aũt putat &c. & idẽ ſentit Bal.ſi recte aduertatur in addi.Spe. in tit.de app. in illa addi.magna,quæ inci. Quædam dicta extrauag.&c.circa princ. pen.col. verſ.conſtitutio ep̃i &c. dum ibi rñdet ad id quod dr̃ de cópromiſſo &c. Et põt ẽt dici ꝙ in cã Pet.de Anch.ſtatim redibat cãm inſtantię,cauſę appellationis ad naturã cauſæ principalis.vt ipſe ibi dicit. Et iſta ſecunda opi.eſt etiam de mente do.Præpoſi.poſt alios hic.in vij.col.verſ.circa tertium.

d ¶Syl.Al. Prorogari. Cõtrariũ voluit. Bal.in auc.ei qui.col.fi.ver.quæro nũquid partes.& ibi Sal.col.fi.verſ.quæro ab extra.C.de tẽpo.app. & idem Sal.in auc.ſi tamen.C.eo.tit.Ro.in rub.de arbi.col.xv.verſ.xiij. Maria.Sozi.ſen.in c.venerabilis.in xvj. artic.prin.in ij.membro.de iudi.

in se austeritatem, sed æquitatē maximam. l. j. in prin. ff. eo. c. suggestum. j. eo. Si ergo tale tēpus per pactū coarcteē, & restringatē, potius vr̄ pactū rigorosum. Et nullo modo ex tali pacto austeritas iuris mitigatē. & sic rō legis nō bene adaptatē. & ideo dicēdum est, ꝙ loquatur tex. de prorogatione. Ista ponderatio, cū qua trāseunt posteriores scribētes hic, licet prima facie vrgēs videatur. tū hoc modo euitari potest, quia si attēdatē quod iste dicit. ratio illa, q̄ ponderatur, respiceret dūtaxat illud pactū, ꝙ nullū fatale obseruetē, in quo austeritas iuris mitigatē. Sed quo ad aliud pactū ꝙ tollatē appellatio, de quo ibi dr̄, rō prædicta nō cōueniret. qm̄ si per actū tollatur appellatio, nō mitigatur austeritas iuris, immo tolleretē maxima equitas, & austeritas, ex tali pacto induceretur. l. j. in prin. ff. eo. titu. Hoc aūt vr̄ ꝯ illum tex. vbi rō cōis ponitur ad vtrūque pactum præcedens immediate. vt patet ibi, dum in numero plurali loquitē. & dicit, volumus pactis mitigari litigātium. ergo respicit duo pacta, de quibus loquitē. argu. l. vbi numerus. ff. de testib. Vnde aliter dicendum vr̄, † vt illa rō ad vtrūq; pactum adaptetur, ꝙ austeritas ibi nō distinguatē ab æquitate, sed ponatē simpliciter pro dispōne iuris scripti, sicut ēt rigor sæpenumero † ponitur ꝑ eo, quod est scriptū, & regulariter ordinatū à iure. nō aūt ad differētiā æquitatis. vt in c. si clericus laicū. de fo. cōpe. in cle. ij. de appel. & late declarat Abb. in c. super literis. col. j. s̄. de rescrip.[a] & dixi in c. si duobus. in fi. eo tit. Et hoc mō tūc de plano rō ibi posita ad vtrūq; pactū referē. quasi dicatur, simpliciter valēt pacta ꝯ dispōnem iuris. vt in l. j. §. si cōueniat. ff. depo. & sic cessaret impedimētum, quod faciūt Mod. per illū text. Prædicta responsio pōt disputatiue tolerari. Sed tū mihi plus placet, quod s̄. dictū est, videlicet ꝙ tex. in d. l. fi. loquatē de prorogatione. quia in dubio à proprietate verborū nō recediē. l. nō aliter. de lega. iij. cū vulg. † Et proprie verbū, austeritas, ponitē pro rigore, & ꝑ quadā seueritate. vt colligitē. xlv. dist. in c. recedite. & xxvj. q. vij. in c. alligantur. in fi. Et hoc ēt cōfirmatē ex verbo, mitigari, quod ibi ponitē. Ad quod facit tex. in l. i ipsius. C. fa. er. Nec reperitē iure cautū ꝙ verbū, austeritas, ponatē pro simplici dispōne iuris, præcipue si cū verbo, mitigari, cōiungatur, vt hic hr̄. ¶ Nō ob. rō illa allegata in ꝯrium, ꝙ ratio tex. ibi nō respiciat aliud pactū, per quod appellatio tollitē. quia q̄n relatio nō pōt fieri ad omnia ꝑcedētia, fit ad ea, quæ proxime dicta sunt. vt probatē in l. si idē cū eodē. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. Et hoc expsse colligitē ibi esse ex mēte literæ, dum inquit, in hoc casu volumus. Patet ergo ꝙ tm̄ loquitur de pacto illo, vt nullū fatale obseruetē, de quo proxime ibi dictū fuit. alias dixisset, in his casibus. Nec ob. ꝙ in plurali dicit de pactis, quia cōsiderando illud pactū in diuersis personis, vel in pluribus causis, erunt plura pacta. Et ꝙ ille text. loquatur de prorogatione tēporis, vlterius suadetē. Primo, ꝙ illa verba, vt nullū fatale obseruetē, gn̄alia sunt. & ita possunt intelligi, et verificari respectu prorogationis, sicut respectu restrictionis termini. ergo gn̄aliter in vtroq; casu intelligi debēt. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstā. xix. dictin. c. si Romanorū. & potius illa verba de prorogatione loquuntur, quia fatale nō obseruatur quando prorogatio fit, sed q̄n restringitē, vr̄ obseruari à fortiori. Secundo cōsidero, quia ex quo ibi deciditur, valeret pactū, ne in totū appellatio remoueatē, vana fuisset & superflua dubitatio de restrictione tēporis, sed de prorogatione bene cōuenit ibi dubitari, quia sicut valet pactum in fauorē illius, qui obtinuit vt tollatē appellatio, ita debet valere pactū in fauorē succūbētis, vt applo ꝓrogetē. arg. l. cū qui. ff. de iureiurā. & vt inter litigātes æqualitas seruetē. l. fi. C. de fru. & lit. expē. Tertio cōprobatē hoc efficaci rōne, quia licet iura abhorreatē lites, in primis tū volūt ꝙ oppressi ab iniquitate, vel imperitia iudicātis releuentē, vt patet in applōne, q̄ permittitē & in tēpore, quod cōceditur ad illā prosequēdam. l. j. in prin. ff. eo. tit. iuncto c. cum sit Romana. s̄. e. Et sic toleratē ꝙ potius lis hēat durare per annū, vel bienniū, & vlterius, vt in tex. nr̄o hic, q̄ ꝙ pars oppressa remoueatē ab appellatione. Vnde si valet pactū vt tollatē applo, rōne q̄ apud leges magis ponderatē, q̄ illa vtilitas publica, q̄ cōsiderari pōt eo respectu, vt remoueantur lites, vt s̄. dixi. ergo à fortiori valebit pactū vt tēpus applonis prorogetē. Et ad hoc bene facit text. in c. de causis. s̄. de offi. deleg. vbi tēpus appositū iudici delegato à superiore ad decisionē causæ de cōi partiū cōsensu prorogari pōt. Et loquitur ille tex. in cā principali. ergo idē dicēdū est in cā appellationis, in qua de maiori ꝑiudicio agitē. Et in terminis hoc ꝓbatē in d. clem. quādiu. Nō ob. ꝙ loquatur in suspēsione, nō aūt in prorogatione, quia talis dr̄ia nō vr̄ ꝓcedere, per ea, quæ s̄. dixi. Similiter nō ob. ꝙ loquatē de iure cano. quia idē erit de iure ciuili, ex quo leges expresse non ꝯdicūt, immo idē voluit d. l. fi. §. fin. C. de tēp. ap. Nō ob. alia iura alleg. in ꝯrium in d. l. nemo. & in d. cap. oblate. quia non loquūt q̄n consensus partiū interuenit, prout agitē hic. Et ex omnibus ꝑdictis ista opi. in puncto iuris verior vr̄. & illā ēt expresse firmauit Bal. in d. l. fi. §. fi. & idē Bal. in auc. ei q. col. ij. vers. quæro nunquid paries. C. de tēp. ap. & in tit. de pa. cōstan. in ver. hoc ꝙ vos. in fi. alias in verbo, in causis. Et idē expresse sentit Cald. in eo. tit. de ap. in cōs. iiij. an si iudex. in ij. col. dū impugnat prorogationē factā à procuratore in cā appell. ex eo ꝙ non habuit speciale mandatū. & ita s̄m eum, dominus & ipse ꝓcurator cū speciali mandato hoc facere potuisset. ¶ † Quartus casus in hac. j. q. cōsideratē, quādo est impedimētū ex parte appellati, in quo breuiter Abb. tenet ꝙ secundus annus cōcedatur, prout iura specialiter prouident in mā appellationis. c. cum sit Romana. s̄. eo. & ideo s̄m eum nō videtur habere locum quod dicitur in l. arbitrio iudicis. §. dolo cuius. ff. de dolo. Sed ista ratio Abb. bene procederet, si iura in materia appellationis loquerentur specialiter de impedimento appellati. sed loquūtē simpliciter, q̄n appellans impeditus fuit. & ideo dispositio d. l. arbitrio. §. dolo cuius, vr̄ esse magis specialis, & merito deberet attēdi, & ꝑualere. Vnde alia opi. ꝙ iste cōseruetur illesus, verior videtur, quā tenet Rota in xv. decis. item ꝙ fatalia. eo. titu. in nouis, & in decis. lxxix. not. ꝙ fatalia. eo. tit. in antiquis. quam etiam approbat Abb. hic. Nam tale impedimentum istius videtur, quando ex facto aduersarij causatur, merito conuenit ꝙ nulla ex parte appellans præiudicium patiatur. & ita primus annus non currat. Et hoc idē Bal. in auctē. ei qui. colum. j. C. de tempo. appel. Et ad hoc facit glo. not. in c. venerabilis. in glo. magna. in tertia lectura. s̄. de iudi. quæ not. dicit † ꝙ quando per cauillationes, & subterfugia aduersarij causa protelatur, instantia non currit.[b] & not. Bal. per illum text. in quarto not. in l. intra vtile. ff. de mino. dicens † ꝙ terminus legalis. non currit impedito propter factum aduersarij. & tradit Oldra. in consi. lxxiij. item damus. circa finem. & ad hoc ex bonus text. in l. ij. §. in omnibus. ff. de iudi. quem alleg. & in notabili casu tradit Are. in consi. cj. In causa Gregorij. in prin. & ideo not. dicit Barto. post Dyn. per illum text. in l. si cum ipse. ff. de excusa. tuto. † quòd si causa ex forma statuti debet terminari intra tres menses, & aduersarius petat dilationem, quæ sit vltra tres menses, ex eo ꝙ velit de remotis partibus testes producere.[c] Idemque tradunt Cy. Bal. & Saly. in l. fin. per illum text. circa fi. C. de adulte.[d] Vnde bene cōcludunt Domini de Rota in locis supra allegatis. † ꝙ si culpa appellati litigatur incidenter super atentatis. appellanti tempus non currit. secus si hoc proueniat ex culpa, appellantis. Et pro ista distinctione bene facit quod Barto. no. tradit in l. ij. §. non solum. ff. ad Tertu. Bald. in l. contra maiores. circa fin. C. de inoffi. testa. & Pau. de Cast. in consi. xxj. in causa desertionis. in fin. char. Facit quod no. Bar. in l. expressim. in v. col. vers. circa tertium. in fine. ff. eod. titu. & Bald. in l. qui testamento. circa fin. ff. de excu. tuto. cum similib. vt late prosequitur Cuma. in consi. xxxvj. Proponitē quòd A. iudex. & quod not. Domi. in c. cupientes. §. ꝙ si qer viginti. in glo. in verb. videtur. col. fi. de elec. in vj. Et in prædicta quæstione culpa appellati comprehenditur, quando appellatus succubuit. Secus si appellatus obtinuit: quia tunc ipse appellans videtur in culpa fuisse. & ideo si tempus occurrit, vt concludunt Domini de Rota in locis præallegatis. Quod tamen verum intelligitur, nisi appellans, qui succumbit, motus tamen fuisset ex iusta causa, & probabili ad litigandum. quia tunc not. videtur

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Rescrip. Vide Dec. in d. c. super literis. in iiij. not. & omnino Maria. Soz. sen. in d. c. si clericus laicum. in iiij. not. Deci. in c. si duobus. in fi. hoc tit. & adde tex. in l. si expssim. in prin. de app. in l. cū hic status. in prin. ff. de don. int. vi. & vx.

b ¶Syl. Ald. Non currit. Illam glo. dicit valde sing. ibi Mari. Soz. col. j. & vide Ale. in consi. xlij. In causa. col. iij. lib. iij. in consi. lxxj. Videretur. in prin. lib. v.

c Hi¶er. Gig. Producere. Vide do. Alex. in consi. xlij. inci. Redemptoris nostri. in iij. vol. & glo. & Doc. & præsertim per Maria. in c. cū venerabilis. de iudi. Pro resolutione istius argumenti dicere possumus ꝙ illa verba, nec vllum fatale. intelliguntur respectu primi, & secundi anni. Nec etiā obstat ꝙ sequitur, ꝙ vana fuisset dubitatio &c. nam dico ꝙ intelligendo illū tex. in restrictione termini vana, non esset dubitatio, quia tex. primo ponit ꝙ pactum vt non liceat allare, valet, hoc respicit appellationem interponēdam. sed aliud pactū respicit appellationem interpositā. ea propter probabiliter dubitari pōt, vtrū illud tēpus restringi posit, quia facilius impeditur quid fieri, q̄ factum tollatur. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel ali. iur. l. qui aūt. in prin. ff. de his quæ in frau. credi. Non ob. et ꝙ valeat pactum de non appellando, &c. quia dicere possumus ꝙ tale pactum valet, quia non est ꝯ vtilitatē publica, cū appellatio solū fauorem victi respiciat, qui suo fauori renūciare potest. l. pen. C. de pact. sed pactum, quod protegat tempus prosequendæ appellationis, est contra vtilitatem publicam. nam per ipsum libellus longiori tempore durabit. ergo non deberet valere. iuxta tex. in l. ius publicum. ff. de pactis. Possent multa alia adduci pro saluanda communi opin. quæ alias dicebam defensando eam. sed ea omnia breuitatis causa omitto.

d ¶Syl. Ald. De adulte. Adde Alexan. in consi. lxxj. lib. v. Ias. in consi. xxxv. In quæstione. in secundo dubio. lib. j.

videtur ꝙ tẽpus currere debeat. Nam ſicut victus excuſatur ab expenſis, vt in l. qui ſolidum. §. ẽt. ff. de le. ij. in §. oportet. in auc. de iudi. ita debet ipſe excuſari, vt tẽpus ſibi non currat. pro quo bñ facit quod no. Io. and. in c. j. §. fi. de elec. in vj. in nouel. 43 † vbi inquit ꝙ iuſta cã litigandi nõ ſolum excuſat ab expẽſis, ſed ẽt ab omni pœna iuris & canonis. Et ſequitur Bal. in l. properãdum. §. ſin aũt alterutra. in prin. C. de iudi. & Bal. in auc. generaliter. in v. oppo. C. de epi. & cle. Et in propoſito huius qõnis tradit Bal. in l. ꝯ maiorẽ. C. de inof. teſt. circa fin. ¶ 44 † Quintus & vltimus caſus eſt, qñ impedimẽtum ex facto tertij contingit. quo caſu agitur ꝯ tertiũ, ſi ſoluendo ſit, vt per do. Abb. hic, poſt glo. & alios. 45 † Et dr̃ nõ eſſe ſoluendo, ſm̃ Bal. hic, in j. col. ſi non habet bona in territorio, vel ibi prope. allegat glo. no. in l. fi. C. de prin. agen. in re. lib. xij. & idẽ Bal. in l. fi. §. j. ver. ſed pone ſcholaris. ff. ſi cer. pet. & in l. ſciendum. ver. extra gl. ff. qui ſatiſ. co. ¶ 46 † Sed principaliter poſt d. Abb. quæritur, an impedito in ſecũdo anno, prout text. hic loquitur, aliud tẽpus ipſo iure concedat̃, vel mediante reſtitutione in integr. Et do. Abb. poſt alios concludit ꝙ reſtitutio in integr. neceſſaria ſit. per tex. hic, in ver. nolumus. ſecundo, quia poſt lapſum biennij, ſentẽtia trãſit in rẽ iud. auc. ei qui. C. de tẽpo. app. vbi in fi. dicitur ꝙ ſecundo anno trãſacto, ſnĩa firma remanet, & idẽ probatur in l. fi. §. illud. in ver. niſi. eo. tit. Si ergo tranſit in rẽ iud. vt præiudiciũ illatũ remoueatur, neceſſaria vr̃ reſti.[a] in inte. & ſequunt̃ omnes Moder. hic, qui dicunt ꝙ eo modo induci põt text. in c. cũ ſit Romana. ſ. eo. & in §. j. in auc. de his qui ingre. & iſta eſt cõis opi. quã tenẽt Inno. Io. and. But. & Imol. hic. glo. Bart. & cõiter Doct. in d. auctẽ. ei qui. ¶ Sed licet ita tenẽdum ſit, tñ diſputationis gratia ꝯrium attẽtari põt, videlicet ꝙ ipſo iure poſt biẽnium à lege tp̃s tribuat̃ abſq; alia reſtõne iudicis. ita vr̃ probari in §. hoc quoque ſancimus. in auc. vt ſpõ. largi. vbi tex. in ſecundo fatali[b] cõiter intelligitur, licet ẽt in primo fatali intelligi poſſit, vt ſ. dixi. & ibi dr̃ ꝙ nullum penitus inferat̃ p̃iudicium, qñ impedimentum appellanti occurrit. ergo ipſo iure ẽt poſt biẽnium vr̃ data facultas ꝓſequendi appellationẽ. quia verbũ, tempus, ipſo iure intelligit̃. c. fi. ad fi. vbi Abb. j. de pœn. ſ. dictum fuit. Et quia tex. dicit, nullum p̃iudicium. nã ſi deberet reſtitutio impetrari, eẽt aliquod p̃iudicium in lite, & expenſis. arg. l. minoribus xxv. annis. ff. de mino. facit ẽt tex. hic, ibi, nolumus præiudiciũ generari. Non ob. q̃ ſ. pro cõi opi. inducunt̃. & primo tex. hic, in ver. nolumus. quia ſ. rñſum fuit in notabilib. Secundo non ob. iura, quæ dicunt ſnĩam poſt biẽnium tranſire in rem iudi. in quibus potiſſimũ fundamẽtum vr̃ conſiſtere, quia pro rñſione cõſiderãdum eſt, ꝙ iõ in illis iurib. ſentẽtia elapſo biẽnio tranſit in rẽ iudi. quia nõ erat facta prouiſio, vt elapſo biẽnio aliud tẽpus cõcederet̃. Sed in tex. noſtro hic, de nouo inducit̃, ꝙ ꝑ impedimẽtum, quod in ſecũdo anno occurrit, aliud tẽpus detur. Vnde in terminis huius decretalis per curſum biennij, licet appellatio expedita nõ ſit, ſentẽtia nõ tranſiret in rẽ iudi. quia terminus biennij nõ dr̃ fatalis, ex quo aliud tẽpus ſubordinat̃. vt no. Bal. per illũ tex. in l. ij. in prin. in ij. not. C. de tẽp. app. vbi dicit, ꝙ qñ vnus tm̃ terminus p̃figitur, eſt fatalis. 47 † ſed qñ ſucceſſiue lex prouidet de pluribus terminis, mora purgari põt, & tñ terminus vltimus fatalis dr̃. & ideo in ꝓpoſito terminus biẽnij fatalis non vr̃, & ſic per curſum illius nõ trãſit ſnĩa in rẽ iudi. & ita tollitur fundamẽtũ Doc. hic. Cõfirmatur hoc, & latius ſic demonſtratur per tex. in d. l. fi. §. illud. in prin. dũ loquit̃ de primo anno, & dicit ꝙ elapſo primo anno, ſnĩa trãſit in rẽ iudi. niſi probetur ꝙ in primo anno impeditus fuerit. quia tũc probato impedimẽto, cõceditur ſecundus annus, vt ibi expreſſe dr̃ in ver. niſi. Ex quo ergo ibi per illum tex. propter impedimẽtum primi anni datur ſecundus annus, tollitur, & impeditur, ne ſnĩa tranſeat in rem iudic. ex curſu primi anni, prout ſ. dicebatur ibi, ꝙ trãſibat. ita pari ratione in propoſito dicendum eſt, ꝙ licet per iura antiqua elapſo biẽnio ſententia tranſiret in rem iudic. vt in iurib. ſ. alleg. per Doct. hoc tñ ex quo vltra biennium tempus de nouo conceditur, vt hic habetur, impediri debet ſentẽtia, ne ex curſu biennij tranſeat in rem iudic. probato. ſ. impedimẽto in ſecundo anno, ſicut in d. §. illud. dr̃ de ſecundo anno reſpectu primi, & ſicut ſecundus annus datur ipſo iure impedito in primo, vt omnes fatentur. per c. cũ ſit Roma. ſ. eo. ita pari rõne ipſo iure impedito, in ſecũdo anno vr̃ datũ tp̃s immediate à lege, abſque reſtõne in integ. per ſ. dicta. Et hoc ẽt probatur, quia impeditus in ſecundo anno ante iſtã decretalem vtiq; habuiſſet reſtõnẽ in integr. ex clauſula illa gñali. Si qua mihi iuſta cã. vt gl. concludit, & cõiter Doct. ibi ſequunt̃ in auc. ei qui. C. de tẽpo. app. Cũ ergo per iſtum tex. de nouo impedito in ſecũdo anno, aliud tẽpus vltra biennium conceditur, intelligit̃ hoc ipſo iure, vt aliquid noui inducatur, prout eſt mens ſummi pontificis hic, in ver. nolumus. Et licet tempus vltra biennium hic nõ ſit determinatũ, tñ idem viddtur in iſto caſu, quantũ ad hoc vt ſimpliciter cõpetat tẽpus proſequẽdi appellationẽ. & ita ĩpedit̃ ne ſnĩa tranſeat in rẽ iudi. ¶ 48 † Retenta tñ cõi[c] concluſione ꝙ impedito in ſecundo anno ex beneficio reſtitutionis in integrum, vlterius tẽpus ad proſequẽdum appellationẽ tribuatur.[d] Doc. cõiter cõcludunt ꝙ non det̃ tertius annus, ſed tantum tempus dũtaxat reſtituatur, quantum impedimẽtum abſtulit, prout eſt natura reſtitutionis. cle. vnica. in fi. de in integ. reſti. & ita abb. poſt alios hic cõcludit. Glo. vero in c. cum ſit Romana. ſ. eo. videtur velle, ꝙ propter impedimentum ſecundi anni detur tertius annus. ſed probabiliter dici põt, ꝙ media via eligatur, videlicet vt tantum tempus cõcedat̃, quãtum neceſſarium ſit ad expediendam cauſam appellationis, per text. hic, ibi, nolumus iuſtitię videre præiudicium generari. Non ergo datur tertius annus, ſed tãtum tempus, vt iuſtitia locum habere poſſit, & ſic ꝙ cã appellationis proſequi & finiri poſſit. Non ob. ꝙ Doc. dicunt, ꝙ tãtum tempus reſtituatur, quãtum impedimẽtum fuit, quia cõſideratur illud in reſtõne in integ. quę impetratur à iudice. ſecus qñ tẽpus cõcedit̃ à lege, prout in caſu nr̃o vr̃, per ea quæ ſ. dixi. Nam tũc commẽſuratur tempus reſpectu impedimẽti, vt per glo. in c. ſi electio. in ver. fraudulenter. de elec. in vj. cum ſi. ¶ Tertiam. q. princi. abb. proſequit̃, 49 † videlicet an terminus qui à iudice præfigitur, dato impedimẽto, debeat duplicari. Gratia exempli, ſi datus fuit menſis appellanti ad ſe præſentãdum, an habebit ſecũdum mẽſem, ſi in primo impediat̃. Inno. & cõiter Doc. tenẽt ꝙ ſic, ad ſimilitudinem termini iuris, qui duplicat̃, vt in c. cum ſit Roma. ſ. eo. quia terminus præfixus à iudice, ſurrogat̃[e] in locum termini iuris. ergo debet ſecũdum nãm illius regulari. arg. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Ipſe tñ d. abb. diſputatiue ꝯrium tenet. Mouetur duplici ratione. Prima eſt, quia terminus ad ſe præſentãdum. eſt quædam citatio. & nã citationis factę, ad certum terminum eſt, vt ſi compareat in termino, debeat comparere poſt terminum q̃ citius potetit. vt in c. cum dilecti. ſ. de dol. & contu. ergo terminus nõ duplicatur. Secũda ratio eſt, quia terminus p̃fixus à iudice, nõ reſpicit finem appellationis. c. ex inſinuatione. j. eo. tãtum enim ad proſequẽdũ appellationem cõſtitui poteſt. annus vero, qui datur à iure, ẽt finem appellationis includit. clem. ſicut. eo. ti. ergo nõ videtur æquiparari, cum de maiori præiudicio agat̃ in termino iuris, q̃ in termino hominis. Peruſi. hic dicit nõ ꝓcedere ſimilitudinem, quam abb. facit de termino hominis ad citationẽ. quia ſi terminus hominis nõ ſeruet̃, appellatio deſerta intelligitur. vt in c. perſonas. ſ. eo. & ita cauſam amittit. nõ ſic in citatione, in qua ſi citatus nõ comparuit, punitur quidem contumacia. ſed tamen per hoc, iure ſuo nõ priuatur. ¶ Ab iſta ratione opinio do. abb. defendi põt, quia licet eo reſpectu, quo iſte dicit, æquiparatio nõ ꝓcedat, non tamẽ tollit̃ quin habeat locum ſimilitudo in alijs caſib. in quib' verificari poteſt. c. indemnitatibus. §. pe. de ele. in vj. & in l. j. §. lex falcidia. & quod ibi Bar. ff. ad legem falci. Et do. abb. ſequunt̃ alij poſteriores ſcribentes hic. Primo, quia mitius agitur cum lege, q̃ cum homine. l. Celſus. ff. de arbit. Vnde non mirum, ſi terminus iuris duplicetur, non ſic in termino hominis. Secundo, quia prouiſio hominis tollit prouiſionem legis. l. fi. C. de pac. conuen. ideo terminus hominis non debet regulari ſecũdum diſpoſitionem iuris, à qua recedunt. ad hoc bene facit no. dictum Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. col. viij. verſ. vlterius quæritur. vbi

ADDITIONES.

a ¶Hye. Gig. Reſtitutio. Vide omnino pulchre per do. Fran. de Curte, in conſil. ſuo xxiiij. incip. ſuper eo, quod à me. in pen. col.

b ¶Hie. Gig. In ſecundo fatali. Defendendo communem opin. poteſt dici, ꝙ text. in d. §. hoc quoque ſancimus. intelligitur in primo anno. vt intelligit Abbas in prima quæſtione hic. quæ quidem intelligentia probatur ratione. nam in dubio verba intelligi debent de primo actu, non autem de ſecundo. iuxta text. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſi. Nec ob. ẽt cõi opi. text. hic, vt inquit Deci. Nam pro reſponſione dico, ꝙ hic in tex. noſtro pontifex reſpõdet conſultationi propoſitæ. verum cũ pontifex reſpondet propoſitæ conſultationi, nihil noui diſponit. ſed ius antiquum aperit, & declarat. glo. eſt not. in c. fi. de verb. ſig. in vj. & in c. conſultatio. de tempo. ordina. in ver. poteris.

c ¶Communi. Vide Panor. in conſ. cccxxxiij. in fin. lib. j.

d ¶Sy. Ald. Tribuatur. Vide in propoſito Corn. in conſ. xliij. col. iij. lib. iij.

e Hie. Gig. Surrogatur. Adde ꝙ iſta ratio in qua fundatur cõis opi. non procedit, quia per ius cõe non ſtatuitur aliquod tempus appellanti ad præſentandum ſe. ergo nulla cadere poteſt ſurrogatio non entis, nullę ſunt partes. l. ij. ff. de vſufr. ea. rer. quæ vſu conſu. verũ quia dici poſſet, ꝙ ideo eſt ſurrogatio, quia elapſo termino iudicis ſententia tranſit in rem iudica. ſicut elapſo termino iuris. vt in c. perſonas. ſ. eo. reſponderi poteſt, ꝙ non per hoc fit ſurrogatio. & ratio, quia lapſus decennij dati ad appellandum, ſi non appelletur, facit ſententiam tranſire in rem iudica. & tamen illud tempus nõ ſurrogatur loco temporis dati ad appellationem proſequendam. ergo non eſt dicendum ꝙ ex quo idem effectus ſequitur, ſit facta ſurrogatio. Et ex his iſta ratio, qua fundatur communis opi. non videtur vera. licet iſta communis opi. in ſe vera ſit.

vbi in notabili quæstione cõcludit,† ꝙ quando statutum recedit à iure cõi, tunc nõ regulatur ſm ius cõmune. Tertio, nam si in citatione in qua agitur de minore præiudicio, intelligitur ꝙ citatus cõpareat post terminum q̃ primum potest, d.c. cum dilecti, à fortiori idem dicendũ est in tali termino hominis, in quo de maiori præiudicio tractatur. Ita argumentantur, & resident nouissimi scribentes hic. Sed tñ omnibus prædictis rationibus responderi potest, & in puncto iuris, ẽt verior vr̃ cõmunis opinio, pro qua facit. quia nõ solũ terminus anni, qui daĩ ad prosequendũ appel. duplicatur, vt in d.c. cum sit Romana. §. eo. Sed ẽt vbi datur terminus ad cõparẽdum in causa magni ponderis, ꝑꝑ impedimentũ terminus duplicatur, & alter mensis conceditur, vt in c. quisquis. iiij. q. v. Idem ergo dicamus in termino hominis. Nã cũ terminus iuris restringatur per terminũ, qui præfigitur ab homine. c. cum sit Romana. §. eo. in c. oblatæ. j. eo. & ita inferatur præiudiciũ parti appellãti, in dubio debet interpretatio fieri, vt minus præiudicetur, arg. c. super eo. §. de offi. dele. & in l. ij. §. si quis à princ pe. ff. ne quid in loco pub. vnde saltem illud tempus coarctatum debet duplicari. Confirmatur hoc, quia per lapsum termini præfixi ab homine, deserta appellatio intelligitur. c. personas. §. eo. & hoc ꝯ ipsum appellantem constituitur virtute surrogationis. ergo etiã videĩ facta surrogatio respectu qualitatis fauorabilis ipsi appellanti, vt tempus duplicetur, arg. l. ſm naturã. ff. de reg. iu. & in l. cũ qui. ff. de iureiu. ¶ Nõ ob. allegata in ꝯrium, & primo quod Abb. dicit de citatione. Nam respõderi potest ꝙ illud verum sit regulariter. sed in materia appellationis, de qua agitur, hoc non procedit, quia ista nõ dicitur citatio simpliciter, sed qualificata. Et in ista materia appellationis iura vltra procedunt, & prouident ꝙ propter impedimentum debeat tẽpus duplicari, d.c. cum sit Romana. §. eo. Non ob. ꝙ terminus hominis non constituatur ad finiẽdum appellationẽ, sicut terminus iuris, quia verum est ꝙ isto respectu æquiparatio nõ ꝓcedit, cum iudex à quo non possit superiori legem imponere. c. ex insinuatione. j. eo. sed ꝑ hoc nõ tollitur quin æquiparatio habeat locum in alijs, vbi nihil repugnãt, & materia ꝓportionabilis est, vt in c. ꝑsonas. §. eo. Bene facit tex. in c. indẽnitatibus. §. pe. de elect. in vj. & in l. j. §. lex Falcidia. & qđ ibi Bar. ff. ad leg. Falc. & quod no. Pau. de Ca. consi. xxix. licet ista

51 dña Lysa. col. fi. vbi† concludit ꝙ surrogatum assumit naturã eius, in cuius locum surrogatur, in omnibus, in quibus expresse contrarium non reperitur. Non obst. ꝙ mitius agatur cum lege vt §. dicebatur, quia ratio ista bene conueniret, data differentia inter terminum hominis, & iuris. sed nos dicimus ꝙ à pari procedũt quantum ad hoc, vt in simili dicitur in d.c. personas, & per rationes quas supra induxi. Non ob. ꝙ recedatur à ꝓuisione legis, q̃n terminus ab homine præfigitur, quia illud verum est respectu tẽporis. de quo constat. sed in alijs qualitatibus imitatur naturam termini iuris. vt patet in d.c. personas, & ex rationibus supradictis. Ad quod etiã facit, quia in dubio interpretatio fit, vt minus recedatur à iure communi, q̃ fieri possit cap. cum dilectus. §. de consue. l. si quando. C. de inoffi. test. Nõ ob. dictum Bal. in d. l. maximum vitiũ, quia illud reprobatur, vt late prosequitur Alex. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberan. Vltimo non obst. ꝙ agatur de maiori præiudicio in ista appellatione, q̃ in citatione simplici, quia rõ ista in ꝯrium facit. Nam cum agatur de maiori præiudicio, debet dari maius tempus, & sic tempus debet multiplicari, vt cautum est in materia appellationis. ¶

52 † Retenta igiĩ cõclusione cõmuni ꝙ terminus hominis duplicetur propter impedimentũ, vr̃ vt debeat declarari, ꝙ habeat locũ in prima vice duntaxat. Nã si postea ẽt in termino duplicato impedimentum occurrat, nõ vr̃ ꝙ iterũ tps duplicetur, & hoc ad similitudinẽ termini iuris, in quo primus annus dũtaxat duplicaĩ, c. cum sit Romana. §. eo. Secũdus vero annus nõ duplicatur, quia ꝑꝑ impedimentum secundi anni, tertius annus non datur, per istum text. hic, & §. declaratũ fuit. ¶

53 † Quarto principaliter queriĩ, qualiter impedimẽtum probeĩ d. Abb. post alios, quos ipse refert, cõcludit ꝙ nõ[a] sufficit iuramẽtum in probando impedimentũ, ad hoc vt secũdus annus cõcedaĩ, quia agiĩ de graui præiudicio, sed arbitrio iudicis hoc relinquitur. Et cum ista conclusione cõcordãt Pet. de Anc. & Domi. ĩ c. cupiẽtes. §. insuper. de elec. in vj. vbi allegãt tex. in l. fi. §. illud. C. de tẽp. ap. ibi, euidẽtissimis ꝓbõnibus. & idẽ Bal. in l. scire oportet ĩ §. sufficit. ff. de excu. tut. vbi inquit post Iac. de Are. ꝙ aliter q̃ per iurm̃ debeat impedimẽtũ probari. Et hoc totũ arbitrio iudicis cõmittiĩ, cõsiderata qualitate rei, & personæ,[b] vt ꝑ Bar. & late tradit Alex. qui plura adducit. & ita cõclu

54 dit in l. ij. §. qđ diximus. ff. si q̃s cau. † Vñ poterit iudex arbitrari ꝙ iurm̃[c] sufficiat ĩ causa remota, vt dicit Io. And. quẽ Abb. refert, & sequiĩ Car. in cle. sicut. in iiij. q. eo. ti. Sic ẽt vbi ageret de leui præiudicio, debet arbitrari ꝙ iuramẽtũ sufficiat.[d] Et ħ casu intelligitur Fed. in cõsi. cxiiij. super pũcto cõmisso. & secũdũ ꝑdicta cõsuluit Io. de ana. in consi. j. circa modũ. in ij. col. Et cũ ꝑdictis consonat ꝙ

55 Bald. dicit in cõsi. cxix. super facto. in ij. lib. † vbi dicit impedimentum probari ex coniecturis. l. nõ omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. Et ad tex. in d. l. fin. vbi probationes euidentissime requiruntur, potest dici ꝙ in casibus, in quibus iuramentum sufficeret, proba

56 tio † etiam euidens diceretur ex iuramento, vt dicit Peru. hic. per glo. in c. pastoralis. de excep. sed melior gl. est in c. statutum. §. cũ vero. in verbo, proprio iuramento de rescrip. in vj. quæ voluit ꝙ iuramentum dicatur legitima probatio. de quo me remitto ad ea,

57 quæ late scripsi, in rubr. §. de ꝓba. in col. xvij. † Quinto principaliter ſm do. Abb. quæritur, an quodlibet impedimentum sufficiat

58 ad hoc vt secundus annus cõcedaĩ. † Et primo concludit ꝙ si in prima ꝑte anni impedimentum fuit, in secunda cessauit, & tñ tpis superfuit q̃ causam expediri potuisset, tali casu non datur secũdus annus. Et in ħ reprehẽdit Bar. q̃ aliter voluit in auct. si appellatione. C. de tẽp. ap. vbi inquit ꝙ si tñ ĩpedimẽtũ fuit ĩ primo anno, ꝙ cã expediri potuisset, dabiĩ secũdus annus cũ ad ꝓsecutionẽ appłonis terminus mẽsis erit sufficiẽs. Ex quo inferĩ ꝙ si impeditus fuit in primo mẽse, daĩ secũdus annus, licet negligẽs fuerit in alijs. xj. mensibus, qđ q̃dẽ absurdũ est, ſm d. Abb. ħ. Et vr̃ cõtra tex. in c. cũ sit Romana. §. e. & idẽ tenẽt Butri. & Imo. & sequũtur oẽs Mod. ħ. Et prædictã cõclusionẽ late vltra alios in terminis probat Ang. in consi. cccix. in proposita quæstione. vbi ad hoc allegat Iac. de Bel. in auc. de his, qui ingre. ad app. & Cyn. in d. auct. ei qui. C. de temp. ap. & dicit hanc opinio. esse veram, sicut Euangelium. Et pro ea potissime inducit text. in d. c. cum sit Romana. vbi ad hoc vt secundus annus concedatur, debet esse causa euidens, & necessaria. Vnde si post impedimentum, qđ cessauit, causam expedire potuit, & noluit, nulla est necessitas ꝙ secundus annus concedatur. Ad idem allegat tex. in §. j. in d. auct. de his, qui ingre. ad ap. vbi requiritur causa ineuitabilis, vt secundus annus detur. Ad idem etiam allegat text. in d. l. fi. §. illud. C. de temp. ap. vbi ille q̃ appellauit, in primo anno summopere niti debet, vt causa expediatur, & sic datur secundus annus, quando per eum nõ stetit. Si ergo post impedimentum habuit tps, & noluit causam expedire, sibi imputatur, Ad qđ ẽt facit ſm Doc. hoc, quia licet in prima ꝑte anni, ꝓpter impedimentum excusatus fuerit, tamen si postea habuit tps, & negligens fuit, vltima mora attenditur. il lud. ff. de peri. & commo. rei vẽ. Et his rationibus hoc idem probat, & sequitur Sal. in d. auc. ei qui. in ver. & iuxta hoc quæro. Et licet ista videatur cõmunis opi. dictum tñ Bar. saluari põt, & defendi, prout ipse loquitur. Nam Bart. dicit ꝙ si tanto tꝑe durauit impedimentũ, ꝙ causa appłonis potuisset expediri, debetur secundus annus, dũmodo iste, q̃ appellauit oñdat, & probet, ꝙ nisi ĩpedimẽtũ fuisset, ĩ illo tꝑe ĩpedimẽti cãm fuisset ꝓsecut⁹. l. qui cõmeat⁹. ff. de re mili. quã Bar. adducit. Et idẽ dđm vr̃, licet tãto tẽpore nõ durauerit ĩpedimẽtũ, ꝙ cã potuisset ex toto expediri dũ mõ cã expedita fuisset, nisi impedimẽtũ occurrisset, q̃ eadẽ rõ esse vr̃, in istis. n. terminis vera videĩ, & placet opi. Bart. quia cum à iure

ADDITIONES.

a ¶Quod non. Vide Philip. Franc. c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de elec. in vj. Ias. in l. j. ff. de off. eius cui manda. est iurisdi.

b ¶Hier. Gig. Personæ. Adde ꝙ videtur ꝙ nullo casu iuramentum sufficit ad probãdum impedimentum, quia tex. in d. l. fi. §. illud. C. de temp. ap. requirit ad probãdum impedimentum euidentissimas probationes, inter quas non est iuramentum. vt late tradũt scribentes in rub. de proba. §. & in l. admonendi. ff. de iureiu. Nec est verum. qđ dicit Peru. hic, ꝙ probatio per iuramentum fit sicut illa probatio quæ elicitur ex iuris præsumptione per not. per Bal. in l. j. C. de fideicom. lib. col. iij. in ver. quæro quid si statutum. vbi voluit ꝙ quando à lege, vel statuto requiritur probatio instrumentalis, sufficeret iuris præsumptio, tamen iuramentum non. Præterea præsumptiones iuris sunt liquidissime, & apertissime ꝓbationes, vt not. & pobat Deci. §. in rub. de proba. in xviij. col. ver. secunda conclusio. & tamen iuramentum non est neque liquidissima probatio, vt probatur per eundem Deci. in rub. in xvj. col. ver. secundo limitatur. præterea, comprobatur ista opi. Nam asserenti causam subesse nõ statur, etiam si iuret. ita voluit Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de le. iij. Præterea verbum, euidentissima, exigit notoriam probationem, quando ponitur pro eo quod asseritur affirmatiue, ita voluit Bar. in l. si constante, col. iij. ff. sol. ma. sed tex. in d. l. fi. §. illud. exigit euidentissimas probationes ergo iuramentum non sufficiet. immo plus dico, ꝙ in casu nostro, etiam ꝙ impedimentum probetur per vnum testem non erit deferendum iuramentum in defectum. & ita reperio tenuisse do. Ias. in l. admonendi. in repeti. col. cij. in ver. secundo infertur. ff. de iureiu. si tamen sequimur opinionem. eam limitare debemus, vt non procedat in eo, qui semel fuit periurus. quia eius iuramento amplius non est credendum. tex. est ad hoc singularis in c. paruuli. xxij. ¶. v.

c ¶Syl. Ald. Iuramentum. Dic. tamen ꝙ licet iuramentum admittatur, potest contrarium probari. Inn. in c. quia propter. de elec & ibi Io. And. Imo. & Anto. de Bu. Imo. in l. qđ iussit. in ij. col. ff. de re iud.

d ¶Sufficiat. Vnde Gui. Pape decisi. Delphi. lxiiij. Ias. in l. qđ diximus. si quis cau.

à iure simpliciter detur annus ad prosequendũ appellationẽ, si appellatio põt in vno mẽse expediri, vt no. Bar. dicit, in ptãte ipsius appellantis fuit eligere mensem, quẽ ipse voluit, quia cũ tẽpus ad aliquid faciendũ cõcedit̃, totũ illud tẽpus trahit̃ ad arbitrium & voluntatẽ ipsius debitoris. §. oẽs. ver. id aũt. instit. de ver. obli. Si ergo ex parte appellãtis probetur ꝙ in tẽpore impedimenti fuisset appellationẽ prosecutus. prout Bar. loquitur, & in facultate sua erat tẽpus eligere in qualibet parte anni, debebit habere secundũ annũ, propter impedimentũ, prout iura simpl'r dicunt, quia impeditus fuit in primo anno. d. c. cũ sit Ro. & d. auc. ei qui. Nõ ob. quæ in ɔ̃rium adducũtur, quia pro rñsione diligenter cõsiderandũ est, ꝙ iura q̃ cõsiderant ineuitabilẽ cãm, vel necessariã occurrentẽ in primo anno, non dñr hr̃e respectũ ad appellãtẽ, ita ꝙ cã necessaria fuerit, ꝙ appellãs nõ habuerit tẽpus, & facultatẽ expediẽdi appellationẽ. Et probat̃ hoc, quia ex quo iura simpl'r cõcedũt annũ, ergo nõ vñr cõsiderare p̃cise facultatẽ prosequendi, & finiendi cãm appellationis, cũ appellatio in vno mense s'm Bar. expediri possit. ¶ Et patet ex eo, ꝙ in casu ecõtra oẽs Doct. dicũt, videlicet ꝙ si in secunda parte anni fuit impeditus, hẽbit tñ annũ, licet ĩ prin. anni nullũ habuerit impedimẽtũ. & sic causa nõ fuit necessaria, cũ habuerit facultatẽ prosequẽdi appl'onẽ in prima parte anni. Sed iura p̃dicta q̃ s̃. inducunt̃, potius respiciunt, & cõsiderãt qualitatẽ impedimenti, quia si impedimentũ fuisset leue, & potuisset remoueri, nõ esset iustũ impedimentũ. Causa ergo impedimẽti, quæ allegatur, dẽt esse necessaria, & ineuitabilis, hoc est, dẽt eẽ tale impedimẽtũ, ꝙ nullo mõ potuerit remoueri. Sic loquit̃ test. in d. c. cũ sit Roma. & in d. §. j. in auc. de his q̃ ingre. de appel. Sic ẽt intelligit̃ tex. in d. l. fin. §. illud. dũ inquit ꝙ appellans summa ope niti debet, hoc intelligit̃, quãtum ad hoc vt impedimẽtũ remoueat̃, quia qñ impeditus impedimentũ, remouere põt, & nõ facit, nõ excusat̃. c. fin. s̃. de elec. l. quibus diebus. in prin. vbi Bal. ff. de cõdi. & demõ. cũ si. vt dixi in c. cum sit Roma. in ij. no. Vltimo nõ ob. ꝙ vltima mora noceat, vt Doc. hic dicunt, quia in appellante nulla mora cõsiderari põt, ex quo habebat totũ annũ pro libito voluntatis suæ, & ipse elegit illud tẽpus in quo impedimentũ occurrit. Et hoc quidem facere potuit, per s̃. dicta. ¶ Secundo Abb. in proposita qõne concludit ꝙ qñ in secunda parte anni impedimentũ occurrit, & tanto tẽpore durauit, quòd causa potuisset expediri, dabitur secundus annus.[a] Et ita omnes tenent. Et ista cõclusio iustificatur ex his, q̃ s̃. dixi, quia totum tẽpus est in arbitrio appellantis Limitat̃ tamẽ prædicta conclusio per do. Ant. hic, nisi iste appellãs se nimis restringeret, scilicet ad tẽpus 59 † quod præcise esset necessarium ad expeditionẽ causæ appellationis, ita ꝙ ex minimo impedimẽto causa nõ posset expediri. Nã tũc videtur esse in culpa. vt in simili not. in l. ij. ff. si quis cau. Peru. hic hoc dictum nõ sequitur, quia secundum eum non sufficit ꝙ tantũ tẽpus supersit, ꝙ causa potuerit expediri, nunc debet esse in consideratione impedimentum extraordinarium, quod potest contingere. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obl. Et placet ista opi. quia rigorosum esse videt̃ ꝙ Abb. dicit, ꝙ iste nõ habeat s'm annũ ex eo ꝙ se arctauit, vt habetur in d. l. ij. ff. si quis cau. Nam ibi tm̃ agitur de præiudicio cõtumaciæ, merito illa culpa cõsiderat̃. Sed in qõne nostra tractat̃ de præiudicio causæ, quia si nõ habebit secundum annum, transibit sentẽtia in rem iudi. & pro tali culpa nõ cõuenit ꝙ iure suo priuet̃, per ea, quæ hñr in l. j. ff. si quis ius di. nõ obtẽp. Sufficit. n. ꝙ verũ est dicere, cãm expeditã non fuisse propter impedimẽtũ. ergo debet dari secundus annus. d. c. cũ sit Roma. s̃. eo. Et ex hoc infert̃ ꝙ nõ reqrit̃ vt tm̃ sit impedimẽtũ, ꝙ cã expediri potuisset, sed satis est ꝙ cã nõ sit expedita p̱p̱ impedimentũ, vt s̃. dixi. Et ideo conclusio s̃. indistincte procedit qñ tantum tempus superfuit, ꝙ cã potuisset expediri. Si vero paruum adeo sit impedimentum ꝙ absq; eo ẽt causa non posset finiri, secundus annus non datur, vt fatent̃ oẽs hic. 60 † Et hoc verũ intelligitur, nisi paruũ illud impedimentum absorberet diligentiã præteriti tẽporis, & inferret præiudicium pro toto tẽpore, vt quia in die vltimo anni expectabat̃ sñia solũ, & impedimentũ superuenit. Nam pro tali modico impedimento dabitur secundus annus. glo. not. quæ ita procedit in c. si electio. de elect. lib. vj. quam doct. hic sequuntur, & idem Ang. in auc. ei qui. C. de tẽpo. app. & in l. & ideo hesitat̃. ff. de ver. ob. vbi dicit se ita Senis consuluisse. & no. Pau. de Cast. in cons. xxv. super primo. in pen. col. & pro ista conclusione bene facit tex. in l. ij. ff. de annu. lega. Et in casibus supradictis datur secũdus annus simpliciter. & restitutio pro tẽpore impedimẽti nõ cõmensuratur, quia tẽpus datur immediate à lege: Secus in restitutione hominis, vt concludit in d. c. si electio. Bal. & Saly. in d. auc. ei qui. Ange. & Pau. de Cast. in locis proxi. alle. 61 ¶ † Tertio, & vltimo in hac v. q. princ. Abb. concludit ꝙ non sufficit, si impedimentum allegetur simpliciter. sed pro parte appellantis probari debet de diligentia eius.[b] ita vt appareat ꝙ ipse cãm appellationis prosecutus fuisset, si impedimentum non occurrisset. Et pro ista conclusione est tex. not. quẽ ibi no. Bar. in l. qui cõmeatus.[c] ff. de re mili. Et per illũ tex. idẽ Bar. dicit in l. præses. C. eo. tit. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cau. cũ concor. vt ibi Alex. in cons. xlix. inspectis, & ponderatis. lib. ij. Sed contra istam conclu. primo tenet Fulg. in d. l. ij. §. quod diximus. per tex. not. in l. fi. §. j. ff. ad legẽ Rho. de iac. 62 † vbi nauta qui transtulit merces in nauẽ deteriorem contra voluntatẽ domini, nõ tenetur si vtraq; nauis perijt. Et ita patet ꝙ nauta excusatur propter casum superuenientẽ, licet culpa eius præcesserit. Alex. in d. l. ij. §. quod diximus. conatur respõdere, & dicit ꝙ ibi culpa nautæ non erat ordinata ad casum submersionis nauium, sed negligentia in non accipiendo iter ordinata est ad cõparendum. & in proposito tendit ad nõ prosequẽdum appellationẽ. Sed ista responsio non satisfacit. quia in d. l. fin. §. allegato per Ful. erat culpa in faciendo, pro qua quis tenet̃ de casu, licet non sit ordinata ad casum. §. item is cui. in fin. instit. quib. mo. re contrah. obli. & in l. rebus. §. j. ff. commo. Secundo ẽt contra istam conclu. tenet Pau. de Cast. per text. no. in l. fi. ff. quis or. in bo. pos. ser. 63 † vbi negligentia filij in non petendo bonorum possessionem non facit ꝙ filius excludatur eo casu, quo petitio sua locum habere non potuisset. Alexan. etiam respondet in d. §. quod diximus. ꝙ ibi à principio cõstabat ꝙ diligentia filij, in petendo bonorum posses. effectum acquisitionis operari non poterat. Et istud voluit ipse Pa. de Ca. in cõs. cclxxxvj. visis his. col. iij. Sed ista responsio est contra illum tex. in d. l. fi. §. fi. vbi considerat̃ simpliciter effectus, dum dicitur, sed quid noceat non petitã bo. poss. quę si petita fuisset, non tamen acquireretur. Nam ista ratio vr̃ habere locũ, ẽt si non esset notorium, quia sufficit iste effectus ꝙ diligentia non profuisset. Ad tex. in d. l. qui cõmeatus. Fulg. in d. l. ij. respondet ꝙ loquitur in eo, qui descrebat fidem suã in prę iudicium reipublicæ. Alex. dicit ꝙ ista responsio non est bona, quia illa diligentia in præueniendo ad locum impedimenti, nihil in effectu proderat reipublicæ. Sed tñ responsio Fulg.[d] p̱babilis vr̃, vlterius declarando ꝙ ibi sit speciale fauore reipublicæ, quia statim ꝙ ille habuit animum non veniendi, consumatũ fuit illud delictum fauore reipublicæ. vnde impedimentum superueniens non excusat, nisi prout ibi dicitur. Vel secundo ad l. qui cõmeatus. responderi potest, ꝙ ibi loquitur, quando tm̃ se arctauit ꝙ ẽt cessante impedimento causa expediri non potuisset. vt colligitur ibi, dũ tamen nõ tardius à loco se profectum probet. quã vt occurrere possit intra cõmeatum. Nã tali casu clarum est ꝙ nõ excusat̃. Ex quo apparet ꝙ ẽt absq; impedimẽto omnino in tẽpore statuto nõ venisset. Et ita sufficit probare impedimẽtũ, nisi appareat ꝙ ẽt absq; impedimento venturus non fuisset. Sed tñ ista responsio nõ procedit sine dubio, quia in d. l. qui cõmeatus. verba referunt̃ ad ipsum, qui debuit venire. & vr̃ ibi ꝙ nõ sufficit probare impedimentũ, sed dẽt ẽt probari ꝙ tardius non discesserit. & ideo dicendum est vt. j. dicam. Et pro opi. Fulg. & Pau. de Cast. est bonus text. in l. ij. in fin. ff. si quis in ius voc. vbi excusatus fuit reus, qui citatus pro die feriata non cõparuit, 64 † quia actoris non interfuit. & sic negligentia ibi non consideratur, ex quo diligentia omnino non profuisset. 65 † Ad idem tex. in l. & in totum. ff. de impen. in rebus do. in fin. vbi excusatur ille, qui non fecit expensas ad quas tenebatur, si postmodum res in qua expensæ fieri debuissent, exhaustã sit. Et ad idem tex. in l. si alius. §. est autem. versicu. idem ait. ibi, edibusque perituris. ff. quod vi, aut clam. & per illum textum concludit Bartolus in l. si quis in graui.

ADDITIONES.

a ¶S. Al. Annus. Vide Dec. in l. si pater. in prin. in j. no. C. de insti. & sub. vbi idẽ dicit.

b ¶Syl. Ald. Eius. Vide Deci. in c. sciscitatus. in vlt. not. de rescript.

c ¶H. Gig. Commeatus. Vide allegata per Fely. in c. cum inter. de excep. ¶Vide Alex. in cons. xlix. nu. 5. lib. ij. Caro. Rui. cons. xv. lib. iiij.

d ¶Hie. Gig. Sed tamen responsio Fulg. Adde ꝙ respondo Ful. ad d. l. qui cõmeatus. nõ satisfacit, quia in d. l. nõ constat de aliqua specialitate, & in dubio fiscus & respublica præsumuntur vti iure cõi. l. extat. ff. de iure fisc. l. j. C. de peti. hære. & est tex. iuncta gl. in l. item veniunt. §. in priuatorũ. ff. de pet. hære. Nec satisfacit ẽt rñsio Decij hic, qui dicit ꝙ eo ipso ꝙ ille miles habuit animũ nõ veniẽdi, fuit cõsumatũ delictũ. quia ibi nõ apparet, ꝙ ille habuerit animũ nõ reuertẽdi, nec fienda est talis interpretatio in dubio, quia in dubio delictũ non p̃sumitur. iuxta tex. in l. merito. ff. pro soci. Præterea in illa l. qui cõmeatus. miles discessit vt rediret ad exercitum. quod probatur, quia reuertebatur, & impeditus fuit. actus enim quod sequitur, declarat qualis fuit intentio alicuius à princip. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. Nec ẽt ob. cõi conclusioni iura per Ful. & Pau. de Cast. alle. in ɔ̃rium. quia loquũtur in casu, in quo principaliter consideratur interesse partis, vel aduersarij. eo enim casu inspicitur effectus, nec est habenda consideratio diligentię, quæ non profuisset. l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi, aut clam. sed in casu nostro negligentia appellationẽ non prosequẽtis cõsiderat̃

1 PRopoſuit. ¶†Primo no. ibi, nõ minus teneat̃ i alijs rñdere, ꝙ licet quis cogatur respondere coram vno iudice, nõ tñ illũ recusare prohibet̃. †Vnde facit tex. ad id quod solet dici, ꝙ si cã cõmittat̃ per summũ pontificẽ iudici suspecto, ẽt ex certa ſcia, non tñ recuſatio remota intelligit̃.[a] vt est dictum Inno. in c. ex trãſmiſſa. s. de fo. cõp. & voluit glo. in c. ad hæc. in ver. elegerint. in fi. s. de reſcrip. Et hoc procedit ẽt in iudice, qui datus eſſet motu proprio. †vt no. Abb. in c. cũ olim. el ij. circa fi. s. de offi. dele. † Similiter hoc haberet locum in legato de latere. c. nouit. in fi. & quod ibi abb. j. e. † Nã talis recuſatio de facili nõ remouet̃, quia durum eſt, & ꝯ rõnẽ, corã iudice ſuſpecto litigare. c. ſecundo requiris. j. eo. iij. q. v. c. quod ſuſpecti. Et quod dictum eſt de verbo, reſpõdere, quod nõ exclu dit recuſationẽ. ꝯrium vr̃ ꝓbare tex. hic in alia parte, dum dr̃. Nõ dẽt ad rñdẽdum cõpellere. Nõ ergo dr̃ rñdere ille, qui iudicẽ recuſat. Cõcluſio eſt, ꝙ verbũ gñale ſit, & ſm ſubiectã mãm intelligatur. ¶†Secũdo no. ꝙ in crimine notorio non habet locũ recuſatio, quia tũc nulla cã ſuſpicionis vr̃ ſubeſſe.[b] Conſtat. n. de delicto, & pœna certa eſt, vt dr̃ in l. j. ff. ad Turpil. †Ex iſta rõne dicit Bar. in l. ſi quis forte. §. j. ff. de poe. † ꝙ in notorio crimine iudex de facto familiæ ſuæ cognoſcere põt. imo ẽt ex facto proprio, quod notoriũ ſit, iudex cognoſcit, vt no. Inno. in c. ex parte. el j. j. de ver. ſig. de quo. j. poſt gl. Et in notorio, de quo tex. hic loquit̃, cum ipſo actu natus ſit, vt h̃ dr̃, alia ſnĩa declaratoria nõ requirit̃,[c] ſm Imo. hic. & iõ limitat̃ text. in c. cũ ſecundũ. de here. in vj. vt non habeat locum in notorijs, vt dicit Peru. hic. de quo dixi s. in c. peruenit. ¶In glo. in ver. debet. ibi, neceſſitatẽ importat. hoc declaratur, vt per do. Abb. hic. †Ad idẽ glo. xxv. q. j. c. j. in ver. oportere. in c. ſi vir. in ver. debet. j. de adulte. vbi Abb. & per glo. in l. ſæpe. ff. de off. pſi. in l. obſeruare. de off. procõ. cũ ſi. ¶†In fi. gl. circa ea, quę do. Abb. ſcribit, opi. Goffr. de iure verior vr̃. ſ. ꝙ iudex recuſari poſſit ex eo dũtaxat, ꝙ in alia cã appellatio pẽdet, & fuit intellectus Imo. in c. ad hæc. el j. s. eo. per illum tex. vbi ſimpliciter ponderatur pendẽtia applõnis. Et probat̃ hic, dũ dr̃, illi omnino ſuſpectus eſt, vt dicit Peru. hic. Cõprobatur hoc duplici rõne. Primo, quia excipitur caſus, qñ crimẽ notoriũ eſt. Nã iſta exceptio bene cõuenit, ſtante regula ꝙ ex ſola pẽdẽtia applõnis iudex recuſari poſſit, quia illa ſuſpcio quæ cãtur ex pẽdẽtia appellationis ceſſat, & purgat̃ in crimine notorio. Si enim regula hic poſita intelligeret̃ ꝙ vltra pẽdentiã appellationis ſuſpicio deberet probari, tunc exceptio facta de crimine notorio, ſimpliciter non haberet locum, cũ etiam in notorio crimine quis grauari poſſit, ſm quod. j. videbimus. Secundo, quia ſi deberet grauamen probari, vt dicũt Io. and. & alij, fruſtra ponderaret̃ appellationis pendentia. Nam ſola probatio grauaminis ſufficeret, abſq; eo ꝙ appellatio penderet. Dum ergo iura ſępius repetunt de pendentia appellationis, neceſſariũ vr̃ fateri ꝙ ſola appellatio ſufficiat, vt latius dictũ fuit in c. ad hęc. rñdendo ad omnia quæ in ꝯrium adducunt̃, quę gratia breuitatis hic aliter non repeto. ¶†In gl. fi. in fi. ꝯclo gl. approbat̃ cõiter. vr̃ tñ prima facie continere diuinationẽ ad tex. hic, vbi nõ apparet ꝙ delictum eſſet manifeſtũ, & notorium. prout gl. dicit. Diuinare aũt non debemus. c. vt noſtra. j. vt eccl. benefi. Sed tñ rñderi põt, ꝙ licet formaliter tex. hic non dicat de notorio, virtualiter tñ & per verba æquipollentia hic dr̃, dum requirit̃ ꝙ delictum manifeſtũ adeo ſit, vt ipſo actu puniat̃. Secunda ſolu. fuit Inno. hic, vt text. procedat in crimine graui, & manifeſto, prout loquitur. ꝯrium procedat in delicto manifeſto ſimpliciter. Nec huic ſolu. obſtat ꝙ Abb. dicit, ꝙ facilius in grauibus, in quibus maius periculũ vertitur, deberet habere locum recuſatio: quia hoc non vr̃ habere locum, qñ dubitat̃. Sed qñ delictum manifeſtum eſt, ſæpenumero ꝓp grauitatẽ delictorũ celerius ad executionẽ procedit, & appellatio remouetur. l. ij. quorũ appel. & l. addictos. C. de epiſ. audi. no. in l. non tantum. ff. de ap. Et hoc modo ſolu. Inn. defendi põt. Tertia ſolutio ponitur per do. Ant. & abb. vt tex. hic intelligatur in notorio crimine, pro quo eſt pęna determinata in iure. ꝯria habeat locũ, qñ in tali notorio pęna imponitur arbitrio iudicis. Et idẽ ſequit̃ do. abb. in c. cum veniſſent. col. iij. C. de iudi. in c. j. de malefi. in c. dilectus. j. de pœnis. Et idẽ tradit Dom. in c. j. col. pe. in c. ſi iudex. in fi. de off. delega. in vj. Et iſtã doctrinã valde extollit And. Sic. in trac. de pſtan. Car. iij. q. ij. partis. col. pen. Adde tñ ꝙ iſta diſtinctio non procedit in pœna, quæ imponitur in foro pœnitẽtiali, vt no. dicit Dom. in c. quia pleriq;. col. ij. verſ. re ſalua. de off. ord. in vj. de quo dubitari põt. † quia licet à correctione nõ appellet̃. c. ad noſtrã. s. eo. tñ ſi modus excedatur, appellari põt, vt not. in c. reprehenſibilis. s. eod. Poſtremo alia ſolutio ad ꝯrium accommodari poteſt, vt tex. hic intelligatur formaliter, prout loquitur, ꝙ in notorio crimine iudex recuſari non poſſit, tanquam ſuſpectus, ex eo dũtaxat ꝙ ſit appellatũ in alia cã, & pendeat appellatio, vt dicitur hic. ſed per hoc tamen non negatur, quin ſi ꝓbaretur grauamen, vel alia vera cauſa recuſationis, haberet locũ recuſatio, prout in contrario dicitur. Et ita text. hic in terminis, quibus loquitur, reſtringatur.

ADDITIONES.

a ¶Syl. Al. Intelligitur. Vide omnino Dec. in c. cum inter, col. iij. in fi. de excep. in c. poſtremo. in iiij. not. j. eo.

b ¶Syl. Al. Subeſſe. Vide Dec. in c. cum non ab homine. col. v. de iudi.

c ¶Hie. Gig. Requiritur. Adde Fely. in c. Rodulphus. in xxiij. col. in verſ. limita primo prædicta. s. de reſcript. & adde ꝙ in facto notorio non ſolũ non requiritur declaratoria, ſed nec etiam citatio. de quo habetur per Dec. s. hoc eo. tit. in cap. peruenit. lij. col. in verſ. & concluſio s. facta. etiam per Fely. in c. Rodulphus. in verbo, citatur etiam pars. in xxviij. col.

SVMMARIVM.

1 *Electio poteſt confirmari in eccleſia.*
2 *Cauſæ eccleſiaſticæ in eccleſia iudicialiter tractari poſſunt.*
3 *Confirmatio electionis videtur eſſe voluntariæ iuriſdictionis.*
4 *Iudicia ſecularia in eccleſiis tractari non poſſunt, etiam ſi ſint pia, niſi ſint voluntariæ iuriſdictionis, nu. 6.*
5 *Diſpoſitio generalis includit caſus etiam priuilegiatos.*
7 *C. decet. de immu. eccleſiarum. an habeat locum in contractibus.*
8 *Diſpõ loquens de quaſi contractu, an habeat locũ in cõtractu. declara, nu. 10.*
9 *Aditio facta in eccleſia, an valeat.*
11 *Statutum de contractu mulieris non habet locum in quaſi contractu, niſi per viam extenſionis, nu. 12.*
13 *Excommunicatus non ſolum repellitur in petitionibus ſuis, ſed peruertens iuris ordinem repellendus eſt.*
14 *Perſona non ſolum excommunicatur, ſed etiam interdicitur.*
15 *Vniuerſitas excommunicari non poteſt.*
16 *Interdictum, & excommunicatio qualiter differant.*
17 *Excõicatio lata pro cõtumacia manifeſta, & crimine manifeſto parificantur.*
18 *Excommunicatio, licet iniuſta, valet.*
19 *Citari an debeat pars in abſolutione excommunicati.*
20 *Abſolutio ab excommunicatione, omiſſa partis citatione, an valeat.*
21 *Abſolutio à iuramento, parte non citata, an valeat.*
22 *Excommunicatus pro contumacia iudiciali abſolui non debet præſtando ſimpliciter cautionem cum iuramento. ſed cautio ſufficiens requiritur.*
23 *Cautio ſufficiens quæ dicatur, attenditur materia ſubiecta.*

1 QVa fronte. ¶†Primo not. ꝙ electiones in eccleſia cõfirmari poſſunt. Ex quo abb. infert, ꝙ † cauſæ eccleſiaſticæ iudicialiter in eccleſia tractari poſſunt. Sed iſta illatio non bene inferri videtur, per iſtũ text. qui loquitur in cauſa ſpirituali, de qua generaliter ad cauſas eccleſiaſticas non bene infertur, quæ à ſpiritualibus diſtinguuntur, vt per gl. xj. q. j. in ſumma. † Et quia confirmatio electionis videt̃ eſſe voluntariæ iuriſditionis. & iſto iure extraiudicialiter fieri poterat, vt Inno. hic tradit. & ideo nõ bene infertur ad alia, quę iudicialiter in inuitum pro tribunali exercent̃. dictum tñ abb. cõiter approbatur ꝙ in eccleſia cauſæ eccleſiaſticæ tractari poſſunt, vt eſt tex. in c. decet. §. omnis. de immu. eccl. lib. vj. vbi omnis ſtrepitus ſecularium cãrum prohibet̃ in eccleſijs. ergo à contrario ſenſu non prohibetur in eccleſiaſticis. & gl. ibi expreſſe hoc tenet. & idem gl. & Doct. in c. j. per illum tex. j. de immu. eccle. not. Abb. in c. cum eccleſia. poſt glo. ibi. eo. tit. & tradit Bald. in conſi. clij. caſus coram epiſcopo. col. ij. lib. j. Sed aduertendum eſt, quia in cõtrarium videtur tex. in d. c. decet. in ver. ceſſent in eccleſiis. in fin. vbi dicitur. Ceſſent in eccleſiis fori cuiuſcunq; tumultus. Nam illa vniuerſalis, cuiuſcunque fori, etiam forum eccleſiaſticum includere videtur. arg. c. ſolitę. de maio. & obedi. & xix. diſtin. c. ſi Romanorum. Facit tex. in d. c. j. de immu. eccle. Nec videtur verum, quod glo. ibi dicit, ꝙ tex. de cauſis ſecularibus intelligatur, quia generaliter loquitur. Non ob. tex. hic, quia reſpondetur, vt. s. dixi videlicet ꝙ in cauſa ſpirituali loquatur. Non ob. tex. in d. §. omnis. in quo videtur fundamentũ Doct. quia argumentum à ꝯrio ſenſu ibi colligitur non abſolute reſpectu cauſarum eccleſiaſticarũ, ſed reſpectu illius dictionis, vniuerſalis, omnis, hoc modo. In eccleſiis omnis ſtrepitus ſeculariũ cãrum prohibetur. ergo à ꝯrio nõ prohibetur omnis cauſarum eccleſiaſticarum. Et hoc verum eſt, quia in cauſis ſpiritualibus prohibitio non habet locũ, vt hic. ¶Et ideo in puncto iuris videtur dicendum, ꝙ etiam cauſæ eccleſiaſticæ prohibeantur tractari in eccleſia. Non. n. conuenit ꝙ tribunal huiuſmodi cauſarum ibi erigatur. Bene verũ eſt, ꝙ non

obstante tali prohibitione processus valeret, quia dũtaxat in cãis secularib. ꝓcessus anaullaẽ.d.c.decet.circa fin.ibi, ꝓcessus iudicũ seculariũ. Et in tali annullatione ꝓcessus, dña est inter cãs ecclesiasticas & seculares. In causis ergo secularibus ꝓhibet, & annullat ꝓcessus ĩ ecclia.d.c.decet.§.fi. Et adeo hoc ꝓcedit, 4 † ꝙ licet cãæ seculares fauorabiliores sint, & piæ, ĩ ecclesijs tñ nõ poterũt tractari. vt voluit Io. An. & sequit Dom. ĩ d.c.decet. ĩ prin. ĩ ver. quo an sit ꝓhibitũ. Et idẽ tenet Abb. ĩ c.cũ ecclesia.col.fi. de imu.eccl. ꝑ tex. ĩ d.§.oĩs, q. vłr loquit. & sic oẽs casus ĩcludit. licet aĩs sint priuilegiati, & fauorabiliores. Et ꝓ ista ꝯclone bñ facit tex.no.in l.in fraudẽ.§.fi.ff.de test.mi.vbi Bal. ꝑ illũ tex. cõcludit 5 † ꝙ dispõ [a] quę loquit gñaliter, ẽt ĩcludit ꝑsonas, & casus priuilegiatos.[b] Et Bal. ibi infert ad piã cãm. Et ħ à fortiori ĩ casu nr̃o ꝓcedit, vbi tex. nõ solũ loquit gñaliter, sed vłr, dũ inquit, omnis. 6 † Limitat tñ hoc nõ ꝓcedere in his, q̃ sunt volũtariæ iurisdõnis. vt no. Bar. ꝑ illũ tex. in l.actus.C.de fer. & sequit Abb. in d.cũ ecclia. vbi ẽt circa fi. cõcludit, ꝙ in ecclia quis doctorari possit. Quod tenet Io. An. & sequit Dom. in d.c.licet.in prin. circa fi. Subijcit d. Abb. hic, 7 † ꝙ dispõ d.c. decet. q̃ loquit in iudicijs, in quibus quasi ꝯhit. l.iij.§.idẽ scribit.ff. de pecu. nõ habebit locũ in ꝯctib.[c] † prout ibi tenuit gl. Ex quo.d. Abb. infert 8 † ꝙ dispõ, q̃ loquit de quasi ꝯctu, nõ hẽat locũ in ꝯctu, vt ꝑ eũ hic. & idẽ Abb. tradit in d.c.cũ ecclesia. Sed nõ puto ꝙ ĩ ħ recte loquat. Et primo, illatio quã ipse facit, nõ bñ colligit. quia licet in iudicio quasi ꝯhat, iudiciũ tñ absolute nõ dr̃ quasi ꝯctus, Tale.n.argm̃, quod abb. facit, deberet fieri de quasi ꝯctu simplr ad ꝯctũ.[d] Nã quasi ꝯctus, qui in iudicio interuenit, alterat ꝑ ꝑ iudiciũ, quod reddit in inuitũ. l.iter stipulãtẽ.ff.de ver.ob. Sed quasi ꝯctus ex verisimili volũtate partiũ ꝓficiscit. vt no.inst.de obl. quę ex quasi ꝯctu. ꝑ totũ. facit tex.no.in l.i cõmodato.§.sicut.ff.cõmo. Et iõ dũ arguit de iudicio ad ꝯctũ, nõ dr̃ fieri argu. de quasi ꝯctu simpliciter ad ꝯctũ, vt Abb. hic dicit. Secũdo, ꝙ hoc verũ sit, patet quia dispõ c.decet. sicut nõ hẽt locũ ĩ ꝯctu, vt gl. ibi, & oẽs fatent. ita nõ habebit locũ in quasi ꝯctu. 9 Nã † si quis adiret hæreditatem in ecclesia, ex qua aditione quasi ꝯctus insurgit.§.hæres. instit.de obliga. quæ ex quasi ꝯctu. Abb. ipse nõ negaret, quin valeret talis aditio, quia si ꝯctus valet, nulla rõ subest, quin iste ꝯctus valere debeat. & ita patet ꝙ Abb. nõ bñ dicit. 10 Dictũ tñ in se verũ vr̃, † ꝙ dispõ, q̃ loquit in quasi ꝯctu, in mã stricta, nõ habet locũ in contractu.[e] nec eꝯ. 11 † Et iõ statutũ de ꝯctu mulieris, nõ habet locũ in quasi ꝯctu, vt Abb. hic dicit. & idẽ in d.c.cũ ecclesia.no. Bald. in l.j. per illũ tex.ff.de ꝯ.iudi.tu. Ange. in cõs.ccCj. diligenter visis.col.ij. Abb. in cõs.lxxj. quinq; dubia.col.iij.lib.j. Alexan. in cõs.lxvij. visis dubitatio.col.iiij.lib.j. Et ad hoc facit, quia ꝯctus distiguit à quasi ꝯctu, vt colligit insti.de obl. quæ ex quasi cõtra. in prin. Et in ꝯctibus est verus consensus, in quasi ꝯctibus interpretatiuus vr̃. Et iõ appellatione ꝯctus nõ venit quasi ꝯctus, ꝑ s̃.dicta. Et ista ꝯclo bene procedit, inspecta vi, & ꝓprietate verborũ. Sed per viã extensionis, q̃n omnimoda ratio militaret, 12 † statutũ de ꝯctu bene porrigit ad quasi ꝯctũ, & eꝯ. Et ita locũ habet quod no. Bald. in rub.C. de pac. Bar. in l.more.ff.de acquir.hære.cũ cõcor. quas Alexã. ibi adducit. & idem Alex. latius post alios tradit in l.mutũ.ff.eo.titu. Ro. in cõsi.vij. viso facto.col.fi. & in cõs.cxc. clarũ est.col.j. & latius in cons.cclxxx. ꝑsupposito.in prin. Facit quod no. Bar. in l.si vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pac.col.iiij. & in l.Meuia.§.j.solu.mat. & quod no. Bal. & Alex. in l.si apud acta.col.j.C.de transac. 13 ¶ † Secundo colligit per Abba. hic, ꝙ non solũ excõicatus repellitur in petitionibus suis. vt in c.cũ parati. s̃.eo. sed ẽt peruertens ordinẽ iuris repellendus est. Sed tñ considerandũ est, ꝙ in effectu hic nõ repellitur. Et rõ manifesta vr̃, quia non petebat gratiã, prout loquit text. in d.c.cum parati. sed obseruationem iuris communis. 14 ¶ † Tertio no. ꝙ persona nõ solũ excõicatur, sed interdicit. Ad idẽ tex. in c.is cui.de sen.excõ.in vj. facit tex. in l.mortis.in prin. & §.j. ff.de pęnis. 15 † Secus tñ est in vniuersitate, q̃ excõicari nõ põt. c.Romana.§.si vniuersitatẽ.de sen.excõ.in vj. de cuius ratione late tradunt Mod. in c.dilectę.de excep. 16 † Ex quibus differunt, & in quib. conueniunt excõicatio & interdictum. late prosequit Io. de ana. in rub.de cler.excõ.mini. ¶ Circa ea, quæ do. Abb. hic scribit. primo aduertendũ est, dũ principaliter opponit de tex. in c.ex pte. & dicit per illum 17 † æquiparari excõicatione latam pro contumacia manifesta, vel pro crimine manifesto, vt istis casibus nõ cõcedatur absolutio mediãte cautione. sed realis satisfactio requirat. Nã istud verũ est in offensa manifesta, prout loquitur tex. in d.c. ex parte. & in c.solet.de sen.excõ.in vj. Sed in contumacia manifesta hoc simpliciter non est verũ, sed satis est, ꝙ cõtumax soluat expẽsas, & pstet cautionẽ de iudicio sisti. c.venerabilib⁹. §. secus. de sen.excõ.lib.vj. vbi Domi. Quãtũ vero ad intellectũ huius decretalis laborat Abb. hic. & vario modo Doct. loquuntur. Sed tñ planus vr̃ esse intellectus, vt dicamus, ꝙ cũ absolutio peteretur à iudice q̃ excõicauit, vel ab alio qui haberet auctoritatem absoluendi, aduersarius cõparuit, & ꝯdicebat. ꝙ talis absolutio nõ deberet concedi mediãte cautione, quia allegabat, offensam esse manifestam. iuxta c.ex parte.de ver.sig. Et cum ista allegatio per iudicẽ nõ admitteret, aduersarius appellauit. Pendẽte.n. tali appellatione, q̃ legitima erat. c.solet.de sent.excõ.in vj. absolutio tñ cõcedit ea rõne expressa, ne excõicatus in excõicatione decedat. Et ita colligit ex dictis Abb. post alios hic. & posteriores omnes sequunt. Sed tunc stat dubitatio, si ista rõ, q̃ allegat in tex. attẽdat simpliciter, ne quis moriat in excõicatione, semper habebit locũ absolutio, dato ꝙ quis pro manifesta offensa excõicatus sit, quia semper erit illud periculũ, ne quis moriat ĩ excõicatione, cũ singulis diebus quis mori possit. l.j.ff.de cõdi. & demõ. & ita dispositio c.ex parte. elusoria redderet. propter hoc forte Doc. nõ attẽdẽtes rõnẽ, quæ in tex. allegat, alijs modis conant rñdere ad tex. in d.c.ex parte. referendo plures limitationes, in quibus ille tex. nõ ꝓcedit, videlicet q̃n offensa manifesta fuisset ĩ Deũ. quo casu sola cautio sufficit, vt dicũt Imo. & Doc. ħ. tradit Ant. de Bu. post Hostiẽ. in c.j. col.iij. vers. venio ad mandatum papæ. s̃. ꝙ met.cau. Vel q̃n satisfactio consisteret in implemẽto alicuius iuris spũalis vel aliquo alio iure, ꝙ ꝑ excõicatũ impleri nõ põt ex quo necessarium est ꝙ prius absoluat, vt no. Inn. in c.pro illorũ.de pbẽ. vbi abb. circa fin. & in d.c.ex parte.col.j. nã istis & similibus casibus tex. hic intellr. Sed istud diuinare est. Et hoc modo tex. multũ restringitur, & ideo Host. & Doct. aliter dicũt ꝙ licet q.s absolui nõ debeat absq; satisfactione, stante offensa manifesta. d.c.ex parte. tñ absolutio facta tenet. Et ita est tex. no. hic, & hoc sequutur Perus. Mod. 18 † quia sicut excomunicatio valet, licet iniusta sit, vt not. in c.sacro.j.de sen.excom. ita pariter dicendũ est in absolutione. Et de hoc est tex. in c.venerabilibus.§. vbi autẽ.de sen.excõ. in vj. Sed ista solutio ẽt nõ satisfacit, duplici rõne. Prima, quia tex. ħ dr̃ ꝯsiderare ꝙ absolutio facta sit de iure, & nõ ꝯ prohibitionem iuris, dũ inquit. Absoluere poterit. Secunda, q.a cũ applo interposita sit, vt hic dicitur, non valeret excõicatio lata post applõnẽ, c.ꝑ tuas.j.de sen.excõ. ergo pariter isto casu ẽt nõ deberet valere absolutio. Et ita argm̃ istorum retorquetur. Nec ob. ꝙ Perusi. hic dicit col.vij. versi. expeditis omnibus, ꝙ in casu huius decretalis bene valet absolutio facta post applõnẽ, licet nõ valeret excõicatio per istum text. quia ħ non vr̃ verũ, cũ rłr absolutio, & excõicatio à pari ꝓcedunt. j.dist. in c.verbũ. tex. in l.si cum.ff.de re iud. Vnde finaliter cõcludẽdũ est ꝙ tex. hic intelligatur, & procedat illa rõne speciali, in qua expresse fundatur, & loquatur de illo, qui erat ĩ articulo mortis, vł graui oppressus infirmitate. quo casu dispositio c.ex parte. nõ habet locũ: q.a tali casu pro manifesta offensa excommunicatus mediante cautione absoluitur, vt est tex. ĩ c.fi. vbi abb. de sepul. no. Gof. & abb. in c.ĩ lr̃is. ĩ fi. de rapt. Et ista ꝯclo ampliatur ꝑ istũ tex. hic, vt talis absolutio ꝯcedatur nõ obstante applone aduersarij. Et hoc modo tex. de plano ꝓcedit. Et ꝑ isto intellectu bene facit, ꝙ in sili casu no. Bar. per illum text. secundũ intellectũ eius in l.j.C.de sac.sanc.eccle. ¶ Successiue d.abb. querit, 19 vtrũ in absolutione † excõicationis pars debeat citari.[f] Et dicit cõiter teneri, ꝙ sic, vt per eũ ħ. & ita tenet Specu. in tit.de cõtu.§. fi. ver. sed pone, excõicatus. & Pe. ꝗ Peru. in c.venerabili.j.de sen. excõ. & alij Doct. in locis j.allegãdis. Et ista ꝯclo procedit, quãdo agit de interesse partis, vt q.a excõicatus q.s sit pro manifesta offensa. quo casu absolutio non concedit cum cautione, vt in c. ex parte.el.j.de ver.sign. Nã tali casu citatio partis reqrit, vt ꝯstet an offensa manifesta sit. Secus vero vbi excõmunicat q.s simplr pro ꝯtumacia, tũc.n. poterit absolui prẽstãdo cautionẽ, ẽt parte nõ citata, vt Spe. ꝯcludit in d.ver. sed pone. & seqtur Doc. in c.Romana.§.sentẽtias.de sen.excom.in vj. & facit ꝙ no. Cald. in ꝯsi.vij. an episcopus. ĩ tit.de iureiur. Et cũ ista distinctione ĩ effectu resoluit gl. in c.excomunicatos. xj.q.iij. quam Bald. sequitur in l. si pacto quo pœnam.col.j.C.de pact. Et secundũ hoc intelligitur quod dicit Ant. de bu. ꝑ illũ tex. ĩ c.olim.col.j.s̃. de rescri. vbi simplr inquit

ADDITIONES.

a ¶ Hie. Gig. Concludit quod dispõ. Vide semper ad illud, eiusdem d. Philip. Dec. in col.v. inci. in causa d. Mariæ. in j.col.

b ¶ Hier. Gigas. Priuilegiatos. Adde eundem in con. v.ij. & ij.co. vbi ponit, an statutum generaliter loquens comprehendat casum dotis, & vide eundem Dec. in c. sedes, in pe.col. supra de rescri. & Ias. in l.j. in iiij.col.ff. sol.ma.

c ¶ Syl. Al. In contractibus. Vide quæ ego late addidi in l.nemo est. C. de sacrosa. eccle. ad Bar.

d Ad contractum. Idem voluit remissiue tamen in c. at si cleri.col.xiiij. de iud.

e In contractu. Vide multa aggregata ad istud propositum per d. Ias. in l.si vnus.§. pactus ne peteret. in viiij.col. ff. de pac. & per eundem in l. siue apud acta. in j. col. C. de transa.

f ¶ Syl. Ald. Citari. Vide Paris. in cons.xliiij. nu.14. li.j. vbi omnino videndum est in consi.xcvj. num.84. co.lib. quod legitur in consi.xlix. nu 20.lib.j.

quit ꝙ in absolutione excõicationis citatio partis nõ requiritur. Et casu,quo citatio requiratur , † si tñ ommissa fuerit, nõ ꝑ hoc absolutio vitiatur, vt tenẽt, & cõcludũt Io. And.Host.& d.Abb. post.alios hic.Spe.in d.ver.sed pone. Ant.de Bu. in c.debitores. de iu.iur.& Ro.in sing.dlxxxvij.tu habes regulã,& hoc idẽ latius ꝓbat Ro.in cons.ccc liij.circa propositã.¶ Ex s̃.dictis ẽt infertur ad simile qõnẽ.† Nunquit absolutio facta à iurõ valeat parte nõ citata,[a] in qua br̃ Abb.ꝯcludit ꝙ nõ valet,nisi ꝯstet iur̃m esse illicitũ, vt latius per eũ hic. Primo ergo sentit.d.Abb.quod in iurõ illicito ẽt solutio requirat̃.Quod verũ est, vt tradũt Inn.& Doc. post gl.ibi in c.verũ de iureiu.in ver.absoluerunt. & no. Pe. de anch.in ꝯs.cccxxxiij.Retẽto ordine.col.j.cum si.vt dixi in c.præterea.s̃.co.Secundo in q.prin.ista est cõis opi.ꝙ in absolutione à iurõ citatio [b] necessaria sit, & late prosequitur d.Abb.in c.j.s̃.de iure.iur.& voluit Io:An.in rub.de iur.iu.in addi. Spe.circa fi.& idẽ Old.in consi.cxx.ad duplicẽ fi.in prin.Alb.in rub.C.de vsu. in fi.Pe.de ancha.in consi.cxcix. prædictis subtiliter. Lau. de Rodul.in c.ꝯsuluit, extra de vsu.in cxxv.qõ.& Imol.in cle.dispendiosam.col.pe.de iudi.¶ Fallit primo quando cõstaret iuramẽtum esse illicitũ, [c] vt per d.Abb. hic.idẽ post alios in d.c.j.de iureiur.& not.Card.in consil.xxv.ad dubia.col.ij. ¶ Secundo fallit. quando non ageretur de præiudicio partis,quia tunc citatio partis nõ requiritur,vt tradit Old.in cons.cxx.præalleg.& Cal.in cõsil.vij.in tit.de iure.iu. & idem Cal.in consil.j.in tit.de fer.Alb. in d.rub.de vsu.in fi.& Imo.in d.cle.dispendiosam & no.Pau.de ca.in consil.ccxiiij.circa primum.col pe. ¶ Vltimo fallit, quãdo periculum esset in mora,[d] quia tunc nedum citatio,sed nec absolutio necessaria est, vt est dictum Inn.in c.venerabilẽ.s̃.de ele. ꝙ sequitur Bal.in l.nõ dubiũ. col.pe.C.de legi.abb.in c.quanto. col.v.s̃.de iur.iu.& Ro.ĩ singu.ccccxcj.tu sai.¶ † In gl.in ver.cautione.gl.& Doc.oẽs hic concludunt ꝙ pro contumacia iudicia, li excõicatus absolui nõ debet præsentando simpliciter cautionem cum iurõ. sed cautio sufficiens requiritur per istum tex.hic Sed certe ista est maxima restrictio ad iura, quæ cõiter dicũt excomunicatũ debere absolui præstando cautionẽ cũ iurõ de parendo mandatis ecclesiæ.in c.cum desideres.in c.ex tenore.j.de sen.exc.Et ideo ad tex. hic cogitabam posse respõderi ꝙ illa verba sufficienti cautione recepta,intelligantur pro simplici cautione secundum subiectã materiã. Et hoc primo satis innuit tex. hic in mõ loquendi quo vtitur, dũ inquit, ab ipso tñ & c. vr̃ eñ r̃ndere tacite obiectioni, & velle ꝙ cautio ordinaria nõ omittat̃, & nõ intẽdit circa talẽ cautionẽ ali quid innouare . Secũdo facit tex.in c.fi.de sep.vbi simplex cautio sufficit qñ in articulo mortis præstatur.& ita in casu isto videtur per ea quæ.s̃.dixi ¶ Tertio hoc in terminis voluit Ant.de bu.in c.fi.s̃.de resti.spo.† Dicẽs ꝙ cautio sufficiens dicitur cautio simplex, secũdũ subiectã materiã, & sequitur Alex.in consil.xxxv.viso processu.col vj. lib.iiij.

ADDITIONES.

[a] ¶S.Ald. Non citata.Et quòd citatio requiratur, vide Cor.in consi.xlv.litera p,lib. ij,contra Alexan.in cons.xlix.lib.iiij.sed ꝙ sic, & ꝙ tunc non concedatur nisi à papa cũ iusta tamen causa,& cognita re, vide Curt.cons.lxv.col.pe.ver.& plus. in deci.Delphy.cxl.& ꝙ parte non citata non concedatur.Alexand.cons.ccxxiij. col.iiij.li.ij.& ad effectum agendi potest fieri parte non citata, deci.Neap.cc.nu. 10.Io. de ami.nu.31.col.xix.circa.fi.Ias.in l.patre furioso.nu.34.de his,qui sunt sui,vel alie.iur.& de hac q.vide in meo consi.cv.li.xj. & dicit Paul.de ca.in cõs. cclx.in not.ꝙ non est necessaria, & loquitur in habitatione , contra quem vide Alex.in cons.ccxxij.lib.ij.Ias.in l.ne qcqd §.vbi decretum.col.ix. de off.ꝓcon. & leg.Declara Cu.in consi.lxv.in fin.& licet debeat citari pars, valet tamen facta sine citatione.Ias.in l.patre furioso.ff.de his. qui sunt sui vel alien.iur.col.v. in fin.& ꝙ non requiratur vide Alex.in cons.xlix.col.vij.libr.iiij.de quo vide etiam Bal.in consi.ccliij.lib.j.

[b] ¶Hier.Gig. Citatio Vide per d.Ias.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offic. procon. & lega.in ix.col.& latissime d.Francis.Corn. in suo aureo consil.xliij incip.super contingentia facti, in penul.vlt.char.Barba.consil.lxxxv.in iij.bib. Aliàs fuit dubitatum in facto nunquid consuetudo possit derogare hiusmo li. solemnitati citationis,& dicebam ꝙ sic, per id, quod dicit Bal.in auct.si quis in aliquo.C.de eden.dicens consuetudinem posse solennitati citationis derogare. cuius dictum sequitur Alex.consi.xli.in ij.vol.

[c] ¶Sy.Ald. Illicitum. Idem quando constaret de turpitudine recipientis in iuramentum,vel parti aduerse nullam competere defensionem Felyn.in c.j.nu.26, de iureiu.

[d] ¶Sil.Ald. In mora. Adde Cardinal.in consi.cxxxvij.Feli.in cap.ij.de spon.in fi.& vide per alia limita. deci.Tholo.q.lxij. quid si iuramentum sit confirmatorium. vide Ias.in l.si opus nouum. nu.7.ff.de ope.no.nun.

SVMMARIVM.

REprehensibilis. ¶ † Primo no.regulam generalẽ, quòd sententia excõmunicationis proferri non debet, nisi monitione pręmissa.Et ad idem tex.in c.sacro in princ.j.de sen. excõ.Ideo dicit ant.de bu.in c. ab excõmunicato.col.iij.ver.tertio casu.s̃.de rescript.ꝙ si iudex dicat excõico te, non permissa monitione ,quia nõ requiritur, sñia esset nulla, quia lata ꝯ expressũ errorem iuris.† Et ista monitio requiritur nõ solũ qñ quis excõmunicatur, sed etiam qñ absolutus in excomunicationẽ reducitur,[a] vt not. voluit Do.in c.j.col.ij.ver.itẽ no.istã glo.quod me.cã .in vj.† vbi inquit ꝙ in reductione omnia requiruntur, q̃ in excõicatione. Et ꝙ pridie super hoc consultus fuit alleg.Io.an.in c.eos.de sen. excõ.in vj.Et hoc idẽ tenet Rot.in vij.deci.itẽ si pronunciet̃.in ti. de sen.excõ.in nouis.& in decis.lxxvij.si aliquis iudex.de appell. in antiquis.† Et ista monitio nõ præsumitur interuenisse, nisi p̃sens excõmunicatꝰ fuisset, vt no.abb.cõcludit in c.consanguinei circa.fin.s̃.de re iud.† Et ista monitio in suspensione pariter locũ habet,sicut in excõmunicatione,vt h̃ dicit̃ in prin.Facit tex. in c.statutum.de sen.excõ.in vj.† Et hoc verum intellr̃,nisi suspẽsio facta sit in pęnam delicti, quia tunc monitio non requiritur, vt voluit Ino.in c.j.de excessibus p̃la.& sequitur abb.hic.dicens secus esse in excõicatione, quę illa non infertur in pęnam & idẽ abb.dicit in d.c.j.circa fi.& in c.ij. in prin.de cleri.excõ.mi.Sed tñ idem esset dicendũ in excõicatione, casu quo in pœnam delicti ꝓlata esset,vt qñ q; ꝯtingit,vt patet h̃.in isto tex.& in casibus, de quib.j.dicã. ¶ † Et conclusio. s̃.facta,ꝙ monitio requiratur. primo fallit,qñ ipso facto à iure excõicatio inducitur, tũc.n.tali casu à iudice sine monitione excõicari põt,vt ꝓbat̃ h̃,cũ gl.Ex quo infert̃ ꝙ in casu.c.apostolicæ.§.fin.de re iud.in vj.dũ ibi dr̃, ipso facto excõicationis sñię subiacere iudex poterit tali causa absq; monitione excõicare. Sic ẽt loquit̃ tex.in c.pe.circa.fi.de immu. eccle.in vj.in c.ij.§.si quis aũt.ne cle.vł mo.in vj.in cle.j.in prin.de seque.pos.& fru.in cle.j.in §.fi.de pe.cũ si.† Ista eñ verba , ipso facto,important canonẽ late sñie, vt no.Bal.in l.iubemus la.ij.§. sane.col.ij.C.sac.san.eccle.& no.gl. in regula , in pœnis.de reg. iur.in vj.cũ si.In oĩbus ergo prædictis,& similibus casibus,iudex excõicare poterit absque monitione,vt est casus no.h̃.& ita Docto.omnes sequũt̃.Sed ista cõclusio dubitabilis admodũ vr̃, q̃a s̃m opi.cõmunẽ ĩ denũciatione † excõicationis incurse à iure citatio requiritur.[b] vt tenet gl.in cle.fi.in ver.cõstiterit. de censi.cũ si.vt tradit abb. in c.peruenit.el j.s̃.eo.vbi dcm̃.Et rõ manifesta vr̃, q̃a de facto nõ ꝯstat ꝓ quo pœna excõicationis imponit̃ à iure. merito ergo. citatione necessaria vr̃ vt Doc.dñt ĩ d.c.ꝑuenit ergo à fortiori h̃ idẽ dd̃m vr̃ eẽ ĩ isto casu . Et iõ necessariũ vr̃ ꝙ commu-

ADDITIONES.

[a] ¶Hero.Gigas. Reducitur Adde tamen ꝙ quando quis est absolutus cum reincidentia,monitio non requiritur,quia finito tempore,puta decem dierum , intra quod est absolutus, nõ requiritur alia declararatoria vt tradit idem Dec.late, in consi.cxlv.per totum , & in c.quæstioni in j.col.supra hoc eo.tit.nostro.

[b] ¶Hier.Gig. Requiritur Vide late per Fely.in c. Rodulphus. in ver.citatur etiã pars.supra.de rescrip.in xxviii.col.& vide inferius in seq.col.pen.eundem Dec.

commmunis intellectus doc. hic restringat̃ eo casu, quo de facto cõstaret, quia tunc excõicatio nihil noui contineret, sed pœnam iuris simpliciter enũciaret. Et ita istũ tex. no. intelligit Ro. in cõs. ccclxxij. in casu pmisso. col. fi. vers. tertio dico. Et ex his limitat̃ ꝙ

10 no. Abb. in c. cũ sit Romana. in fi. §. eo. †vbi inquit ꝙ semper in excõicatione citatio requirit̃, ẽt si factũ notoriũ sit. Nã illud procedit, si ratione conteptus pferat̃ talis sententia, prout Abb. ibi lo-

11 quit̃. secus in pœnam delicti, vt hic. ¶†Secũdo ꝙ dr̃ hic de monitione, non hẽt locũ si sententia excõmunicationis p defensione iuris sui proferat̃, puta in casu. c. dilecto. de sen. excõ. in vj. vbi Io. And. & doc. hoc dñt in ij. co. ver. quæro an requirat̃. & est dictum Inn. in c. venerabili. de censi. vbi Ant. de But. col. v. & idẽ sequitur Lap. alleg. lxxiij. platus regularis col. j. ¶ Tertio fallit, si dicat̃ ex-

12 cõmunico te, nisi satisfeceris i tali termino. † Certe statim elapso termino, absq; alia monitione excõmunicatus intelligit̃, quia p futuris culpis monitio nõ requit̃, vt late tradit Lap. alle. prædicta. lxxiij. in prin. no. Io. And. & Imo. post alios in c. P. & G. colũ. iij. de offi. deleg. Et duas alias limitationes ponit Do. in c. j. col. ij. de off. deleg. in vj. quas Mod. prosequunt̃ in d. c. sacro. de sen. excõ. & in c. cũ sit Romana. §. eo. & Milis in reper. in vers. citatio. col. antepe.

13 ¶†Secũdo no. tex. ibi, libere sua auctoritate vtatur. ꝙ libere fieri dr̃ illud, ꝙ fit sine impedimento, & ɔ̃dictione. Ad idẽ glo. in c. ordinarij. in ver. libere. de offi. ordi. in vj. Facit gl. in cle. dudũ. in ver. libere. de sepul. in cle. fi. in ver. libere. de iure. pat. in cle. fi. in ver. libere. de eta. & quali. in c. lator. de homi. no. Abb. per illũ tex. in c. statuimus. j. de reg. in c. de multa per illũ tex. de præbẽ. Anto. de But. in c. j. de offi. ordi. Domi. in c. j. de reg. in vj. cũ pluribus simili. Hoc tñ verbum restringit̃ sm alia iura, vt no. per gl. in c. cũ nobis

14 olim. de elec. in ver. liberã. no. in l. j. C. de sac. sanc. eccle. † Et verbum, libere, restringit̃ eo respectu duntaxat, quo pfert̃, vt declarat Alex. in cõs. lxxx. viso in ij. dubio. lib. ij. per tex. in c. ij. de feu. vbi And. Sicu. hoc idẽ dicit, & patet hic, vbi respectu appellationis, q̃ habeat obstare, dr̃ ꝙ libere sua vtat̃ iurisdictione. & idẽ Alexã. in cõs. xij. viso themate. in ij. lib. ¶†In glo. ij. ibi tenet. Notandum est ꝙ excõmunicatio lata nõ pcedente monitione valet. & ita tenet gl. & doc. in locis per do. Abb. alle. hic. Ad idẽ gl. in c. j. in ver. iudiciario. j. de excep. pla. & in c. Romana. §. sed nec. de sent. excõ. lib. vj. & sequit̃ Rot. in x. decis. no. ꝙ excõmunicatio. de sen. excõ. in antiquis, & in decis. lj. item si cõmittat̃. ver. sed pone. de appel. in nouis. Idem Abb. in c. sacro. in gl. ij. j. de sen. excõ. & in c. illud. j.

16 cle. excõ. mi. cũ fi. † Et hoc ẽt procedit, si lata sit à iudice delegato, vt Abb. hoc tenet, post Inn. in d. c. illud. de cle. excõ. mi. Pet. de Perus. idem sequitur, & late hoc probat Imol. in c. fi. de pben. col. pen. ver. vlti. aliter tñ voluit Rot. in xj. decis. excõmunicatio. in tit. de sen. excõ. i antiquis, & in decis. xxiij. vtrũ excõmunicatio. eo. ti. in antiquis, & tradit Milis in reper. in ver. citatio. col. pen. Et ista opi. vr̃ pcedere, qñ esset expresse data forma in rescripto, † quia

17 illa omitti nõ põt, vt no. post Ant. de But. quẽ refert in c. Romana. §. sed nec. de sen. excõ. in vj. Et ad hoc bene facit dictũ Bar. in l. diẽ proferre. §. stari. ff. de arbi. cũ si. Et ista ɔclõ procedit, qñ sententia excõmunicationis principaliter profertur. Secus est in declaratoria, qũ i iudex facit de excõmunicatione, in quã quis incidit ex dispositione iuris. † Nam talis sententia declaratoria sine moni-

18 tione nõ valet, & nulla est, vt no. tradunt Card. & Imo. in c. extirpande. §. quia vero. de pben. Et rationẽ differentię inter declara-

19 tionem, † & excõmunicationẽ Aret. ponit in cõs. clxv. sicut Io. dicit. col. xij. ver. põt tñ esse rõ differetię. Sic ẽt al's differunt, quia sen-

20 tentia excõmunicationis per † applõnem nõ suspendit̃. c. is, cui.

21 de sen. excõ. in vj. & in c. per tua. j. de sen. excõ. † & tñ sentẽtia declaratoria excõmunicationis incurse per applõnẽ suspẽditur, vt no. Car. & ibi Imo. in cle. j. ad fin. ver. quid aũt operet̃. de sequest. pos. & fruct. & idẽ voluit Do. in c. is, cui. §. sane. de sen. excõ. col. j. in vj. ¶ In gl. in ver. pprijũ. Circa ea, quæ in prin. glo. do. Abb. dicit de iudice appellationis, notandũ est ꝙ eo casu, quo per iudicem appellationis † sententia prima cõfirmat̃, & victus simplr̃ cõdẽ-

22 natur in expensis, cõdẽnatio facta intelligit̃ gñaliter nõ solum de expensis cãæ applõnis, sed ẽt principalis causæ. [a] Ita no. Alex. cõsuluit in cõs. in cã mihi per vos cõsulenda transmissa, ꝙ nõ reperitur i formis, vbi pcipue adducit ꝙ no. Ang. i l. j. C. qñ puo, nõ est neces. & ita simplr̃ referũt Mod. in c. significauerũt. de excep. Sed ista decisio declaratur, vt habeat locũ, qñ ẽt iudex à quo in expẽsis causæ principalis cõdemnauit. Secus qñ ipse omisisset cõdẽ-

23 nationem expensarum, † quia tunc iudex applõnis nõ põt in talibus expensis, super quibus iudicatũ non fuit, se intromittere, vt no. pbat, & cõcludit Ang. Aret. in l. cũ in vna, col. fin. ff. eo. in prin.

24 vbi tñ Io. de Ana. aliter dicẽtẽ refert. ¶†Idẽ est ɔ̃, si iudex appellationis simplr̃ absoluit ab expẽsis, absolutio gñaliter facta vr̃ ab omnibus, tam in causa principali, q̃ in causa ap. vt not. Ful. tradit in cõs. clviij. dña Grauolina. ¶Postremo circa qõnẽ de expensis,

25 quam late Abb. hic prosequit̃, primo nõtandũ est, † dũ æquipa-

b rationẽ facit de tutore ad platũ, vt in l. non ignotum. & ibi gl. C. de admi. tut. & idem Abb. dicit in c. j. in fi. §. vt lit. non contesta. vbi proprie in terminis loquit̃ de expensis, vt hic. Et pro tali equiparatione facit glo. pen. in c. ex literis. j. de pig. in c. qualiter, & qñ. el ratione. ij. in ver. rationem. j. de accu. & in c. similiter. i gl. in fi. xvj. q. j. & tradit Inn. in c. cũ deputati, vbi do. Abb. circa fi. §. de iudi. & gl. & Bal. in l. præses. C. de transa. & idem gl. insti. de suspe. tu. in vers. interdici. in §. si quis aũt. Sed tñ in ɔ̃riũ est gl. not. in c. fi. v. q. iij. quæ pluribus rationibus efficaciter pbat ꝙ nulla equiparatio sit inter tutores, & prælatos. Et vltra ea, quę ibi dicit quantũ ad materiã nostram, quod hoc aperte dr̃ differentia inter prælatũ, & tutorẽ. Nã prelatus vtilitatem sperat, & obtinendo cõsequit̃ ex lite, quã pro ecclesia instituit, non sic cõtingit in tutore. Itẽ officiũ tutoris necessariũ est. vnde facilius excusari debet, q̃ prælatus, qui propria sponte administrationẽ platurę suscepit, per ea, quæ hñr in l. tutorẽ. ff. de his, qui vt indi. in l. quęsitũ. ff. d' in ius voc. Cõcludendo dici põt generaliter, & absolute ꝙ talis equiparatio nõ procedat, per rationes, quas gl. adducit in loco pręalle. Sed quantũ ad propositam qõnem hæc talis argumentatio vr̃ habere locũ, quatenus prælato cõuenire põt, quia si haberet propriũ, & calumniosam litem fuerit prosequutus, de proprio tenet̃ satisfacere, put dr̃ de tutore in d. l. non est ignotum. Si vero prælatus nõ haberet proprium, cogitur soluere de fructibus, sm ꝙ Abb. hic distinguit.

26 Et isto respectu equiparatio tutoris verificari non põt. ¶†Secũdo dum incidenter Abb. dicit vtrum clericus faciat fructus suos, iuxta gl. in c. fi. de offi. ordi. in vj. est profunda qõ, quæ altiorẽ postularet indaginẽ, quã late Abb. prosequit̃ in c. cum esses. in repe. col. ix. ver. pluraliter quæro. j. de testa. idem Abb. in c. fi. j. de pecu. cle. & in c. de multa. j. de præb. Cal. in c. ij. de pec. cle. & Car. in cle.

27 gratię. col. pe. de rescr. ¶†Tertio aduertendũ est ad illud, ꝙ Abb. dicit de prælato, qui agit de consensu capituli. Nam idẽ dicendũ est in ptælato solo, si nõ haberet capitulum, vt voluit glo. not. in c. potuit. in ver. expelli. j. de loc. & idẽ Abb. sequitur in c. j. col. fi. §. de do. & contu. dicẽs ꝙ vbi solus est prælatus, tantã potestatẽ habet solus q̃tam rector cũ capitulo, vbi capitulũ est. Et idẽ Abb. in c. imperatorũ, col. ij. §. de iura. & Ro. in cõs. xxxvj. visa disceptatio-

28 ne. ¶†Quarto dum Abb. cõcludit ꝙ clericus, qui tenet̃ satisfacere de reditibus beneficij, iuxta c. peruenit. d' fideiuss. debet deducere expẽsas, ne cogat̃ mẽdicare in opprobrium clericatus. xcvj. dist. c. diaconi. Ista cõclusio cõfirmat̃, †quia clericus habet bñficiũ

29 ne cõueniat̃ vltra quàm [c] facere põt, vt tenet gl. in l. miles. [d] ff. de

c

d re iud. quã Bar. & doc. cõiter sequuntur. & prosequit̃ ibi Alex. & idẽ Abb. post alios in c. Odoardus, de solu. Et ideo debet deduci ne egeat. l. inter eos. ff. de regu. iu. in fi. l. in cõdẽnatione. ff. de re iur.

30 † Ex quo infert̃ ꝙ clericus, tali casu capi non põt. † Et est cõclusio

31 gñalis ꝙ clericus pro cã ciuili capi nõ põt, vt no. Ioã. and. & Do. in c. si clericos. de sen. excõ. in vj. Abb. in d. c. Odoardus. de sol. in secũdo no. & facit tex. hic, qui loquit̃ cõditionaliter, si habeat proprium. Secus ergo si nõ habeat, quia excusat̃, si soluere nõ põt. c. tu. j. de vsu. & iste excę. q respicit moderationẽ executionis, sem per opponi pñt, vt no. in l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. mat. & per Bar. in l. j. C. de iur. & fac. igno. cũ si. ¶Quinto, & vltimo circa differentiã

32 quam Abb. facit, † vtrũ solus platus agat nomine ecclesię, vel ẽt de cõsensu capituli, q̃tum ad ppositũ ista dña nõ vr̃ ita simplr̃ pcedere, quia aut cõstat euidenter, litẽ calũniosam esse, & isto casu delictũ calũnię nõ debet p̃iudicare ecclesię, vt in reg. delictum

33 de reg. iur. in vj. ẽt si adsit cõsensus capituli, † quia in delicto cõsensus capituli nihil operat̃ in pĩudiciũ ecclesię, vt Abb nõ. pbat in c. j. §. de dolo. & cõtu. in vj. col. ibi, & distinctio, q̃ fit, dicẽs ꝙ talis dña ɔsiderat̃ in his, q̃ pẽdent à ptãte capituli, & plati, & sic pcedũt gl. q in plurib. locis ɔsiderãt, an cõsensus capituli adhibeatur vel nõ. Sed in delictis si nõ attendit̃, vt latius ipse ibi prosequitur. Aut dicimus euidẽter non esse calũniosam, & sicut factũ plati simul, & capituli, nocet ecclesię in expensis, vt Abb. hic dicit, quia

34 in iudicialib. ita pariter dicendũ est ꝙ qñ solus platus agit. † Nã solus platus sine capitulo nomine ecclesię regulariter agere põt, vt est cõis opi. & ita tenet Inn. in c. edocere. vbi Abb. post alios in [illegible] ver. ad

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Causæ. Adde Dec. in c. sæpe. col. fi. infra eo. tit.

b ¶Hier. Gig. Prælatum. An sit bonum arguere de tutore ad prælatum, vide per Soz. in l. legatum, in j. col. ff. de leg. j.

c ¶Vltra quàm. Idem decis. Tholos. ccxlvj. Gemi. & Phil. Franc. c. si propter. in prin. de rescrip. in vj. ~~Sed contrarium [illegible]~~

d ¶L. miles. Vide plene per Alex. in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. vbi ex allegatis per eum poteris facere nonnullas extensiones.

ver.ad tertiam qonem.s.de rescrip.Host.in sum.§.pe.ver.xc.circa fi.Spe.in tit.de actore.ad fi.Lap.alleg.xlix. licet materia . & Ang. in l.fi.ff.quod cuiusq; vniuer.no.& doc.in c.j.s. de procu. cũ ergo habeat solus prælatus legitimã personam, & agat nomine ecclesię, pͥudicabit ecclesię in expensis, quia sumus in iudicialibus, vt Abb.h̃ dicit,& no.gl.in d.regula, delictũ.de re iud.in vj.differẽtia quã Abb.facit,põt habere locũ in arduis, in quibus solus p̃latus agit,vt tradunt Doc.in locis.s.alle. Videtur tñ ꝙ prælatus qui cõsensum capituli adhibuit in agẽdo, facilius excusetur à præsumpta calumnia. † Sicut dr̃ in simili de tutore, à quo dolus, & culpa abesse præsumitur,† qñ agit de ꝯsensu matris,& propinquorum gl.no.& ibi Bal.in l.Polla.C.de his, qui.vt indi.cum his,quæ Alex.ibi adducit,& idem gl.& Bar.in l.tutor.ff. d' his,qui.vt indi. & tradit Bar.vero.in cautela.xxvij.ratione consilij.

35, 36

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo non tenetur de necessitate præfigere terminum appellanti. Appellari non potest si iudex non præfigit terminum appellanti.*
2 *Appellari non põt quãdo iudex nõ facit illud quod residet in eius potestate.*
3 *Iudex licet repellere posit agentem sine actione, si tamen non repellat, nõ tenetur in syndicatu.quid si reus petat.nu.7.*
4 *Appellari an posit à sententia iudicis, cuius arbitrio quid committitur, vide nume.6. secus si ei præcipiatur nu.5.*
6 *Arbitrium intelligitur boni viri.ideo si iniquè arbitratum sit, potest appellari maximè si modus arbitro sit commissus. nu.8.*
9 *Potest verbum, in iudice denotat facultatem, non necessitatem.*

1 AD hęc.iii. ¶†Not.text. ibi, fas sit,& iudici à quo nõ imponitur necessitas præfigendi terminum appellanti, ª vt per Abb.h̃ qui per hoc infert,ꝙ iudex non grauat partẽ terminũ nõ præfigẽdo, cũ sit in mera eius facultate. Facit text.in l.quidquid.ff.de iu. & cũ non inferat grauamen' sequitur ꝙ poterit appellari.Et ad hoc in terminis est no.dictũ Spec.in tit.de offi.iu.§.impedit.versi. quid si iudex, † vbi cõcludit appellari nõ posse,qñ iudex nõ facit illud,ꝙ in facultate eius residet.Et illud dictũ sequitur.do.Abb.in c.exceptionem.in vlti.no.s.de excep.in c.prudentiam.§.sexta. in fi. de offi.dele.Bal. in l.nec quicquam.§.vbi decretum.col.vj.ver.exemplũ.de secundo.ff.de offi.procon.& leg.& Ang.& Pau.de Cast.in d.l.nõ quidquid.& idẽ tenet Ant.de Bu.in c.super hoc in ij.no. in fin.s.de renun.Et ideo no.dicit Pau.de Cast.in l.vbi pactũ.col.fi.C.de trãsa. † quòd licet iudex repellere agentẽ possit sine actione , vt per gl. ibi.si tamen hoc nõ facit, non tenetur in syndicatu. Alle.d.l.non quidquid.Et hoc idem vr̃ velle Ang. in l.iustitia.§.iuris præcepta. ff.de iust.& iur.& hoc Ang.Aret.hoc idem dicit in l.ab executione.colũ.pen.ff.co.vbi alle.Inn.in c.fi.s.quod met.cau.Facit quod no.Inn. in c.fi.s. de fer. † vbi inquit non posse appellari ᵇ à sentẽtia iudicis,cuius arbitrio aliquid committitur.Quod dictum Bal. sequitur in l.ij.C.quñ, & qñ iud.& Paul.de Cast.in l.videamus.§. deferre.ff.de in litem iuran. prædicta cõclusio declaratur primo, vt procedat,prout loquit̃ tex. hic cũ si. † Secus si præcipiatur iudici,vt aliquid faciat, vt Bal.not.distinguit in d.§.vbi decretum.in loco.s.alle.Secundo limitatur, qñ voluntati iudicis, & libere potestati eius aliquid committitur. Secus vero si arbitrio eius simpliciter relinquatur, † quia d' arbitrio boni viri intelligitur.l.si libertus.ff.de ope.lib. & tali casu si inique arbitret̃ appellari põt,vt est gl.ordi.in c.super his,in ver.arbitrio.j.de accu.not.Aba.per illum tex.in c.j.de dila.gl.& doc.in l.si qua pœna.ff.de verbo.sig.Et ita distinguit Alex.post alios, quos ipse refert in l.j.colũ.pen.ff.de leg.ij.& idẽ Ang.Are.insti.de actio.cõcludit. in prin.col.iiij.in ver. iij.ex hi Tertio qđ.s.dictũ est ꝑcedit, qñ à iudice nõ petit̃.secus si petatur à iudice,vt no.tradit Pau.de Cas.in d.l.vbi pactũ. † dicẽs ꝙ si reus petijt agentẽ sine ctione repelli à iudice,& iudex requisitum nõ fecerit,tenetur in syndicatu.alle.l.iiij.§. hoc aũt iudiciũ. ff.de dam.infec.Sed istud dictum nõ vr̃ verum simpliciter quia si illud,quod petitur,erat in mera facultate iudicis,non vr̃ grauare partẽ,si illud non facit,per supradicta.Ista enim ratio militat,siue petatur à iudice,siue non.& regula,quæ ponitur in d.§.hoc autẽ iudicium.dum ibi petitio partis cõsideratur, non loquitur in his, quæ residẽt in sola facultate iudicis. Saluari tñ põt quod Paul.de Cast.dicit in terminis questionis,in quibus ipse loquitur,quia qñ petitur à iudice,vt repellatur ille, qui sine actione agit, iudex tenetur talẽ repellare,s̃m regulam iuris. Et expresse hoc dicit Bar. in d.l.vbi pactũ. Et isto casu qñ petitur, necessitate iudex. sed qñ non petitur à parte,iudex potest ex officio repellere, vt gl.ibi dicit.Quarto,ꝯclusio.s.facta declaratur, vt habeat locum,qñ absolute iudici aliquid cõmittitur, vt ipse illud facere possit, vel nõ. Secus est qñ aliquid debet fieri s̃m dispositionẽ iuris.Sed modus qualiter fiat in arbitrio iudicis cõmittitur. † & tunc si male arbitretur,appellari põt,vt declarat Aret.in d.c.super his.in fi.Car.in prin.in ver.ad ea,quæ ponit Io.And.¶Quinto,& vltimo limitat̃, qñ est p̃sumptio malitię, vt Abb.hic dicit ꝯ appellantẽ.¶Postremo ad d.l.non quidquid. ᶜ ff.de iudi. aduertendũ est, quia non vr̃ bona cõsequentia.Iudex põt.ergo non habet necesse.Hoc patet in iudice. Nam quidquid facit iudex virtute iurisdictionis illud facit,quia põt, & tñ regulariter necessitat̃. l. munerum.§.iudicãdi.ff.de mu.& ho.in diffinitione iurisdi.per gl.in l.j.ff.de iuris.om. iudi.Et ita honorandus frater meus in l.non quidquid,argumẽtatur.Sed vr̃ posse r̃nderi ꝙ immo valet ꝯña. Iudex põt.ergo nõ necessitatur,† quia verbum põt,dicit facultatẽ simpliciter q̃ non vr̃ habere necessitatem,vt in iudice,est tex.in l.j.C. quomodo,& quando iudex.in fi.Non ob.quòd iudex potest,& tamen r̃laritér cogitur,q̃a illa necessitas nõ prouenit ab ispa potestate, sed aliũde causatur.stante.n.necessitate illa potestas alteratur,& nõ cõsideratur simpliciter, prout Doc. hic loquuntur.¶Non omitto tamen quòd text. in d.l. non quidquid. aliter induci potest, dum dicit.Non quidquid iudicis potestati permittit̃, necessitati subijcitur.Ergo in isto modo loquendi videtur sentire tex.quòd regulariter habent necessitatem ea, quæ potestati iudicis cõmittunt̃. Sed potest responderi,ꝙ cum munus iudicandi necessarium sit, tex.ibi cõsiderauit, quòd regulariter potestas iudicis cum necessitate concurrit.Sed tamen hoc nõ est semper verum, quia quãdoque contingit quòd datur potestas iudici simpliciter, & non necessitatur.Et istud est,ꝙ voluit dicere text. ibi. Non quidquid.

Margin: 1, 2, 3, 4, b, 5, 6, 7, 8, c, 9

ADDITIONES.

a ¶Syl.Ald. Appellanti. Adde.Dec.in c.consuluit.in ii.not.de offi.de leg.
b ¶Hier.Gig. Appellari Vide latissime Fel.in c.exceptionem.de excep.in i.& ii.col.
c ¶Hier Gig. L. Non quidquid.Vide eleganter in pulchro casu per d.Fran. de Curte aliqua dicentem ad illam l.non quidquid.in consi.lxxviii.incip.d. Francisca de Condecha.col.iii.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus compelli potest ad residentiam.*
2 *Residentiam requirit non solum canonicatus.sed beneficia simplicia, et omnia quæ dantur in titulum, nu.3.etiam si modici valoris sint.nu.4*
5 *Residentiam ad faciendam an requiratur citatio monitio, vel sententia.*
6 *Vicarius tẽporalis ponitur, qñ beneficiatus non residet, & in quibus casibus.*
7 *Clericus habens inimicitiam in loco beneficij, potest ponere ibi vicarium.*
8 *Vicarij perpetui sunt, & quando.*
9 *Vicariorum plures species remissiuè.*
10 *Studiosè, id est, accuratè, alibi quòd dedita opera.nu.11.*
12 *Statutum de percussione studiosè facta non habet locum in causali.*
13 *Studiosè in maleficijs an malum animum significet.*
14 *Arripiens iter non dicitur causam prosequi de præsenti.*
15 *Vicario temporali constituto prouideri debet vt commodè viuere posit.*
16 *Viuere commodè, vel sine penuria, an & quomodo differant, & nu.17. quid si competenter, ibi.idem si congruè ibi.*
18 *Appellatio frustratoria, an olim admitteretur.*
19 *Appellatio simpliciter interposita debet secundum regulam iudicari.*
20 *Appellatio à correctione quando admittatur.*
21 *Præceptũ de residendo dicitur sentẽtia interlocutoria, habens vim diffinitiuę.*
21 *C.vt debitus de appel.et cle.appellanti, de appel.an habeant locum in interlocutoria habens vim diffinitiuæ.*
22 *Interlocutoria habens vim diffinitiuæ debet regulari secundum diffinitiuam.*
23 *Sententia qua iudex se pronuntiat imcompetentem, an posit reuocari.*

1 PERuenit.ii. ¶†Primo colligitur, canonicum posse cõpelli ad residẽtiam,& ad seruiendum personaliter, vt per Abb. hic.Et ad idem de canonico,& præbenda est tex. in cap.inter quatuor.in prin. vbi Abb. de cleri.nõ resind.† Et non solum canonicatu. sed etiam beneficia simpliciter personalem residentiã requiritur, & vicarius ibi constitui non potest, vt est tex. in cap.pe. quem Abb.ibi inducit.de cleri.non resin.† Omnia enim beneficia, quæ dantur in titulum residentiam postulant, ª vt not.Inno.Abb. & alij.in cap.fi. eod.tit.de cle.non resi. † etiam si beneficium modici valoris sit.c. conquerente.vbi Abb.in iiij.not.de cle.non resi. ¶Secundo not. quòd ad faciendam residentiam in beneficio non est necessaria citatio iudicialis, sed monitio extraiudicialis sufficit. Nec etiã sententia requiritur, vt per Abba.hic. & idem Abb.latius tradit in c. extirpande.§.quia in repe.colũ.fin.de præben.& in c.quoniã frequenter.§.porro.col.v.s.vt lit. non contest.& idem Abb.in c.qualiter.in iij. not.& in cap. ex parte. in princ.j.de cleri.non resi. Sed tamen cõtra illud, quod dictũ est de sententia, videt̃ tex.hic in fi. dum dicit, priues eundem.ergo videtur ꝙ sententia requirat̃. Ita ponderauit tex.Peru.hic. ad quod etiã text. quem ibi hoc modo notauit

Margin: 2, 3, a, 4, 5

ADDITIO.

a ¶Syl.ald. Postulant. Vide Deci.in c.ad hæc nu.3. de præben.

EX parte ¶ † Primo not. quòd locus, in quo conuenitur, debet esse tutus, argu. text. in cle. pastoralis in §. esto igitur de re iudi. & in c. cũ venerabilibus. §. & hoc ipsum. de sen. exco. in vj. Facit tex. in c. accepimus. de fid. instru. in c. cũ personę. de priui. in vj. † Et ideo licet quis promiserit q̃ possit conueniri vbicunq; fuerit inuentus, tamen non poterit in loco non tuto conueniri, vt not. Angel. dicit in l. cum res. & ibi Alex. in j. col. ff. de leg. j. ¶ † Secundo not. q̃ locus iudicij debet esse tutus non tantum domino. sed etiam alijs pro eo interuenientibus, vt hic. & de quo in gl. j. videbimus. Et sicut partibus, ita etiam iudici locus esse debet tutus. in c. statuimus. vbi Do. de offic. de leg. in vj. Facit tex. in cle. j. de for. compe. † Vnde si locus nõ sit securus, iudex debet alium locum idoneum, & tutum eligere. c. dilecta. j. de confir. vti. vel inuti. Et no. Io. And. & Do. in d. c. statuimus. Sic etiam mutatur locus in eo, qui certo loco soluere promisit. † Nã si locus ille efficiatur non tutus, vt quia forte creditor à tali loco bannitus sit, poterit alibi debitorem cõuenire, vt est tex. no. cũ gl. ibi, in l. vsuras. C. de sol. quem pro sig. Ro. tradit in no. lxxiij. Senensis. & quod idem Rot. voluit per illum tex. in cõsi. cclij. quæritur primo. colũ. pen. ¶ † Tertio not. q̃ quoties quis est citatus ad locum non tutum, toties poterit appellare, licet prima, vel secunda vice non appellauerit, quia hoc grauamen reiteratur, † & successiuum est, & à grauamine successiuo semper appellatur, vt per Abb. hic. & hoc tenet Spe. eo. tit. §. restat col. fi. & Bal. in l. ij. in ver. secundo quæritur. C. de epi. audi. & prosequit̃ Peru. hic, in v. illatio. & vltra eum idem sequitur Card. in cle. j. in prin. circa si. q. xxxiij. de for. compe. Pau. de Cast. in cõs. xxv. super primo. in iij. col. Et ad hoc bene facit quòd no. Arch. ij. quæst. viij. in c. hortamur. vbi inquit, q̃ licet exceptio loci non tuti, dilatoria sit, qua tamen grauamẽ reiteratur, & successiuam habet causam, etiam post lit. conte. quandocunq; opponi põt. Et Bal. hoc idem tenet in l. peremptorias. col. iij. ver. pone aliquis. C. sen. rescin. nõ poss. cũ si. vt tradit Alex. i l. de etate. col. iiij. ver. & scias. ff. ad Treb. Et idem in simili de ferijs dicunt Bal. & Ange. in l. j. §. sed excipiũtur. vbi Alex. sequitur. colũ. j. ff. de fer. Et quanuis ista sit cõmunis opi. vt colligitur ex præcedentibus, non tamen concludenter vr̃ pbari in isto tex. in quo Abb. potissimum fundamentũ facit, dũ dr̃ hic, quoties. quia ista dictio, quoties, potest dici q̃ ponatur respectu diuersorũ iudicum, & sit sensus, à quolibet iudice faciẽte citationẽ ad locũ non tutum appellari põt. Et hoc suadet̃, quia loquitur text. in numero plurali. ibi, quoties ad illos iudices, vos vocari contigerit. Nam inductio cõmunis bene procederet, si illa dictio quoties, ad eundem iudicem referret̃. Retenta tñ cõi opi. primo declaratur vt procedat in isto grauamine loci non tuti, q̃a vt dictũ est, licet in prima vice, vel secunda citatus non appellauerit, poterit tñ postea, q̃n citatio reiteratur, appellare. Secus in eo, qui cõparuit coram iudice suspecto, quia si à principio illum nõ recusauit, vlterius postmodũ non audit̃. c. inter monasterium s. tit. j. Et rationem diuersitatis tradit Ant. de Butr. in c. dilectus filius in ij. col. ver. nota bene. s. de re scrip. Secunda cõis opi. procedit, q̃n appellatur a grauamine illato per nouam citationem, & nõ est lapsum tẽpus appellationis. Secus vero si à grauamine de præterito appellaret̃. nam appellatio nõ procederet. Ita notanter Imo. post Ant. de Bu. in cle. causam de elec. col. x. ver. aduertat tñ appellans. Quod dictum valde extollit Peru. hic. Et h̃ de plano vr̃ procedere, q̃n à grauamine pręsenti appellat̃, prout isti loquunt̃. sed in dubio q̃n appellatio simpliter interponeret̃, idem putarẽ dicẽdũ, cũ grauamẽ sit successiuũ, in quo appellatio fundatur, & in dubio iterpretatio fit vt actus valet. l. quoties. ff. de re. dub. & l. iij. de testa. mil. Tertio, cõmunis, cõclo limitat̃, nisi iudex expresse pronuntiaret locũ esse tutum, † tũc. n. debet appellari intra. x. dies. s̃m Bal. in addi. Spe. in ij. colũ. eo. tit. & simpliciter hic sequit̃ Peru. hic. & idẽ voluit Ro. in iiij. decis. nõ. quod vbi dicit. in tit. de resti. spo. in antiquis. † vbi cõcludit spoliatum post longum tẽpus posse appellare: quia grauamẽ successiuum est, nisi inferat̃ grauamen per sñiam diffinitiuã, vel interlocutoriam. & ita sentit expresse quod Bal. dicit. Sed tamen in hoc aliter sentit Imo. in d. cle. cãm. dicens q̃ licet expresse non pronuntiet̃, nihilominus citatio facta per iudicem dr̃ sñia interlocutoria, q̃a omnis vox iudicis faciẽs ad cãm, interlocutoria est. Non tñ recedendũ est ab ista limitatione, quæ vr̃ habere bonam rõnem in terminis, in q̃bus isti loquunt̃. quia q̃n expresse declarat̃ locũ esse tutum, si nõ appellat̃, hoc pro veritate hr̃, quia sententia trãsit i rem iudicatã. c. q̃ ad cõsultationẽ. s. de re iud. ideo nõ põt appellari, quia nullũ grauamen de pñti esse reputat̃ ex quo declaratũ fuit locum esse tutum. Sed q̃n simpliciter quis citatus fuit, non est sic, si non appellauit pro illo grauamine illato, & sibi præiudicabit. sed p̃ hoc præm-

præiudicium non fit in alijs, quia vnus actus citationis nõ extenditur ad alios, qui se quuntur, arg. l. voluntate. C. de excõ. tut. in l. fi. C. ne vxor pro ma. Tota vis ergo cõsistit, qualiter verba concipiantẽ. Nã si simplr̃ citatio facta sit, habet locũ cõis opi. Si vero sit facta citatio, & dictũ sit locũ citationis esse tutum, ꝓcedit ista li-
10 mitatio. ¶ † In gl. ibi, oẽs sui. No. ꝙ locus iudicij dẽt esse tutus omnibus, qui ad iudiciũ in fauorẽ partiũ venturi sunt. Ad hoc est bonus tex. in auct. habita. C. ne fil. pro pa. ibi, tam ipsi q̃ eorum nũtij veniãt, & habitent in eis secure. & Bal. ibi in v. no. Et ex h̃ Abb.
11 infert, † ꝙ si locus non sit tutus procuratori, sed domino, non tenetur tñ dñs cõparare, vel si tutus sit procuratori, nõ dño, nõ cogitur dñs procuratorẽ cõstituere, per text. hic, qui alternatiue loquitur. vñ sufficit ꝙ in altero sit timor. & ita Abb. tenet opi. Host. ꝯ Inn. quã ẽt Imo. & Peru. hic sequunẽ. Sed tñ opin. Inn. vr̃ probabilis, pro qua vr̃ tex. in c. olim. s̃. de test. ibi, partibus, si fieri põt, vel procuratorib⁹ earum, ad locũ idoneũ, & securũ conuocatis. Sufficit ergo ꝙ procuratores vocati sint ad locũ tutũ, qñ dñs vocari nõ põt, Facit tex. in l. Papinianus exuli. ff. de min. & in l. sed & si prætorẽ. §. j. ff. ex qui. cau. ma. licet Imol. his iuribus conetur re-
12 spondere in c. q̃relam. s̃. de procu. & in l. q̃sitũ. ff. de re iud. † Et ista opi. Inn. cõprobatur ex eo, ꝙ not. Ang. in dispu. inci. Bononieñ. in iiij. dubio. vbi cõcludit ꝙ citatus ad locũ non tutũ teneẽ mittere procuratorẽ, si habere idoneũ põt. Et sequiẽ Alex. in d. l. de etate. ff. ad Treb. Nõ ob. tex. hic, qui pro maximo fundamento ponderatur pro opi. Host. dũ loquiẽ alternatiue, quia verba illa. Tu, vel tui. hoc modo intelligi pñt, ꝙ si tu citatus sis ad locũ nõ tutũ, nõ teneris cõparere, & poteris appellare, & idẽ in ꝓcuratoribus citatis ad locũ non tutum. Nam nec ipsi cõparere tenenẽ, & in eis pariter habebit locũ dispositio huius tex. Nõ aũt intendit dicere ꝙ dñs excusẽ, si locus nõ sit tutus ꝓcuratoribus. Et ita hoc modo tex. iste euitari põt. Aliꝫ ẽt rñsiones nõ obstant, & ad primam, dum dr̃, ꝙ personaliter quis cõparere nõ cogitur, dici põt ꝙ ex cã arctari q̃s põt ad ꝑsonaliter cõparendũ, qñ iminet aliqua necessitas. c. j. in fi. de iudi. in vj. Et causa iusta vr̃, qñ locus non est tutus
13 procuratori. † Non obst. alia ratio, dũ dr̃, ꝙ in arduis quis tenetur
14 ꝓcuratorẽ cõstituere, vt no. in c. q̃relã. s̃. de procu. † Nam fallit ista ꝓclo, qñ locus nõ sit tutus dño principali. Ita probaẽ in d. c. cũ olim. s̃. de testi. in ista tamẽ quæstione probabilem distinctionem
15 tradit Maria. Sozi. in tracta. de dilatio. arg. xviij. q. v. ¶ † In fi. gl. notandũ est, ꝙ quis non teneẽ credere literis salui cõductus, [a] vt dr̃ in c. accedens. allegato in gl. Et hoc verũ intelligitur, qñ locus nõ
16 est tutus ꝑꝑ inimicitias. † Secus si ꝑꝑ guerrã, quia tunc bene credẽdũ erit literis salui cõductus, q̃ cõcedi, & obseruari solẽt, vt tradit Rot. ĩ deci. xij. itẽ licet guerrę. in ti. de do. & cõtu. Facit ꝙ no. Io. And. & Doc. in c. cũ non liceat. de præscri. Et istud ꝙ proxime dictum est, bene procedit, qñ s̃m morẽ patriꝫ talis saluus cõductus omni respectu redderet illũ securum. secus vero vbi timeret vim inferri cãæ, ꝑꝑ aduersariorũ potentiã. Nam tunc nec talibus literis debet se cõmittere, vt tradit Io. And. in tit. de accu. in iij. parte. §. fi. in ver. quid si bãnitus. Ang. in dispu. inci. Bonon. in iij. dub. in l. ij. §. ꝙ diximus. ff. si quis cau. Peru. circa fi. hic. & Alex. in l. nam ꝙ ff. ad Treb. Hoc tñ vltimũ dictũ reprobaẽ per Maria. in d. tract. de dila. in loco palle. s̃. in xviij. arti. in v. q. in ver. sed tu aduerte. Dicit. n. ꝙ cũ respectu personꝫ sit tutus, debet cõparere personaliter & si timet ne vis inferaẽ in causa, poterit iudicẽ recusare, nisi s̃m eum, esset cõtentio de aliqua re, quæ ad locũ citationis deberet portari. Nam tunc posset sibi offerri. Et tali casu saluari põt, & ꝓ
17 cedit ꝙ Io. And. & Ang. dicunt. ¶ † Extra gl. dñs Abb. late discutit an citatus ad locũ nõ tutũ immediate appellare possit, an vero prius debeat exceptio proponi. Et post alios not. distinguit, vt per eum hic. & eandẽ distinctionẽ in effectu posuit Imo. in d. l. de etate. quẽ refert, & sequiẽ ibi Alex. ff. ad Tre. Et si bijcit ibi Alex. veriorẽ esse opi. Paul. de Eleaza. in cle. quia cõting t. de reli. dom. qui tenet indistincte ꝙ possit appellari, per text. hic, qui generaliter loquiẽ. Bene facit verbũ, libere, ꝙ ponderaẽ per do. Abb. hic, & cõprobaẽ rõne. Nam tale p̃ceptum grauat. ergo põt appellari. c. vt debitus. j. eo. Et sufficit grauamen re ipsa, vt no. in c. dilecto. s̃. eod. Nec placet limitatio Cald. quam Abb. hic sequitur dum dicit appellationẽ nõ iustificari ex grauamine illato re ipsa, qñ iudex probabiliter putabit se non grauare, quia tunc non cõmittit iniquitatẽ, quæ in apppellatione cõsideratur. c. interposita. il. ij. §. fi. j. eo. & qñ non deferreẽ honori iudicis, si ab eo absq; culpa eius recedereẽ, ꝯ illud, ꝙ dr̃ in c. vt debitus. j. eo. Et ita incidenter Abb. hic tradit, dum opi. Io. And. hic refert. Sed ista cõclusio, vt dixi, nõ vr̃ procedere, quia immo sufficit generaliter probare grauamẽ illatũ esse re ipsa, & ꝙ iudex probabiliter errauit. ꝙ patet, q̃a appellatio iustificatur ex nouis probationibus, cũ in causa appellationis non producta producam, non probatum probabo. in c. cũ Ioan. s̃. de fid. instru. l. per hanc. C. de temp. app. Non obst. ꝙ tali casu non arguiatur iniquitas iudicis, quia est iniquitas re ipsa, q̃ sufficit, vt dictũ est, & probatur in c. cum causam. j. eo. vbi Abb. in vlti. no. Facit tex. in l. j. in prin. ff. eo. tit. Similiter nõ ob. ꝙ nõ cõsulaẽ honori iudicis, ex quo ab eo recediẽ absq; culpa eius, quia sufficit quod ex causa recedatur à iudice, licet culpa sibi non adscribatur, vt in d. cap. vt debitus. vt patet ex prædictis.

ADDITIO.

a ¶Salui conductus. Vide per d. Fely. in c. accedens in j. col. vt lit. non contest. & in modo salui conductus vide per eundem do. Phil. Dec. consi. 51.

SVMMARIVM.

1 *Procurator potest constitui per literas.*
2 *Testes deponentes quòd literæ sint manu alicuius, qualiter debeant deponere.*
3 *Sigilla plura potest quis habere ad diuersos actus.*
4 *Sigillum ordinarij non facit fidem, nisi in pendentibus ab eius officio.*
5 *Limitata causa limitatum parit effectum.*
6 *Literæ secundæ non valent tacito de primis.*
7 *Signum notum si quis adserat excusatur dans ei aliquid.*
8 *Bidellus tradens librum scholaribus excusatur.*
9 *Nuncio cõsueto dans aliquid excusatur, sed non in rebus magni ponderis, nu. 10. & vide nu. 11.*
12 *Præsumptio si sit aliquem abstulisse signum quem defert ei non creditur ratione dicti signi.*
13 *Forma conuentionis attendenda est in no. casu.*
14 *Credulitas leuior sufficit, vt doli præsumptio excludatur.*
15 *Debitori generis incumbit periculum.*

Significauit. ¶ † Primo not. procuratorem posse constitui per literas priuatas [a] cõstituentis, vt Abb. declarat hic. Ad idẽ tex. in l. j. §. procuratorem. ff. de procu. in c. cum contingit. s̃. de transa. & in c. cum dilectus. j. de relig. do. debet tamen probari ꝙ sint literæ manu constituen-
2 tis scripte. † Et ad probandum hoc, non sufficit ꝙ simpliciter testes hoc dicant, vel quod de literarum comparatione attestatur, sed debent dicere se fuisse præsentes, quando scripte fuerunt, vt Bar. not. tradit in l. scripturas. C. qui pot. in pig. ha. in l. nuda ratio. in ij. col. ff. de dona. Ant. de But. inc. ij. in iij. col. s̃. de fid. instr. cũ si. vt prosequiẽ Alex. in ꝯsi. cxxiij. discussis hesitationib. in iij. col. li. j.
3 & in cons. lxxx. viso ꝓcessu. col. ij. lib. iiij. ¶ † Secundo colligiẽ hic, ꝙ quis potest habere plura sigilla destinata ad diuersos actus, & sigillum deputatum ad vnum actum, in alio actu fidem non fa-
4 cit. Et ideo Aret. per istum tex. in c. post cessionẽ. s̃. de proba. † arguit, & concludit ꝙ sigillum ordinarij [b] non facit fidem, nisi in ꝑtinentibus ad officium, licet aliter ibi dicant Ant. de But. & Abb.
5 † Ad hoc facit, quia limitata causa limitatum effectum producit. l. in agris. ff. de re. do. l. fi. & q̃d ibi Bal. C. ad Maced. l. fi. & ibi Bal. C. de iur. om. iud. cum si. Conclusio prædicta limitatur nisi ex cã vt per Abb. hic, qui simile adducit, quia etiam annulo alterius signari potest testamentum. §. possunt. insti. de testa. Hoc tamen simile, & fundamentum non videtur esse tutum, tenendo illud, ꝙ voluit Io. Fa. in d. §. possunt. ꝙ speciale sit in testamento ꝙ annulo alieno signari possit. Secus vero in alijs dispositionibus. Et rationem diuersitatis ibi adducit, & sequiẽ Alex. in l. si vnus. C. de test.
6 ¶ † Tertio no. ꝙ secundę literę non valent, qñ sunt impetrate, nõ facta mentione de primis. Cõcordantia iura in gl. sunt. Et nedũ de primis literis. sed ẽt de clausula eleganti, quę in primis inserta fuisset, mentio fieri debet, tex. est no. in c. ij. s̃. de do. & contu. & de
7 his plene habetur in c. cęterum. s̃. de rescrip. ¶ † In gl. j. in fi. ꝑ istã gloss. inferunt Anto. de Butr. & alij, ꝙ excasatur ille, qui rem aliquam tradit alicui venienti cũ signo [c] noto illius, cuius nomine se venire refert. & ita quotidiꝫ fit. Idem ẽt Bar. dicit in l. si quis
8 vxori. §. apud Labeonẽ. circa fi. ff. de fur. † vbi in bidello loquitur tradente librũ scholaribus. Et a fortiori hoc procederet, qñ conuentum esset de signo dato, vt not. Ange. in l. j. ff. de eo, per quem fa. erit. Et ita aliàs de facto contigit in quodam hospite in ciuita-
9 te Luca. Et idem dicendũ est, † qñ nuntius esset cõsuetus, vt not. Bar. in d. §. apud Labeonem, & probatur in l. argentum. ff. cõmo. Bal. in l. si is, cui. ver. quæro. nunquid. C. de fur. Facit tex. in c. significante,

ADDITIONES.

a ¶Hie. Gig. Priuatas. Formam literarum priuatarum quibus procurator constitui potest, vide per Abb. in sua prac. in rub. de for. procu. sub sigil. consti.
b ¶Hie. Gig. Ordinarij. Adde eundem Deci. in c. post cessionem supra de prob. in ij. iij. & iiij. col.
c ¶Signo. Vide Ias. in l. j. de eo, per quem fac. erit Deci. in l. cum fundus. §. j. nu. 14. si cert. peta.

ficante.& quod ibi Abb.j.de pig. Et cōſiderandū eſt in prædictis caſibus,ꝙ nedū à dolo.ſed ēt à culpa iſte vr̄ excuſari,& ita vt nullo modo teneatur,ēt ſi culpa leuiſſima ſit,vt colligitur in d.l.argē-tum.ff.commo. † Et concluſio prædicta procedit in his,quæ ſunt leuis p̄iudicij.Secus eſt in rebus magni ponderis,quia nullo modo credendum eſt, vt Abb. hic dicit. Hoc ſuadetur ratione, quia aliàs cum leui ſigno poſſet petere rem magni valoris.Nam ſignū bene probat ꝙ veneat nomine illius. ſed non ꝙ petat hoc. Bene facit quod not.Bar.in l. Lucius.ff.de fideiuſ. Putarem tamen hoc limitari poſſe,niſi vltra ſignū quod attulit,ēt rem petitam in loco aliquo, vel ſpeciali demonſtratione deſignaret. nā tunc etiam in rebus præiudicialibus eſſet credendum,argumento eius, quod dictū eſt de ſigno dato. Nam in ſigno conuento in diſtincte credendū vr̄. quia partibus ſic placuit arg.l.j.§. ſi cōuenerit.ff. de po. ¶†Secundo,concluſio prædicta limitatur, quando ille cuius nomine nuntius venit,erat conſuetus talia ſigna mittere, vel ſi talis conſuetudo eſſet in loco,vt per Abb.hic.In quo tamē aduertendum eſt, quia etiam abſque alia conſuetudine perſonæ, vel loci, quod dictum eſt, videt̄ procedere, quia per ſignum, quod tranſmittitur,voluntas mittentis ſatis arguitur. Sed dictum iſtorū ſaluari poteſt in his,quę ſunt magni prçiudicij, in quibus regula ſupradicta non procedit.¶†Tertio fallit,quādo eſſet præſumptio, vel coniectura ꝯ portantem tale ſignum, ꝙ illud abſtuliſſet. Do. Ant.& Abb.hic.arg.l.j.§.ille aūt.C. d̄ late.libe.tol.¶†Quarto fallit,niſi actum eſſet ſpecialiter de perſona, per quam res deberet tranſmitti. Nā tunc à forma conuentionis recedendum non eſt, vt no.Bal.in d.l.ſi is,cui.C.de fur.bonus tex.in l.eū q.§.fi.ff.cōmo. facit quod tradit Paul.de Caſt.in conſi.ccxciiij. Viſu ſupraſcripto puncto.col.j.Et in iſtis limitationibus non excuſatur iſte,qui credidit, à culpa, quo minus teneatur ſecundū qualitatem contractus,excuſari tamen videtur à dolo.†quia leuior credulitas ſufficit,vt præſumptio doli remoueatur, ex eo,quod no.Fulg.voluit, & Alex.ſequitur.in l.Polla.C. d̄ his,qui.vt indi.¶†Quinto,& vltimo,regula procedit in debitore alicuius rei in ſpecie. Secus eſt in debitore generis, quia indiſtincte periculum ad ipſum debitorem pertinet.d.§.item Labeonem.vbi Bart. per illum text.hoc dicit Abb.hic,& Bal.in d.l.ſi is,cui.

SVMMARIVM.

1 *Superfluum non dicitur quando quid repetitur diuerſis reſpectibus.*
2 *Petens aliquid demonſtrare tenetur vt reus certus reddatur.*
3 *Libellus certus eſſe debet,ſatis eſt colligere quid actor velit.nu.6.*
4 *Libellus ſi non declaretur,ei non tenetur reus reſpondere.*
5 *Libellus generalis procedit parte non opponente.*
7 *Libello incerto qualiter excipiendum ſit ſecure.*
8 *Exceptio obſcuritatis ante litem conteſtatam opponi debet.*

Significantibus. ¶Hæc decretalis ad literam ponitur. s̄. in tit. de libel.obla.Nec ob.arg. de ſuperfluitate, quia reſpondetur vt per abb.hic, & idem abb.in tit.de lib. obla.in c.ſignificantibus. † Nam per iſta iura cōcludit,ꝙ non ſit ſuperfluum[a] qn̄ idem repetitur diuerſis reſpectibus.Et hoc diem no. Do.in c.quoniā.x.di.Ro.in l.quāquam.in prin.in vlt.no.ff.de aqua plu.arc.Facit ad hoc tex.in l.ſi à Titio.ff.de rei ven.in l.apud Celſum.§.ſi à Titio.ff. de except.do. Nam iſtis tribus locis ad literam idem caſus ponitur.[b] † Ex iſto text.colligitur ꝙ ille, qui rem aliquam petit illam taliter demonſtrare debet, vt reus certus reddatur. [c] Facit text. in l.ſi in rem.in prin.ff.de rei vē.† Sic enim libellus porrigi debet, vt aduerſarius certus ſit,an velit cedere, vel contendere.l.j.in prin.ff. de eden.& ideo Cy.in auc.offeratur.C.de lit.conte.in diffinitione libelli dicit,ꝙ eſt ſcriptura breuis claram continens intentionem agentis. Refert abb.in rubr.de libe.obla.& latius in c.j.in j.no.eod.tit.Et ſi libellus non declaretur,non tenetur reus reſpondere. † vt Abb. dicit in c.ij.in pe.no.de lib.obla.& idem Bal. prius voluit ī l.fi.col. iiij.ver.opponitur.C. de codicil.† Et prædicta vera ſunt, ſi opponitur per eum ꝯ petitionem generalem. aliàs vero generalis procedit parte non opponente.l.fi.C.de anna.excep.†Et hoc verum eſt,dūmodo ex narratis colligi poſſit quid actor velit,vt not.Bart. dicit ī trac.ad repri.in verbo,figura iudicij. in ij.col.Et cautus debet eſſe reus,qui ꝯ generalem libellum opponit, vt non petat libellū declarari, quia ſic actor inſtrueretur. ſed dicat abſolute libellū nō procedere,† & petat ſe abſolui ab obſeruatione iudicij. Nam tali caſu ſi actor ante litē cōteſtatā nō declarat, nulla eſſet ſententia,quæ pro eo ferretur.Ita Spe. docet in ti.de libel.cōcep. §.fi.ver.cautus.col.pe.anto.de Bu.in c.fi.in j.q.s̄.de lib.ob.Pau.de Caſt.in l.edita.in iij.col.C.de eden.Alexan.in l.j.in prin.ff.de edē. † Et talis exceptio obſcuritatis ante litem conteſtatā opponi debet ſecundum Bal. in l.exceptione.col.iiij.ver. deinde dico.C.de proba.quem ſequitur alex.in d.l.j.in prin.ff. de eden. Reliqua dicatis vt per docto.hic.

ADDITIONES.

a ¶Hier.Gig. Superfluum. Vide Frand.Curti.in conſi.lxxviij.incip d. Fran.
b ¶Syl.Ald. Ponitur. Ad idem eſt tex.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.
c ¶Hie.Gigas. Reddatur. Vide circa iſtam materiam quæ latè ſcribit Iaſ.in §. curare.Inſtitut.de actio.vbi diffuſius cęteris examinat iſtum articulum.videlicet an & quando libellus incertus admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo poteſt præfigere terminum appellanti.*
2 *Impedimentum proueniens ex facto principis impedit curſum termini præfixi ad proſequendam appellationem.*
3 *Terminus conſtitutus ad finiendam appellationem, ſi nō valet reſpectu finis, valet vt valere poteſt reſpectu proſecutionis.*
4 *Dilatio ſi non valet vt agitur, valet vt valere poteſt.*
5 *Actus in iudicijs ſemper valet,ut ualere poteſt.*
6 *Iudex inferior non poteſt ſuperiori legem imponere.*
7 *Iudex à quo non poteſt terminum præfigere appellāti ad finiendū appellationē*
8 *Appellationem finire pertinet ad iudicem ad quem.*
9 *Exceptio cognoſcenda coram eccleſiaſtico,ſi proponat̄ coram ſeculari,nō poterit ſecularis terminū præfigere infra quem debeat ꝓponi,& probari.*
10 *Statutum quòd qui obtinuit inhibitionem ab eccleſiaſtico debeat infra certum terminum expediuiſſe,non valet.*
11 *Terminus legitimus dicitur terminus præfixus ab homine.*
12 *Recuſari non poteſt iudex eo quod habeat commenſalem aduocatum alterius partis.Niſi ei eſſet multum fauorabilis,nu.16. & eſt arbitriū iudici, nu.17.*
Neque ſi filius eius ſit aduocatus vnius partis litigantium coram eo nume.13.
Poteſt recuſari ſi habet familiaritatem cum inimico aduerſarij.nu.14.
15 *Amicus inimici mei,inimicus meus præſumitur.*
18 *Terminus præfixus ab homine præueniri non poteſt.*
19 *Notorium dicitur quod ex actis colligitur,non in ſtatuto.nu.22.*
Et quod in iudicio probatum eſt.nu.20.
21 *Acta non faciunt eſſe notorium ut iudex debeat ſecundum illa pronūtiare,niſi ſit concluſum in cauſa.*
23 *Iudex ex officio ſupplet in notorio quod exactis colligitur,etiam nemine opponente,limita nu.26.*
24 *Iudex poteſt repellere teſtem conſaguineum quando conſtat exactis.*
25 *Notorium quando conſtat exactisnon eſt, allegandum.*
27 *Petere dicitur pars quando colligitur ex libello,vel exceptionibus.*
28 *Iudex procedit parte abſente tanquam ſuper notorio,quando ius partis redactum eſt in actis.*

Ex inſinuatione. ¶†Primo not.ꝙ iudex à quo, pōt terminum præfigere appellāti. & hoc in ſubſidium, prout innuit text. hic. & dixi in c.perſonas.s̄.eod. ¶†Secundo ꝙ impedimētum proueniens ex facto principis, impedit curſum termini præfixi ad proſequendum appellationē,vt colligit̄ ibi,lis intacta permanet & ibi,abſq; dāno morę. & ideo non dabitur ſecundus annus, ex quo primus non currit. Sed tn̄ iſte tex.euitari pōt intelligendo ꝙ lis hic ponatur pro cauſa.Nam licet ſecūdus annus cōcedat̄, verum eſt dicere ꝙ cauſa intacta permanet. & abſq; damno morę. De quo late dixi in c.ex ratione.s̄.eo.¶†Tertio not.ſm̄.cōem intellectū,ꝙ terminus conſtitutus ad finiendam applōnem,ſi non valet reſpectu finis, valet vt valere pōt reſpectu ꝓſecutionis.arg. c.j.de ſpō.impu.in vj. † Et ideo dicit Bal. generaliter hic,circa ſi.ꝙ ſi dilatio nō valet vt agitur, valet vt valere pōt per iſtū tex.hic Facit tex.in c.cum dilecti.de dolo, & cōtu. in l.Celſus.de arb. † Nā generaliter ī iudicijs actus valet,vt valere pōt, vt dicunt Dy.Ray. & Imo.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de ver.ob.arg.l. ſed & ſi poſſeſſori.§.itē ſi iurauero.ff.de iureiur.& quod voluit gl. in l.puto.ff.fa. erciſ.bonus tex.in l.j.& ibi Bar.C.de neg.geſt.cum concor.vt tradit Aret. in d.§.ſi quis ita col.vj.¶†Quarto no.ꝙ inferior iudex non poteſt legē ſuperiori imponere.cōcordantia iura ī gl.ſunt. Et ꝑ iſtū tex. inferūt Doct. † ꝙ iudex à quo nō poſſit terminum præfigere appellanti ad finiendū applōnem. † quia finire appellationē pertinet ad iudicem ſuperiorem appellationis,vt dictum eſt in c.perſonas.in v.caſu ſupra eo.& not.Card.in cle.j.q.xxij.eod.tit.Et per iſtum tex. dicit Barto.in l.ij.ff.de re iudi.in princ. † quod ſi coram iudice ſeculari opponitur exceptio cognoſcēda coram eccleſiaſtico, nō poterit ſeculari terminum præfigere, infra quē debeat proponi, & probari exceptio coram eccleſiaſtico. Et ſequuntur Angel.& Imol.ibi, Bald.in l.quoties.C.de iudi. & idem Bart.in l. præſes.C.eod.Et per iſtum tex.dicunt Cardi.& abb.in cap.ij.circa fi.de eo.qui mit.in poſ.† non valere ſtatutum, quòd qui obtinuit inhibitionē ab eccleſiaſtico, debeat intra certū terminū ſe

expedi-

a expediuisse. Quod declaratur,[a] vt tradit Alex. post Saly. quem refert in in l. Titia. col. iiij. ff. sol. mat. idem Alex. in l. de die. §. tutor. ff. qui satisd. cog. † Vltimo no. retento communi intellectu, quòd terminus legitimus dicitur esse terminus, qui præfigitur ab homine, vt hic, ibi, ad terminum legitimum. Quod notandum est ad ea, quæ habentur in l. iij. ff. de leg. j. † ¶ Gl. j. concludit quòd iudex non possit recusari, licet commensalem habeat aduocatum alterius partis,[b] per tex. in c. j. s. de offi. iudi. vbi hoc videtur probari, & ibi Bar. in prin. Et in hoc gl. communiter approbatur. Et sequitur Perus. in c. postremo. s. eo. in gl. in ver. aduocati. † vbi infert quòd iudex non poterit recusari, licet filius eius aduocatus sit alterius partis litigantis coram eo. Sed ista illatio non bene infertur, quia in filio vltra familiaritatem concurrit cõsanguinitas, & affinitas, & affectio paterna, quæ iudicem magis suspectum reddunt, arg. l. fi. in prin. C. de cur. fur. & l. isti quidem. ff. quòd met. cau. Præterea cõ gl. hic facit, † quia potest iudex recusari si habet familiaritatem cum inimico aduersarij, vt tenet Io. And. in c. legitima. co. ti. in vj. Bal. in l. sciendũ. ff. de leg. cum concor. vt tradit Peru. in c. postremo. s. eo. in xliiij. causa recusati. Ergo videtur à pari dicendum quòd sicut aduocatus potest recusari, ita etiam familiaris, & domesticus aduocati. Non ob. tex. in d. c. j. de off. iud. quia dici potest quòd loquatur in aduocato dato ex officio iudicis, q̃ prius noluit patrocinium suscipere. vnde non videtur talis aduocatus habere tantam affectionem ad causam, sicut ille, qui à principio propria sponte patrociniũ suscepit. ¶ Sed tñ à cõi opi. recedẽdũ nõ est. Et ad rationẽ, q̃ in contrariũ allegaẽ, põt rñderi, q̃ in amico, vel familiari inimici maior rõ vr̃, † quia amicus[c] & familiaris inimici inimicus esse p̃sumiẽ, vt no. Bal. in d. l. sciẽdum, & rõ p̃sumptionis inimicitię magis intẽsa vr̃. Nõ sic in amico, vel familiari aduocati, quia aduocatus nõ tractat ꝓpriã cãm, & cũ nõ agatur de ꝓprio iteresse, illa affectio, quã ad cãm habere p̃sumiẽ, nõ ita cõicaẽ, & extẽdit ad familiares eius. ¶ † Et retenta ɔclõne gl. ẽm Ant. de Bu. limitaẽ, nisi iudex, qui cũ aduocato partis familiaritatẽ habet esset nimis fauorabilis alteri parti, ꝑ istũ tex. hic. Nã ex eo solo q̃ iudex vni parti nimis gratiosus sit, suspectus reddiẽ, vt ꝓbaẽ in c. accedens. vt lit. non ɔte. Et si dicaẽ, ex quo ista cã sola sufficit, familiaritas aduocati nihil operaẽ. Potest dici q̃ stãte familiaritate cum aduocato aduersarij. ex leuiori fauore reddiẽ iudex suspect[us], & totũ videẽ eẽ ĩ arbitrio iudicis. Et ẽt attẽta qualitate aduocati, & maxima familiaritate iudicis cũ aduocato, posset † iudex recusari, ꝑ ea, q̃ tradũt Hos. & Ant. d̃ Bu. ĩ d. c. j. d̃ off. ĩ ver. ecõtrario. in fi. ¶ † In glo. in verbo, expectato. ɔclõ glo. cõiter approbaẽ per Io. And. & alios q̃ tex. intelligaẽ de termino p̃fixo ab homine, q̃ p̃ueniri nõ põt. c. sæpe. s. e. Nã si text. intelligereẽ de termino iuris, ꝓut dicebat Io. glosator, & sequiẽ Inn. ab ipso camerario appellãte de quo tex. loquiẽ, terminus preueniri simplr̃ potuisset. vt Abb. dicit post Io. And. & alios hic. Dicit ẽt do. abb. q̃ ex alio lectura Inn. ꝓcedit, quia in termino iuris ẽt appellatus quãdocũque ꝓsequi potuisset, & terminũ præuenire dũmodo faciat appellãtẽ citari in ꝓsecutione applõnis. vt per eũ hic. Sed ista rõ nõ multũ facit, quia ea attẽta etiam terminus hominis ꝑ appellãtẽ potest p̃ueniri, dũmodo narretur appellationem interpositam fuisse, & terminũ ab hoĩe cõstitutũ esse, vt ꝓbaẽ ĩ d. c. sæpe. s. eo. Et retẽto cõi intellectu q̃ tex. loquatur de termino præfixo ab homine, intelligitur q̃ præfixus fuerit terminus ad ꝓsequendum, & finiendũ appellationem. Sed in hoc Abb. discrepat, quia dicit ipse, si iudex terminũ præfixisset ad finiẽdũ appellationem in curia, partes nõ impetrassent lr̃as extra curiã. Vnde, ẽm eum tex. intelligiẽ, q̃ terminus præfixus fuerit ad ꝓsequẽdũ appellationem respectu inpetrationis literarũ, ad redeũdũ ab interpretatione. Sed tñ verba literæ repugnare vñr, dũ dr̃ q̃ iudex appellationis terminũ præfixit, & q̃ vtraque pars esset ab applõnis ꝓsequutione reuersa. Ista. n. verba nõ vñr solã impetrationẽ literarũ respicere, sed ad expeditionẽ totius causę applõni referuntur. Et idem vr̃ ꝓbari dũ tex. dicit, vt eã teneamur intra dictũ terminum expedire. Non ob. ratio, quã Abb. cõ cõem intellectũ adducit, q̃ extra curiã impetratio facta nõ fuisset, vt. s. dictũ est, quia licet appellatio ad curiã deferatur, nõ tñ cã ibi deuoluitur, vt ibi agitetur, sed istud est in electione appellantis, vt causa cõmittaẽ, vel ibi decidatur, vt per gl. in c. j. §. post hoc. in ver. petierit. in fi. eo. ti. in vj. & ꝓbatur in c. qua frõte. s. eo. Vnde nihil obstat quin causa extra curiam cõmitti potuerit. ¶ In glo. fi. postremo ex dictis Inno. quem Abb. hic refert, tria colliguntur. Primum est, † q̃ notoriũ dr̃ esse illud, quod ex actis[c] colligitur Inno. hoc ꝓbat in c. cũ olim. vbi Abb. j. de ver. sig. no. Bal. in auc. ad hic. col. v. ver. quero nũquit ille, C. de vsu, vbi alleg. tex. in l. qui sñiam. C. de pen. Ang. in l. fi. ff. de pet. her. in gl. fi. Et q̃ ex actis notorium fiat,[d] etiã no. Ang. in consi. x. in causa prædicta, & in consi. ccxlix. primo vidẽdum, circa fi. & idem Ang. in l. ij. in fi. C. de temp. app. Ro. in cõsi. ccxxvij. specialis. vbi alleg. Inn. hic & idem Abb. in consi. xij. & si copiosior. col. ij. in ij. lib. Quidquid. n. † in iudicio probatũ est, notoriũ esse dr̃, ẽm Ant. de Bu. in c. fi. in vj. no. per illũ tex. de temp. ord. Similiter euidens diciẽ, q̃ patet ex actis, vt Bar. dicit in l. fi. ff. de pub. iu. pro quo est text. in c. pen. in princ. de cau. poss. & propri. Et prædicta ɔclusio ꝓcedit quãtũ ad hoc, vt iudex officio suo supplere possit, prout statim dicam. † Sed quo ad decisionẽ causę acta non faciunt rem notoriam, vt iudex debeat, secundum illa pronuntiare, nisi sit conclusum in cã, vt tradũt do. de Ro. in decis. ccccxxx. quam refert, & declarat d. Abb. in d. c. cũ olim. Et ad hoc est glo. no. in c. significauerunt. in versi. liquere. vbi Abb. post alios. s. de testi. ¶ Similiter, & secundo, p̃dicta ɔclusio limitaẽ, nõ habere locũ in mã̃ strictã, † quia appellatione notorij in statuto, nõ venit notoriũ, q̃ ex actis colligitur. Ita Abb. per illum tex. dicit in c. dudũ. el j. col. ij. in nouis. de electione. ¶ † Secũdo notãdũ est, q̃ in notorio, q̃ ex actis colligitur, iudex supplet ex officio suo, etiam nemine petente,[e] sequitur Ant. de Bu. in c. ex tenore. col. v. versic. no. hoc dictum de rescrip. & in c. cum dilectus. col. vj. ver. prædie dicebatur. de consue. † vbi. infert iudicem posse repellere testem consanguineum, quando constat ex actis. Et idẽ Ant. de Bu. in c. bone. el. j. col. iij. vers. procedunt hic, quando factũ nõ est notorium. de post. præla. Et idem Ang. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. fin. in princ. ff. de pac. tradit Alex. in l. j. col. ij. C. vt quæ de aduo. Rom. in consi. ccxxvij. in fi. † Et isto casu non requiritur quòd notorium allegeẽ, vt voluit Ant. de Bu. in cle. appellanti. eo tit. sequitur Rot. co. ti. in ij. decis. in nouis. in addit. Et prædicta conclusio procedit, † nisi causa exigeret formalem petitionem, vel exceptionem, vel quia in habilitas non esset ipso iure, sed parte volente, quia tunc iudex non supplet, nisi petatur, vt no. declarat Ant. de Bu. in d. c. bone. & ĩ d. c. dilectus. in locis pal. † Et dicitur pars petere, quando colligitur ex libello, vel exceptionibus, secundum Bart. in l. si adulterium cum incestu. §. idẽ. Pollioni. circa fi. versi. vltimo possemus. ff. de adul. Sequitur Rot. in tit. de lib. ob. in vlt. decisi. itẽ si in libello in nouis. † Tertio, & vltimo no. est, quòd quando ius partis redactum est in actis, iudex procedit etiam parte absente, tanquam super notorio. Et h intelligitur, quando constat abenti nullã defensionẽ ɔpetere, vt per Abb. hic. De quo dictum est in c. cum sit Ro. in fi. s. eo.

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Declaratur. adde Deci. in c. ij. col. xvij. de iudi.

b ¶ Syl. Ald. Partis. Vide eundem Deci. in c. postremo. col. ij. j. eo.

c H. Gig. Ex actis. vide Barba. in consi. xxxviij. incip. pręclare scripsit psalmista, in ij. volu. vbi multa allegat, & etiam consuluit quòd lex vel statutum prohibens aliquãdo dicit de nullitate, intelligiẽ de nullitate notoria, seu euidenti, prout etiã vult. Bal. in l. j. C. ne lice. ter. prouoca. Panor. in consi. xliiij. inci. in præsenti quęstione. j. vol. & in consi. iiij. incip. in causa, quæ ad præsens vertitur. in ij. vol. & nullitas constans ex actis dicitur euidens. in l. si pars. ff. de inoff. test. & Doc. in locis. proxime allegatis, maxime per Barba. multa vbi. s. allega. Et vide eundem Deci. in c. pastoralis.

d ¶ Syl. Al. Fiat Adde Deci. in c. si quando. in ij. col. de offic. dele. in c. pastoralis. col. iiij. de exep.

e ¶ Hic. Gig. Petente. Adde quòd iudex etiam parte non petente, tenetur repellere actorem carentem actione, quando constat ex actis. gl. est ordinaria in l. vbi pactum, per quam Doc. inferunt in specie ad multas quæstiones. maxime ibi Ias. in iiij. col. cum seq. C. de trans. Et istud procedit & extenditur, etiam si competat actio, sed inefficax I ta Fel. in c. ad aures. in j. col. ver. stantibus istis, vbi declarat postea tripliciter hanc decisi. extra de rescri.

SVMMARIVM.

1. *Pertinere dicitur in eo ad quem res tantum pertinet iure patronatus.*
2. *Libellus in quo patronatus dicit ecclesiam suam procedit.*
3. *Verba libelli intelliguntur secundum capacitatem agentis.*
4. *Libellus in quo laicus dicit ad se spectare ius eligẽdi, intelligiẽ de iure p̃setãdi.*
5. *Pertinere, intelligitur etiam in sola possione.*
6. *Patronus ecclesiasticus debet habere curam ecclesiæ vacantis.*
7. *Monachi possessionem abbati acquirunt, sicut seruus domino, vel filius patri.*
8. *Possessio semel quæsita ex p̃sona alterius, iterũ ex propria p̃sona acquiri põt.*
9. *Appellationem geminare quis potest super eodem articulo.*
10. *Actus quandoque ad cautelam iteratur.*
11. *Institutus qui reperitur in possessione, potest petere se iterum institui, & ex vtraque se tueri.*
12. *Legitimari quis pluries potest.*
13. *Appellatio extraiudicialis dicitur prouocatio ad causam.*
14. *Attentati via competit etiam contra tertium, qui in re attentata successit.*
15. *Attentati remedio condemnatus restituit fructus medio tempore perceptos.*
16. *Facere quando quis tenetur aliquid, intelligitur suis expensis.*
17. *Appellatio extraiudicialis ex verisimilibus, & probabilibus causis iustificatur. secus in iudiciali.*
18. *Appellatio vt iustificetur debet grauamen probari.*
19. *Appellatio non iustificatur vt attentata reuocentur, nisi de veritate causæ pro-*

sæ probetur, quando præsumptio est contra appellantem
20 *Appellatio propriè dicitur in iudicio, extraiudicium prouocatio ad causam.*
21 *Appellationis nomine an veniat extraiudicialis.*
22 *Appellatio iudicialis per oblationẽ probationis exceptionis ꝓposite iustificaẽ.*
Quid quando est præsumptio contra appellantem, nu. 23.
24 *Apostoli dicuntur literæ dimissoriæ.*
25 *Apostoli ꝓpriè nõ cadũt in appellatione extraiudiciali, tamẽ tutius ẽ ꝙ petanẽ.*
26 *Appellatio generalis & in certa extraiudicium admittitur.*
Et an quando appellatur à futuro grauamine, nu. 27.
28 *Attentata contra appellationẽ propter probabilẽ ignorãtiã nõ sunt reuocãda.*
29 *Excommunicatus extraiudicium non appellat.*
30 *Appellatio extraiudicium interponitur ratione causæ de futuro, quando quis verisimiliter timet grauari.*
31 *Appellari à futuro grauamine in iudicio non posse, qu aliter procedat.*
32 *Terminus in appellatione iudiciali currit à die interpositæ in extraiudiciali à die illati grauaminis.*
33 *Appellatio iudicialis in totum suspendit.*
34 *Attentata post appellationem iudicialem simpliciter reuocantur, in extraiudiciali quæ fiunt contra appellationem.*
35 *Appellatio in vno articulo à causa principali, an & quando in totum suspendat iurisdictionem in causa principali.*
36 *Appellatio à condemnatione expensarum, an suspendat iurisdictionẽ in causa principali.*
37 *Custodia ecclesiæ vacantis si est collegiata & cathedralis, vacante sede pertinet ad capitulum.*
38 *Capitulũ ecclesiæ qñ habeat custodiã ecclesię vacantis sede vacante, & n. 42.*
39 *Capitulum potest ecclesiam vacantem alicui commendare, donec de rectore prouideatur.*
40 *Capitulum non succedit in potestate conferendi beneficia ad collationem prælati spectantia.*
41 *Commenda quæ fit in titulum, per capitulum fieri non potest.*
43 *Custodia ecclesiæ vacantis non collegiatæ spectat ad prælatum.*
44 *Prælatus præfertur patrono in custodia ecclesiæ vacantis.*
Nisi patronus sit ecclesiasticus, nu. 45.
46 *Patronus ecclesiasticus rationem administrationis petit in temporalibus, secus laicus, nu. 47.*
48 *Pensionis solutio non probat possessionem.*
49 *Possessio non probatur per solutionem indeterminatam.*
Et probatur per solutionem pẽsionis, si alius non possideat nu. 50. in distinctè contra soluentem, nu. 51.
Quid contra tertium, nu. 52.
53 *Pensio si soluta sit longo tempore pro aliqua re, non solum possessio sed dominium probatur.*
54 *Colonus & inquilinus probatur ex præstatione pensionis decennali.*
55 *Dominium directum probatur absque eo, ꝙ appareat de alia concessione.*
56 *Emphyteutæ qui instrumenta emphyteutica perdiderunt, probant ius eorum ex præstationibus continuatis.*
Et si à tali præstatione desistant per biennium priuatur, nu. 57.
58 *Molestare dicitur quis retinendo possessionem, impediendo vti possessione.*
59 *Attentata retractari an posint propter ignorantiam attentantis.*
60 *Notificari debet illud quod potest fieri etiam parte absente.*
61 *Attentatorum remedium an sit vtilius interdicto vnde vi.*
Et an plenius prouideat quàm remedium c. reintegranda, nu. 64.
63 *Remedium c. reintegranda requirit litis contestationem.*
65 *Causa verisimilis quæ dicatur.*
65 *Verisimile quomodo in iure accipiatur.*
66 *Causa probabilis quæ dicatur.*
67 *Appellatio extraiudicialis vt legitima reputetur, requiritur copulatiuè quod ex causa verisimili & probabili facta sit.*
68 *Appellatio an possit reiterari. Non tamen potest multiplicari, nu. 70. contra vide, nu. 71.*
69 *Excommunicatus potest iterum excommunicari.*
72 *Cautela vt appellatio reiterari non possit.*

1 Bonæ memoriæ. ¶†In tex. ibi, asserit pertinere, hoc verbum verificatur etiam in eo, ad quẽ tñ pertinet ratione iuris patronatus ſm Bal. hic. arg. tex. no. in l. talem. §. fi. ff. de here. insti. Et vr̃ ꝓbari hic, intelligendo ꝙ abb. peteret ecclesiam ratione iuris patronatus. Et hoc idẽ in terminis voluit Archid. per illũ tex. in versi. pertinet, in c. si apostolica. & sequit̃ Do. ibi, colũ. j. ver. quæro de quibus, de preben. in vj. 2 † Sic ẽt rõne iuris patronatus libellus ꝓcedit, in quo patronus ecclesiã sua dicit, ſm abb. in c. pro illorũ. in j. not. j. de pręb. 3 † Et hoc ẽt locũ habet in patrono laico, quia verba libelli intelligunt̃ ſm capacitatẽ agẽtis, [a] vt inquit Ant. de But. i c. q̃relã. col. ij. in ij. no. de ele. 4 † Et ideo, ſm eũ, si laicus narrat ad se spectare ius eligendi, intelligit̃ pro iure pñtandi, quod ẽt in laicũ cadit. Iste tñ tex. pro dicto Bal. parũ facit, quia abb. hic non ecclesiam ipsam, sed possessionẽ ecclesiæ dicebat ad se pertinere, 5 † & iõ in sola possessione verbũ, pertinere, verificatur, vt no. Anto. de Bu. in d. c. quærelã, ver. no. quarto cũ. si. vt tradit Alex. in ꝯs. cxviij. visis his. lib. v. Et hoc isto casu clarũ est, quia text. ſpãliter se restringit ad possessionẽ ecclesiæ, quã abb. ad se dicebat pertinere. Et ad prædicta facit gl. in c. inter dilectos. in ver. pertinere. de fi. instr. & in l. si quis intentione. vbi Bart. & alij. ff. de iud. cum sim. 6 ¶†Primo no. ſm vnũ intellectũ, ꝙ patronus ecclesiasticus debet 7 hr̃e curã ipsius ecclesię vacantis. de quo in gl. ¶†Secundo no. ꝙ Abbati per monachos possessio acquirit̃, sicut dño per seruũ, & patri ꝑ filiũ in potestate. l. j. §. itẽ acquirimus. ff. de acqui. pos. Et iõ quantũ ad istã acquisitionẽ non refert an monachus seruo ęquiparet̃, vt per Inn. in c. cũ olim. de priui. no. Bar. in l. j. ff. de stipu. seruo. in l. cũ hæredes. ff. de acqui. pos. cum si. vel filiofamilias, iuxta not. per Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. Et æquiparatio hic nõ cadit, ex quo tex. expresse dicit ꝙ Abbati per monachos possessio q̃ratur, licet possit cõsiderari quãtũ ad rõnẽ, qua potuit moueri summus põtifex hic. 8 ¶†Tertio no. ꝙ possessio semel acquisita ex persona alterius, iterũ ex propria persona acquiri põt [b] Quod no. 9 ad ea, quæ habent̃ in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acq. poss. ¶†Quarto no. ꝙ super eodẽ articulo quis applõne geminare potest. de quo 10 videbimus in fi. post. d. Abb. hic. † Nã qñq; actus reiterat̃ [c] ad maiorem cautelã. Vnde institutus, qui reperit̃ in possessione beneficij, põt petere de nouo se institui, & ex vtraque institutione po- 11 terit se tueri. † Et isto casu non habet locũ ꝙ dr̃ in c. eũ qui duas, de elec. in vj. ita no. Car. dicit in c. post electionẽ. de cõces. ꝑben. vbi refert pro dicto singulari. & sequit̃. Inn. in ij. col. ver. vel per istũ tex. Idẽ abb. ibi in iiij. no. & in c. cũ olim. el. ij. de priui. Lap. alle. cxxxij. in versi. ad secũdã cõnẽ. Cal. in consi. vij. in tit. de ele. Ro. in ꝯs. ccccxxxiij. quo ad primũ. in ij. dub. Do. in d. c. eũ, qui duas. Quod declaratur vt per Ro. in ꝯsi. cccl. in casu proposito. col. iij. in ij. dub. & ꝑ d. abb. in c. cũ olim. in gl. in ver. elusionẽ. de re iud. Et de hoc. no. Cal. in ꝯs. vij. in ti. de elec. Do. in d. c. eum qui duas. 12 †Sic ẽt quis pluries legitimari [d] põt, & ex pleniori, ac validiori legitimatione se tueri poterit. vt tradit Pau. de Cas. in ꝯs. ccxij. viso testõ. circa fi. vbi alleg. in simili. no. per Inn. in c. ex officij. de ꝑscr. 13 ¶†Quinto no. ꝙ licet appellatio extraiudicialis dicat̃ prouocatio ad cãm, c. cũ sit. s. eo. tñ deuoluit negotiũ ad superiorem, si ex verisimilibus & probabilibus causis interponat̃. Ita abb. hic. post alios per istũ tex. no. per gl. in c. ꝯcertationi. in ver. grauatũ. in fi. eo. ti. in vj. tradit ibi Do. post Archid. in j. col. & prosequitur. Peru. 14 hic in xx. & xxiij. quest. ¶†Sexto no. ꝙ via attẽtati ẽt cõpetit ꝯ tertiũ, q̃ in re attentata successit, vt patet hic in archiacono, qui nõ spoliauit & tñ ꝑtextu appellationis cõuenitur. Et in hoc remediũ attẽtati plenius prouidet, quàm interdictũ recuperãde [e] possessionis, vt dicit Inn. in c. dilecti. de ma. & obe. Old. sequit̃ in cõsi. cxcix. pro fundamẽto. in princ. & tradit Ro. in ij. deci. itẽ fuit. de resti. spo. in nouis. Car. in consi. x. col. j. in themate ꝑmisso. de quo 15 inferius dicã. ¶†Septimo no. ꝙ per mediũ attẽtati cõdẽnatus cogitur ad restõnem fructuũ, quos medio tempore percipit. Et ſm Bal. hic debent fructus restitui expensis illius, qui attentauit, per tex. hic, dũ dicit, fructus assignandos, Nã si fructus assignare tene- 16 tur, ergo intelligitur suis expensis, † quia quando quis tenetur, aliquid facere, expensis eius intelligitur, nisi aliud dicatur, vt est doctrina Arc. x. q. ij. in c. cauẽdũ. Facit ꝙ de decimis no. gl. in ver. ĩ horrea. in c. reuertimini. xvj. q. j. & ꝙ no. An. de Bu. in c. ꝓposuit. de consec. eccle. vel alta. de eo, qui ecclesiam polluit, quia debet 17 suis expensis reconciliari. ¶†Vlti. not. ſm abb. ꝙ appellatio extraiudicialis ex verisimilibus & probabilibus causis iustificatur. Secus est in iudiciali, quia cã debet esse vera, vt j. c. vt debitus. j. e. Et rõ diuersitatis ſm abb. hic, vr̃ quia in appellatione iudiciali fit iniuria iudici, si ab eo sine cã vera recedat̃ d. c. vt debitus. Sed in extraiudiciali appellatione hoc cessat, quia non fit alicui iniuria, iõ sufficit hr̃e cãm verisimilẽ appellandi. Sed ista rõ dubitabilis vr̃. quia sic cã verisimilis, & ꝓbabilis in appellatione extraiudiciali sufficit adhoc, vt attentata ꝯ appellantẽ reuocẽtur, vt i c. à nobis de elec. & ita facultas, quę parti competit iure proprio, iniuriã eius impedit, ita deberet impedri officiũ iudicis ĩ applõne iudiciali ex causa sola verisimili, & probabili, queã principio ꝯsideratur. Vnde melior ratio videt̃, quia tex. hic loquitur quãtũ ad hoc,

ADDITIONES

a ¶Syl. Ald. Agentis Deci. in c. cum ven. in v. no. de excep.
b ¶Syl. Ald. Potest. Potest. n. quis rem semel effectam suam de nouo acquirrere, si prima acquisitio si dubia, vel secunda fit plenior. Io. An. modo. Ioan. & Dom. in c. cum personæ. §. quòd si talis, de primi. li. vi. Old. in consi. xxiii. quæstiones Deci. in l. nemo ex his. §. i. ff. de reg. iur tradit Aym. i cons. xvi. post redditu. col. pen. nu. vi. vbi etiam seq. dictum Dec. hic.
c ¶Syl. Ald. Reiteratur. Vide Dec. in c. i. de confir. vtil. vel inut. col. pe. in fi. & s. e. c. co. fi. & quid si vna appellatio fuit rite interposita, alia verbo non vide Bal. in consi. cviii. libr. v.
d ¶Syl. Ald. Legitimari. Idem Dec. in consi. lv. col. iiii. in prin.
e ¶Syl. Aldo. Recuperande. Idem in consi. ciii. in prin.

hoc, vt attentata reuocentur, & isto respectu sufficit appellationem interpositam fuisse ex causa verisimili, & probabili. Et idē est in iudiciali, quia interim suspenditur iurisdictio iudicis, à quo appellatur, & nihil innouandum est, c. venientes. §. de iureiu. & in ti. ff. nil. no. app. pen. Sed quantum ad hoc vt appellans obtineat in causa appellationis, debet causa appellationis esse vera, & probabilis. Ita videtur loqui tex. in d. c. vt debitus. Et idem isto

18 respectu dicendum est in extraiudiciali, † quia ad hoc vt iustificetur appellatio, grauamen debet probari. c. concertationi. vbi Do. in vj. no. eo. titu. in vj. facit tex. in cle. sicut. eo. tit. Et hoc modo non videtur differentia inter appellationem iudicialē, & extraiudicialem. Retenta conclusione quòd appellatio extraiudicialis, ex cā verisimili, & probabili iustificet, vt hic vr̄, & declarat Abb. in c. cū vobis. col. v. ver. itē est alius effectus. de elec. ponēdo exēplū ſm dictū Inno. ibi, si appello, ne fiat electio in tali loco ꝓpter timorē impressionis, & canonici, nō obstante appellatione eligūt in tali loco nulla interueniente impressione. debet tn̄ talis electio retractari cū tēpore applōnis interposite, de impressione verisimiliter timeretur, per istū tex. hic. no. ēt Abb. in c. j. in tertio intellectu. §. eo. vbi tn̄ hoc, secundum eum, limitatur non

19 procedere, † qn̄ præsumptio esset contra appellantē, quia tunc appellatio nō iustificatur, vt attentata reuocent̄, nisi de veritate causę probet̄. Allegat decisionē Rotę. itē si rector est. xxxv. eo. ti. in nouis. Nam tali casu nō videt̄ appellatio verisimilis, nec probabilis, q̄a ius cōmune resistit. c. ad decimas. de rest. spo. in vj. Facit quod no. Rota in deci. vj. itē si quis petit. de sent. excō. in nouis. vbi alle. Inn. in c. solet. de sent. excō. in vj. Et de his videbimus in

20 glo. fi. ¶ † Secunda dr̄ia est in nomine, vt Abb. hic tradit, cuius ordinem morę solito prosequar. Nam proprie appellatio in iudicio dr̄ extra iudiciū prouocatio ad cām appellatur [a]. c. cum sit. §. eo. vbi dicūt fuit. not. Bar. in l. fi. ff. de appel. reci. Lap. alleg. xxxix. an valeat. col. j. in fi. Car. in cle. sicut. ī prin. eo. ti. Ex quo Abb. hic. & in d. c. cum sit. infert q̄ in materia odiosa sub nomine appella-

21 tionis, appellatio extra iudicium non venit, † in quo tamen putarem quòd subiecta materia deberet attendi, quæ si ita conueniret appellationi extra iudicium, sicut in iudicio, vtroque casu statutum haberet locum, quia in pluribus conueniunt appellatio iudicialis, & extraiudicialis, vt dicit Ant. de Bu. post Inn. ī d. c. cū sit. Quid. n. si statutū prohiberet ne à grauamine posset appellari post quatuor dies? certe etiam hoc videretur habere locū in appellatione extraiudiciali, cum in hoc à lege parificentur. c. cō-

22 certationi. eo. ti. in vj. ¶ † Tertia dr̄ia est, quia appellatio iudicialis per oblationem probationis exceptionis proposite iustificatur, in c. interposita. j. e. Secus est in appellatione extraiudiciali, quia iudex ibi non reperitur, qui probationes recipere possit, vt Abb. ꝯcludit hic post Inno. in pluribus locis, quos refert idem Abb. in d. c. interposita. in c. j. §. eo. in c. cū inter cano. circa fi. de elec. Ant. de Bu. & Imo. in c. j. de his, quæ fi. à ma. par. ca. Ista dr̄ia videt̄ dubitabilis, quia non potest bn̄ verificari. Aut. n. consideratur appellatio extraiudicialis secundum regulam, quæ hic ponitur, & appellatio iustificari videt̄ ex oblatione probationis, q̄a talis oblatio videt̄ facta ex abundanti, ex quo veritas causę non debet ꝓbari. Aut consideratur appellatio extraiudicialis q̄ habeat præsumptionē iuris contra se. quo casu requiritur q̄ veritas cāę probetur, ſm supradicta in prima dr̄ia. & tali casu si dicat̄ q̄ ex sola oblatione probationis appellatio non iustificetur, idem erit in iudiciali appellatione, quia præsumptio est contra appellantem,

23 ēt applō iudicialis ex sola oblatione probationis nō iustificatur, nō habet locum c. interposita. vt dicunt no. Ant. de Bu. & Imo. in

24 c. j. per illum tex. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ¶ † Quarta, & quinta dr̄ia est de aplīs, vt per Abb. h̄. Nā aplī, dn̄r literę dimissorię, vt declarat abb. hic, & est tex. in l. j. ff. de libe. dimis. ibi, quas literas dimissorias, siue apostolos appellāt, & colligit̄, in rubr. j. de libel.

25 idimis. q. dicunt̄ † apostoli Ἀπόστολοι enim grecè, latinè dn̄r missi, vt no. per. gl. in l. præses, vbi Alb. C. eo. ti. Arch. in c. fundamenta. de elec. in vj. & idem Alb. in dictinorio in ver. Aplī. Et licet in appellatione extraiudiciali proprie non cadant apostoli. vt declarat Do. in c. j. in gl. in ver. vel extra. eo. ti. in vj. tn̄ etiā in extraiudiciali appellatione tutius est q̄ apostoli petant̄, si quis sit, qui illos dare possit, secūdū Io. And. in d. c. j. & est gl. in c. vt super. in verbo

26 iudex. eo. ti. in vj. ¶ † Sexta dr̄ia est, quia extra iudicium appellatio gn̄alis, & incerta admittitur respectu personarū, & grauaminis, vt hic. sed in iudicio debet esse certa, specialis, c. vt debitus. j. eo. Hoc vr̄ procedere in appellatione, quæ à futuro grauamine interponitur, vt hic loquitur. Secus vr̄ qn̄ extraiudicium appel-

27 latur à grauamine præterito, vt no. in cle. sicut. eo ti. † Præterea ēt qn̄ à futuro grauamine appellatur, nō procedit generalis applō, & incerta, prout verba sonant. Primo, respectu personarū, quia debet fieri in præsentia illius, de quo suspicat̄. c. cū nobis. de elec. vel saltem illi debet intimari, vt dn̄t Ant. de Bu. & Mod.

28 hic. Facit † tex. in cle. j. eo. ti. aliàs ꝑ probabilem ignorantiā attentata ꝯ appellationem non essent reuocanda. vt tradit Rota in decis. xxxiij. item q̄ attenta. eo. ti. in nouis. Item respectu grauaminis specificatur. s. respectu possessionis, vt hic dr̄. Et licet tex. gn̄aliter dicat de verisimilibus, & probabilibus causis, tn̄ intelligitur q̄ cā exprimatur, & nominet̄: quia tex. dando doctrinā ꝓcedit. Sic etiam in d. c. vt debitus. simpliciter dr̄ q̄ cā probabilis debet allegari, & proponi corā iudice. & tn̄ intelligitur q̄ nominatim exprimat̄. ¶ De septima dr̄ia Abb. se remittit ad c. q̄ ꝓxi-

29 me sequitur. vbi videbimus. ¶ † Octaua dr̄ia est de excōicato, q̄ extra iudiciū nō appellat. de quo diximus in c. cū inter. de exce.

30 & prosequitur Peru. hic in versi. xj. ¶ † Nona dr̄ia est, quia extra iudicium appellatio interponitur rōne cāę de futuro, qn̄ verisimiliter quis timet grauari. vt hic. & declarat Bar. in l. fi. de app. reci. Sed in iudicio ex cā tm̄ de præterito d. c. vt debitus. Ista dr̄ia vr̄ dubitabilis, quia ēt in iudicio à futuro grauamine ex cā verisimili & probabili vr̄ posse appellari. Hoc patet in c. cū cessante. j. eo. vbi appellat̄ à grauamine cōminato per iudicem. & idem vr̄ probari in c. j. de dila. ibi. Timēte se grauari à iudicibus. Nam in talibus causis appellatio admitti vr̄, quia verisimilis est. & eadem vr̄ esse rō, que est in appellatione extraiudiciali. Et hoc vr̄ tenere d. abb. in c. significauerunt. de test. col. fi. quia appellatio à futuro grauamine conditionalis est, & in effectu confert post grauamē illatum. Facit tex. in l. quod sponse. de don. ante nup. Si vero cā non esset verisimilis, & probabilis, non procederet appellatio à

31 futuro grauamine. † Et ita haberet locum opi. illorum, qui dicūt à futuro grauamine in iudicio appellari non posse, quos latè refert Peru. in c. vt debitus. ver. ij. quæritur. j. eo. de cuius veritate la-

32 tius ibi videbimus. ¶ † Decima dr̄ia est, quia in iudiciali currit terminus à die interposite appellationis. sed in extra iudiciali à die illati grauaminis, ꝓ quo appellatur. cle. sicut. e. ti. Et hoc intelligit̄ quādo appellatur à grauamine futuro vt dicit tex. in d. cle. sicut. Si ergo à futuro grauamine in iudicio posset appellari ex cā ꝓbabili, & verisimili. vt. §. proxime dictum est. ita esset dicēdū ī iu-

33 diciali appellatione, d. cle. sicut. ¶ † Vndecima dr̄ia est respectu suspensionis, quia, applō iudicialis in totum suspendit, c. veniētes. §. de iu. iu. de quo abb. se remittit ad c. super eo. §. eo. Sed in appellatione extraiudiciali factum de præterito nō suspenditur. vt probatur in c. constitutis. §. eo. vbi non suspenduntur futura consecutiua ad actum de præterito. Nam vt patet ibi, si appellatur à collatione beneficij, vel à confirmatione electionis, non suspenditur actus inuestituræ, vel traditionis possessionis, quia ista sunt consecutiua ad actum in præterito. ergo pariter non videtur suspensa ipsa collatio, vel confirmatio electionis. & ita sequitur Peru. in xiij. q. circa fi. Sed tamen talis differentia non videtur de iure probari, quia præterita suspenduntur quantum ad actum de futuro, vt nihil innouari possit pendente appellatione l. j. & per totum. ff. nil. no. appel. Et hoc videtur habere locum ita in appellatione iudiciali, sicut in extraiudiciali, quādo attentata sunt contra appellationem, d. c. cum nobis. Non ob. tex. in d. c. constitutis. quia varios habet intellectus. & secundum intellectū Imo. qui videt̄ approbatus cōmuniter, ita haberet locū in appellatione iudiciali, sicut in extraiudiciali, q̄a illa, quæ ibi innouantur, sunt cōsecutiua ad actū de præterito. Præterea, applō ibi frustratoria fuit q̄a vt ibi dr̄ cām expressit nō legitimā. nō ergo mirum, si effectum suspensionis nō inducit. ¶ Duodecima dr̄ia est

b respectu reuocationis [b] attentatorum. Nam in iudiciali appellatione omnia attētata post appellationem simpliciter reuocātur. sed in extraiudiciali illa duntaxat debent retractari, quæ fiunt ꝯ appellationem, c. cum nobis. §. de elc. Ant. de Bu. in d. c. cū nobis. in ij. no. vr̄ velle. q̄ etiam in iudicialibus tm̄ suspendatur illud quod est contra appellationem. Vnde si appellatur q̄ Titius in testē non recipiatur, q̄ criminosus sit, nihil obstat quin alij testes recipi possint. & in cā principali procedatur, quia articulus appellationis separatus vr̄ à cā principali. ideo causa principalis suspensa nō intelligitur, vt no. in c. super eo. el. j. §. eo. quid j. opi. cōmuniter approbatur. & ita tenent Inno. & abb. post alios in d. c. cum nobis. Idem. abb. in c. j. §. eo. & in c. cum I. & A. §. de re iudi. Et hoc etiā verius vr̄. vt in xiij. q. Peru. hoc concludit, quia iura simplr̄ dicūt q̄ post applōnem suspensa est iurisdictio iudicis à quo c. veniētes. de iureiu. Et iō simplr̄ iura dicūt dēre reuocari quidquid

ADDITIONES.

a ¶ Syl. Ald. Appellatur. Idem in c. cum sit. in vj. no. de appel. supra.

b Reuocationis. Vide Sozi. in consi. xlv. versic. circa hanc. & in consi. seq. vers. octaua dubitatio. & ibi etiam habes multa in materia appellationis extraiudicialis.

quidquid post appłonē attētatum sit.vt in c.significāte.in c. Rodulphus.de rescri.& in c.significauit.§.eo. Et rōnem diuersitatis isto casu Inno.adducit in c.quia propter.in fi.de elec. quia appellatio extraiudicialis nō debet gnāliter suspēdere potestatē cōpetentē parti,sed sufficit ꝙ appellantē defendat, ne opprimatᷣ circa idē,super quo appellatᷣ,in alijs pars appellata iure suo vti posse debet.Sed in appłone iudiciali in totū iurisdictio suspendit,vt supradictū est.Et si dicatᷣ ꝙ pdicta rō,quę cōsideratur in appłone extraiudiciali,ēt vr̄ pcedere in iudiciali,quia satis esse vr̄ ꝙ appellās defendatur circa idem,super quo appellauit.Ad hoc Abb.respondet in d.c.cū nobis in glo.j.ꝙ aliud sit in iudiciali,quia cū iudicium reddatur in inuitum.l.inter stipulantem.§.si Stichum. de ver.obli. Si iste qui appellauit in vno articulo,cogeretur litigare corā iudice à quo,in alio articulo,grauatus esset dupliciter, quia cogeretᷣ pro eadē causa ligare coram diuersis iudicibus. Et quia fuit grauatus super vno articulo,nō debet compelli litigare super alio eiusdē cāæ.in appellatione vero extraiudiciali ista cessant. Et hāc dicit esse optimā rōnem diuersitatis,quā sequitᷣ Peru.hic. in xiij.q.dicēs ꝙ ex quo iudex grauauit appellantē in vno articulo,in alijs redditur suspectus.c.ad hæc.& c. proposuit.§. eo ideo non debet cogi corā eodē iudice in alio articulo litigare.Non sic in extraiudiciali,quia in alijs pars appellata suo iure vti potest. Prædictis non obstātibus opi. Ant.de Bu.videtᷣ sustentabilis.Et in

35 hoc vis tota consistit.†Nunquid si appellatur in vno articulo separato à cā principali,in totū suspēdatur iurisdictio in cā principali. Et cōis cōclusio vr̄ esse ꝙ nō,vt est tex.in c.super eo.el j.§.eo. fm intellectum Ant.de Bu.qui cōiter approbatᷣ, vt ibi dictū fuit.

36 †Vnde si appellatur à condemnatione expensarum rōne contumaciæ,nō vr̄ suspensa iurisdictio in cā principali. Appellatio.n.videtᷣ limitata respectu grauaminis illati.ergo limitatū effectū producere debet.l.in agris.ff.de acqui.rer.do.Ideo nihil obstare videtur quominus actus valeat,vt reuocari possit,dummodo non sit ꝯ appellationem.Et ratio,quæ consideratᷣ in appellatione extraiudiciali,ēt vr̄ procedere in iudiciali. Et ad hoc bene facit, quia appellatio quæ pendet in vna causa,nō suspēdit iurisdictionē iudicis à quo in alia cā ꝯ ipsum appellantem.c. ad hæc. & c. proposuit.§.eo.Ergo idē dicēdum est,qn̄ articulus appellationis est separatus à cā principali,quia ꝑ separationē idem quod de causa pęnitus diuersa iudicatur l.etiam.ff.de mino.cum si.Non ob.ꝙ iura gnāliter dn̄t attētata post appellationē debere reuocari, q̄a intelligunt,qn̄ sunt ꝯ appellationē.& ita loquitur tex. in d.c. venientes.Secus si nō sunt ꝯ appellationē, quia valent cum effectu, cum in eis nō sit suspensa iurisdictio d.c.super eo. Non ob. ꝙ appellans cogatur litigare coram diuersis iudicibus, quia ex quo articulus separatus est,cā diuersa videtur. Et quando causæ sunt diuersę,hoc toleratur,d.c.proposuit.& c.ad hęc.Non ob.ꝙ iudex à quo,reddatur suspectus,quia fateor ꝙ poterit recusari, fm qđ dr̄ in d.c.ad hęc.Sed per hoc iurisdictio iudicis suspensa nō videtur,vt probatᷣ in dictis iuribus. & in hoc decipitᷣ Peru.& Abb. in d.c.cum nobis.¶ In glo.ij.circa ea,quæ Abb.de custodia ecclesiæ

37 hic scribit,prima cōclusio sit†ꝙ in ecclesia collegiata cathedrali vacante sede,capitulum habet custodiā ecclesiæ vacantis.xij.q.ij. c.nō liceat.Generaliter enim in administratione capitulum suc-

38 cedit c.pe.& fi. de præben.in vj. †Sic ēt in capitulo ecclesiæ inferioris,fm Abb.hic,post antiquos,quos refert.& idem Abb. in c. cū dilectus.in gl.j.de consue.& in c.ea,quę.col.iij.de statu mona. in c.his qui.in ij.col.de maio.& obe.Car.post alios.in clem. ne in agro.§.abbate.in ij.q̄ō.de statu mona. & in terminis de custodia ecclesiæ tenet Imo.post Io.an d.in c.vnico.col.pe.vt eccle. bene.

39 †Et ideo capitulū poterit ecclesiā alicui commendare,donec de

40 rectore prouideatᷣ,vt Abb.hic in fi.cōcludit.†Licet enim capitulum nō succedat in potestate cōferendi beneficia ad collationē prælati spectātia c.illa.ne sede vacan.tn̄ pōt capitulum beneficiū alicui cōmendare,vt per Io.and.in c. vnico ne sede vacan. lib.vj. Sequitᷣ ēt Abb.in d.c.illa.idem tenet Fede.in tract.permu.beneficiorum.q.xxxviij.Archidia.xxiij.dist.in c.præsbyteri. Do. in c.j. xv.q.de maio.& obe.in vj.& in d.c.vnico.§.j.ver.an capitulum.Et hoc verum est in commenda,quæ fit rōne custodiæ, vt supradi-

41 ctum est.†sed cōmenda,quę fit in titulum cōmēdationis, per capitulū fieri non pōt,vt tenet Do.post alios,quos ipse refert, in c.

42 nemo deinceps.circa fi.de elec.in vj.†Similiter conclusio prædicta locū habet,nisi prælatus remotus sit propter malam administrationē,quia tunc mala suspicio insurgit contra capitulum , ꝙ tacuit. ideo tali casu in administratione non succedit c. ea, quæ, vbi Abb.de sta.mona.& idem Abb.hic,& in cap.cum dilectus,in iij.no.per illum tex.de rescr.Imol.in d.c.vnico.colū.pen.vt eccle.

43 benefi. ¶†Secūda cōclusio sit ꝙ in ecclesia nō collegiata custodia ecclesiæ vacātis pertinet ad prælatū,qui habet ius cōferendi in tali ecclesia.gl.no,in c.cū vos.vbi Abb.post Io.and. & alios,de offi.ord.Idē Abb.hic.Et in hoc prælatus prefertᷣ patrono habenti

44 ius presentandi,†quia plus iuris habet in cōcessione prælatus,q̄

45 in pn̄tatione pronus.c.dilectus filius.§.de offi.deleg.†Nisi patronus ecclesiasticus sit,quia ipse custodiā habet, vt tenet Abb. hic, per istum tex.fm vnum intellectum.Inno.in cap.vnico j.vt eccle. benefi.& bonus tex.in c.cum vos.à contrario sensu. & ibi Abb.

46 §.de offi.ordi.†Et ad hoc bene facit,quia patronus ecclesiasticus rōnem administrationis petit in tēporalibus,c. cum & plantare. §.in ecclesijs.de priui.†& in c.in Lateranēsi.de præben.vbi Abb.

47 dicit secus esse in patrono laico,per tex. in cap.nouerit.x.q.j. no. Abb.in c.ex literis.in iiij.no.& in c.cum pars.in v. differētia.de iure patro.ergo à fortiori habebit ecclesiasticus patronus custodiā ecclesię vacantis.Et ita arguit Abb.hic.Sed tn̄ prædicta differentia inter patronum laicū & ecclesiasticum in dictis duobus casibus,nō vr̄ bene probari de iure.Nam ratio,quæ allegatur,ꝙ potentius sit ius institutionis,q̄ pn̄tationis,d.c.dilectus filius, ēt in patrono ecclesiastico militat.immo ius patronatus laicorū viderᷣ esse firmius,& maioris virtutis,q̄ sit ius patronatus ecclesiasticū, vt no.in c.cū dilectus.de iure pa.& tradit glo.in cle.ij.de præben, Et ipse ēt laicus patronus tenetur bona ecclesiastica defendere xvj.q.vij.c.filijs.ergo ēt ad illum custodia ecclesię vacantis pertinere videtur. Sic ēt vr̄ ꝙ possit exigere rōnem tēporaliū , quia ista defensionē bonorum ecclesię respiciunt.Non obst. text. hic, quia in tex.de iure patronatus nihil hr̄.Et dato ꝙ Abb.hic in tex, allegaret ius patronatus hic, non negatur idem esse in patrono laico.Non ob.tex.in c.cū nos.quia ex gl.j.ibi rn̄sio colligitur. Nō obst.ꝙ ecclesiasticus exigat rōnem tēporalium, quia hoc negari pōt.Nā iura.§.allegata loquuntur in religiosis, q. ecclesias habētsubiectas in tēporalibus.vn̄ tali casu bene cōgruit ꝙ exigāt ratio nē de tēporalibus. sed qn̄ sunt simpliciter patroni, nullo modo de temporalibus se intromittunt d.c.nouerint,& in c. præterea. de iu.pat.Præterea,dato ꝙ ecclesiasticus rationem peteret,idem esset dicendum in patrono laico,per supradicta . Et tenēdo hoc nō obstat tex.in d.cap.nouerint,quia loquitur quantum ad hoc, vt ipsi patrono de bonis tēporalibus nihil applicetur. Secus vero viderᷣ quo ad redditionē rationis simpliciter,quia in hoc vtilitas ecclesiæ versatur.Et hoc respicit defensionem bonorum ecclesiæ,quæ defensio ēt patrono laico incumbit.xvj.q.vij. c. filius. Et ad hoc specialiter vr̄ tex.in c.ex literis.in fi.de iure pat. prout

48 illum tex.induxi in c.de monachis.de præbē. ¶†In gl. in ver.vnā

a procurationē. Notandum est ꝙ solutio pensionis [a] non probat possessionem.Ad idē glo.in c.cum Bertoldus.in ver.iure.§. de re

49 iudi.Nam solutio pēsionis pluribus ex causis fieri potest.†Vnde solutio indeterminata nō probat possessionem,nec rei subiectionem,vt per abb.hic inferētem contra Bald.in l.solent.ff.de offic. procō.Idem Abb.in c.ij.in fi.j.de censi.in cap.fi.in ij.no.§. de cau. pos.& proprie. & in c.quanto.in ij.no.de censi. & tradit Cald. in consi.v.in titu.de priuileg.Et hoc,nisi essent aliæ cōiecturę subiectionis.Et ita dictum Bal.saluari pōt,secūdū Abb.in d.c. fi. in iiij. no.& latius in consi.cij.in causa,quę vertitur.col.iij.lib.j.Et qđ gl. dicit de possessione,procedit prout gl.hic loquitur, quādo alius reperitur possidere.& ita Bar.concludit in l.quāuis.§.j.in l.q. vniuersas.§.colonum.ff.de acquir.pos.Sed si alius non reperitᷣ possi-

50 dere,ex solutione†pensionis possessio probatur,secundum Bar. in locis pręallegatis,& no.do.Abb.in c.cum venissent.colum.iij, de resti.spol.Et isto casu procedit dictum Bald.in l.Pomponius,

51 per illum tex.ff.qui.mo. vsufr.amit.†vbi simpliciter dicit ꝙ ꝑ receptione pēsionis possessio probatᷣ,etiam ꝯ tertium,& no.Fulg. in consi.cxciiij.proponitᷣ.col.ij.Bal.in cōsi.cclxxx.statuto cauetᷣ, circa fin.lib.iiij.†Contra ipsum vero soluentē,[b] possessio indistincte

52 bene probat,vt no.Ang.i d.l.q̄uis.§.j.vbi Alex.& idem Abb.in d.

b c.cum venissent,col.iij.†Et si lōgo tēpore pēsio soluta sit pro ali-

53 qua re,nō solū possessio,sed ēt dn̄ium ꝑbatᷣ ꝯ soluētē.l. litibus. [c]

c C.de agr.& censi.lib.xj.vbi Bar.dicit no.ex hac litera,†ꝙ si ꝑ decē

54 annos rn̄disti mihi de pensione tāquam colonus,vel inquilinus, ex hac diuturna solutione ꝑbatᷣ, te esse colonum, vel inquilinū meū.Et per illū tex.in d.l.litibus,idem voluit Bal. in l.j. colum.v.

55 ver.pone quidam soluit ecclesiæ.C.de fideicom. †dicens ꝙ probatur

ADDITIONES.

a ¶Hier.Gig. Pensionis. Solutio pensionis. Vide per do.Felyn.in c. cum Bertoldus. col.x.cum seq.de re iu.

b ¶Soluentem. Vide Paul.de Cast.consi.xxviij.in ij.dubio.vol.ij.& pulchre ꝑ Barb. consi.viij.col.xxiij.& xxvij.volu.ij.

c ¶L. litibus. Vide de intellectu istius l.Fel.in c.sicut.in pen.char.in i.j,col.vbi multa cumulat.de re iudi.& late Alex.in consi.cxxiij.in iiij.lib.in j.col.inci.super primo quæsito & Bar.clare in vij.q.inci. mulier habens amplum patrimonium, & pulchre per Alex.consi.cxiij.in j.vol.inci.super primo du bio.

batur directum dñium absque eo ꝙ appareat de alia cōcessione. Idē Bal. in l. si certis annis, col. iij. C. de pac. vbi dicit hoc notandū 56 esse pro emphyteutis, †qui infra emphyteuticaria perdiderunt. Et idem Ang in l. qui aliena. §. j. ff. de acqui. hære. vt refert pluries de facto se habuisse. & idem Ang. in §. emphyteusim, in auctē. de non alie. colla. ij. ver. sed tunc quæro. Et hoc originaliter prius voluit Spe. in ti. de emphy. §. nūc aliqua. ver. lxiij. & versi. cxlij. & fm istam conclusionem consuluit Rom. in consi. cxxvij. posito ꝙ dominiū rei. col. j. & late do. Abb. in consi. lxxiiij. duo principalia, in 57 j. dubio, & ibi refert, †ꝙ si talis à solutione desistat per biennium, iure suo priuatur. & ita superioribus annis hic Pisis consului. ¶In glo. in ver. in eum statum, planus intellectus videt, cui verba literę correspōdent, ꝙ hic appellatio fuerit generalis, vt patet ibi, ne quis eos molestaret. Et iō porrigitur ēt ad istū archidiaco- 58 nū detinentem rem, pro qua appellatū fuit. †Nā satis dr̄ molestare archidiaconus detinēdo possessionem[c] & impediendo Abbatē, & monachos vti sua possessione. l. vim facit. ff. de vi, & vi arma, & ita Abb. post Inno. hic, glo. in d. c. non solum, in gl. magna, circa prin. & sequuntur Inno. & Mod. hic. Iste tamē intellectus videtur ꝓcedere dūmodo appellatio interposita gñaliter postea in- 59 timetur, & notificetur illi à quo attentata petunt reuocari. †aliás ꝑ ignorantiā ipsius attentantis attentata retractari nō possent, vt tradit no. Ro. in decis. xxxviij. itē quod attētata. eo. tit. in nouis. 60 †Et ꝙ intimatio requiratur, etiā tenet Ant. de But. hic. Facit tex. in cle. j. eo. tit. Licet enim aliquid fieri possit parte absente, tamē postea debet ei notificari, vt per Bal. in l. eos. §. apostolos. C. eo. in auct. ei qui. C. de temp. appel. cum si. vt tradit Alex. in cōsi. xxxix. inci. viso themate, lib. j. in cōsi. lxj. col. fi. in causa & lite. lib. iij. & in consi. lxxxvij. viso themate suprascripto col. fi. lib. v. Facit qđ not. Rot. in deci. xiij. itē licet in causa beneficiali. in ti. de dolo, & ꝯtu. 61 ¶†Et dum Abb. cōcludit ꝙ vtilius est, si agatur remedio attentatorū, q̄ interdicto vnde vi, patet ex pluribus differentijs, quas refert, & latius prosequitur Peru. hic. & colligit ex his, quæ Innocē. tradit in c. dilecti. de maio. & obe. Oldra. in consi. cxcix. Rot. in ij. decisio. de restitu. spolia. in nouis. Cardi. in consi. x. & dictum fuit Inno. Et hęc de plano procedunt respectu interdicti vnde vi, ꝓut 62 Doct. loquuntur, & hic, & in locis præallegatis. ¶†Sed potest dubitari an istud remedium attentati plenius prouideat, quàm re- a medium.[a] cap. reintegranda. iij. quæstio. j. & videtur ꝙ non, quia illud locum habet etiam absque appellatione, & sufficit probare de antiquiori possessione agentis, quæ postea ad aduersarium quocūq; modo absque facto eius peruenit, vt tradunt Innocē. & Doc. in c. sæpe de resti. spol. Lap. allega. lij. letatus sum, Abb. in c. cum sedē, char. pen. de resti. spol. in c. si diligēti. col. iiij. de præscri. cum cōcordan. vt per Alexā. in consi. vj. in iij. lib. in cōsi. cxvij. viso. 63 lib. ij. & in consi. xc. lib. v. †Sed in ꝯrium facit, quia in remedio c. reintegrāda, requiritur li. cōtest. vt per Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. cum cōcor. vt ꝓsequitur Alex. ibi col. pe. ff. de acqui. pos. hoc aūt nō requiritur in remedio attentati. Doc. hic dicūt esse cōsideranda alia, quę requiruntur in d. c. reintegrāda, quę per Doc. traduntur in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. sed vlterius non ꝓsequor, quia à proposito nostro hoc alienum est. ¶In gl. fi. q̄d- 64 quid Abb. hic dicat referendo Innocē. declaratio†videtur magis cōuenire ad literam, vt causa verisimilis dicatur illa, de qua ex 65 aliquibus indicijs suspicari possit. †Hoc enim mō verisimile in iure accipitur. c. quia verisimile, de præsum. l. nō est verisimile. ff. qđ met. cau. Et hoc vr̄ sentire ipse Inn. in c. cū nobis. de elec. fm qđ Abb. ibi refert, ponendo exemplum ad tex. hic, & retuli. s. in vlt. 66 no. huius decretalis. †Causa vero ꝓbabilis, dicitur causa rationabilis, quę si probata esset, deberet legitima reputari, vt gl. hic di- 67 cit, & probatur in d. cap. vt debitus. †Et ad hoc, vt appellatio extraiudicialis legitima reputetur, copulatiuè requiritur ꝙ ex causa verisimili, & ꝓbabili facta sit, vt hic colligitur, dum tex. dicit copulatiuè, ex verisimilibus, & probabilibus causis. Facit text. in l. hæredi plures. ff. de cōdi. insti. Non ergo sufficit ꝙ sit verisimilis, nisi ēt ꝓbabilis sit, nec ēt causa esset sufficiens probabilis, nisi esset verisimilis. Ex eo. n. ꝙ causa verisimilis est, fundatur intentio appellantis. d. l. non est verisimile, cum si. Et ideo habetur probata quantum ad iustificandū appellationē, ad hoc vt attentata reuocētur, vt hic. Vnde qñ ius cōe præsumit ꝯ appellantem, quia tūc cā nō est verisimilis, veritas cāæ ꝓbari debet, vt voluit Inno. hic, Rot. in decis. xxxv. in nouis, eo. titu. & dixi. s. in vlti. not. bonus tex. in c. de decimis. de resti. spol. Et ideo quod dñt Ant. de But. Abb. & Mod. hic, post Lap. ꝙ attentata debeant reuocari, licet ꝓsumptio sit ꝯ appellantē, quia ex mero officio iudicis talis reuocatio procedit, nō vr̄ verum, quia qñ ius cōe est ꝯ appellantē, cā non est verisimilis, prout hic requiritur. ergo attentata non reuo- 68 cantur. ¶† Postremo dum tex. dicit ꝙ Abbas pluries appellauit, an appellatio reiterari possit. Abb. post Ioan. & alios concludit ꝙ sit, & secunda appellatio non erit inutilis propter interesse lon- b gioris vitę. Sed Bar.[b] in d. l. cum procurator. §. si dñs. ff. de no. ope. nun. expresse ꝯrium tenet, videlicet ꝙ secunda appellatio nō valeat, in ver. iuxta prædicta. quia secūda appellatio nihil operatur ex quo per primam suspensa fuit iurisdō, & negocium ad superiorē deuolutū, & ipse Abb. hoc sequitur in c. dilecto. col. fi. j. eo. Pet. de anch. in cle. j. in col. ij. ver. ex hoc habeas, de dolo & cōtu. & Rom. in consi. xlj. in pñti consultatione, & idē Alex. post alios quos late refert in d. §. si dñs, q̄a fm eū interesse lōgioris t̄pis nō debet cōsiderari, vt ꝑ gl. in l. q̄ bis idē. ff. de ver. ob. ꝓ quo Bart. ibi allegat tex. ī l. pr̄ q̄ castrēse, in fi. de castrē. pecu. Et iō nō debet cōsiderari ꝙ secunda applō lōgiorē hēat vitā. Et q̄a iura, q̄ dñt ꝙ t̄ps ꝓsequēde applōnis currat à die applōnis interposite, cle. sicut. co. tit. intelligi debent de prima applōne, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. significa. Et ad hī etiā adducit. l. q̄ bis idē de verbo. obligatio. Et licet loquatur in actu pendente à voluntate duorum, idem tamen est in actu pēdente à voluntate vnius. Et ī hoc reprobat responsionem Ant. de Bu. Non puto tamen recedendū esse ab opi. Abb. & aliorū hic, quem cōiter Doc. cano. sequuntur, & idem tenet Bal. in l. & generaliter. §. j. col. fi. C. de reb. credi. & in c. j. §. sancimus. ver. sed quæro, quo t̄pe mil. & in l. applōne. col. iij. C. eo. ti. quia ꝑ secūdā applōnē t̄ps ꝓsequēdi applōnē prorogat, & nō est nouū ꝙ dilatio extēdat. l. pe. ff. de ꝑto. stipu. & q̄a, vt dixi in no. nihil prohibet, quo minus actus r̄aliter possint rei- 69 terari. †Vn̄ excōicatus iterum pōt excōicari, vt ꝑ gl. in c. ita quorundām. de iudę. Ang. ꝑ illū tex. in l. si edes. ff. de serui. vrba. ꝑdio. not. Bald. in l. nihil. C. de manu. vindi. Non ob. ꝙ appellatio secunda nihil operetur, quia interesse longioris vitę non consideratur, vt Alex. dicit, quia ꝯrium verius vr̄, vt ꝓbat in l. quoties. §. item si t̄pali. ff. de admi. tut. & in l. si creditori. ff. de leg. j. & declarat Areti. in d. l. q̄ bis idē, post Ang. ibi, q̄ rñdet ad tex. in d. l. si pr̄. qđ ibi nō hr̄ rō t̄pis quo ad hoc vt ille incidat in edictū, si quis omis. cau. testa. q̄a ꝑ ꝑ hoc non lucrat ex bonis testatoris prout in illo edicto consideratur. Non ob. ꝙ t̄ps prosequendi appellationem de prima intelligat, quia fm hoc non valeret scd̄a appellatio, qñ ī prima quis succubuisset, qđ est ꝯ titulū ne lice. tertio prouo. Vltimo non ob. l. qui bis idem, quia interesse longioris vitę ibi in secunda stipōne, non potest considerari, quia præscriptio primæ ꝑ secundā stipōnē interrūpit. l. cū notissimi. §. in his. C. de ꝑscri. long. tēp. 70 & ita Ang. dicit ī d. l. q̄ bis idē, & sequit ibi Aret. ¶†Retēta tn̄ cōclone ꝙ secūda appellatio fieri possit, nō tn̄ vlterius poterit multiplicari, & iō non poterit decies fieri, vt no. Bal. in l. eos. §. apostolos. ver. sed nunquid. C. eo. & sequit. simpl'r Alex. in d. l. cū procurator. §. si dñs, & Ang. are. in d. l. j. §. libelli, in fi. ff. eo. Sed in ꝯrium est decisio eiusdē Bald. in d. c. j. §. sancimus, de quo Alex. non me- 71 minit. vbi dicit†ꝙ prima applō nō absorbet secundā, nec millesimā, (vt eius verbis vtar,) dūmodo fiat intra. x. dies. Et istud vr̄ ve- 72 rius, quia militat eadē rō de interesse longioris vitę. † Cautela tn̄ est, vt appellatio reiterari nō possit, ꝙ appellatus procuret, vt iudex admittat primā applōnem, & illi deferat. Nā tūc iudex functus est officio suo. vnde vlterius secūdæ appellationi deferri nō pōt, arg. l. qui arbiter, cum gl. ff. de arbi, ita no. Bal. ī l. omnes. §. apostolos, ver. quæro nunquid. C. eo. sequitur Ang. are. in d. l. j. §. libelli. in fi. dicens hoc notandum esse in practica, & tradit Bar. Veronen. in cautel. cxciiij. vbi quis potest.

ADDITIONES.

a ¶Syl. Al. Remedium. Vide Dec. in consi. cclij. col. ij. in consi. ccciij. col. pe.

b ¶Sed Bar. Idem Bal. in addi. Spec. tit. de appel. Imo. Cuma. Paul. & Alex. in d. §. si dominus. & ibi Ias. nu. 10. Et est non solum cōis. sed etiā vera sententia, & quæ practicatur, quidquid dicat Bald. sibi contrarius in ti. quo tempore miles inuestire debeat. in vsi. feud. & Dec. hic.

SVMMARIVM

1 *Actus gestus post appellationē extraiudicialem à iudice ipso iure non ualet.*
2 *Facto facere aliquid plus est, quàm uerbo.*
3 *Facere plus est quàm pronuntiare.*
4 *Voluntatem magis demonstrat actus qui se habet per modum agendi, quàm patiendi.*
5 *Tacitum uidetur quod ex facto insurgit, & ad qualitatem facti limitatur.*
6 *Arripiens iter habetur pro appellante, & quando, nu. 7. & 8.*
9 *Appellari extraiudicium non potest, nisi ad illum, qui citra appellationem per uiam querelæ adiri potest.*

1 Dilecti. ¶† Primo not. ꝙ actus gestus à iudici post appellationem extraiudicialē, ipso iure non valet, vt probatur in fin. hic. Et ad idem text. in capit. dilectus, Abbas in penult. nota. infra eo. Sed tamen ista

ista iura loquūtur in sentētia excōicationis, vel interdicti: quo ca su speciale est ꝙ snia cēsuræ lata post applōnem nō valet. c. ꝑ tuas de sen. excō. Et rña est ī ꝯriū, q̄a gesta ꝯ applōnē extraiudicialē valēt mero iure, licet possint retractari. c. consideravimus, de elec. vbi Abb. in j. no. & tradit Peru. h̄ in c. bone. §. eo. in ij. & x. q. ¶ † Secūdo no. ꝙ plus est aliq̄d facere facto,[a] q̄ verbo. Et alibi dr̄ ꝙ plus facere, q̄ ꝓnūtiare. l. si tñ. §. ei q. ff. de edil. edic. cū cōcordā. alleg. in gl. Facit tex. in l. nostrā. C. de test. ī l. j. ff. de his, q̄ in test. dele. & in l. Paulus. ff. rem ratam habe. cum si. † Et actus, q̄ se habet ꝑ modū agendi, potentior est, & magis intensus ad demōstrādū volūtatē, q̄ si in sola patiētia cōsistat, vt no. Inn. tradit in c. olim. el. iij. in fi. de rest. spo. Ant. d̄ Bu. ī c. veniēs. col. ij. ver. restat videre, de fil. ꝑsby. & idē Ant. de But. & Imo. in c. gratū, de offi. dele. † Notādū tñ est illud, ꝙ ex facto insurgit. tacitū vr̄, & ad qualitatē facti limitat̄, ꝙ vero verbis fit, expssum dr̄, & magis extēdit̄.[b] glo. no. in cle. sepe. in versi. partibus, circa fi. de ver. sig. & tradit Pau. de Cast. in l. si cōuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & in consi. xxv. su ꝑ primo, col. v. & idē Ro. in cōs. cxxxiij. in ꝓposito casu. ¶ † Tertio no. ꝙ arripiēs iter hr̄ ꝓ appellāte, qn̄ pro tali cā iter arripuit. Secus vr̄, si ēt ꝓ alia cā accessisset, quia tūc non videret̄ cā applōnis abesse. l. nō vere. ff. q. b. ex cau. ma. deberet tñ cā principalior cōsiderari, ſm Bal. h̄ in ver. sed q̄d si q̄s no. ꝑ gl. in d. l. nō vere, quā no. Bal. ibi facit ꝙ no. Abb. in c. cū pro cā. in iij. no. §. d̄ procu. ꝑ illū tex. ¶ † In ver. procurare. Ex his, q̄ post gl. & Doc. Abb. scribit, duę ꝯclusiones principaliter colligunt̄. † Prima est, ꝙ arreptio itineris ēt hodie habet vim appellationis, si seruent̄ ea, q̄ in applōne requirunt̄. † Secūda ꝯclō. Arreptio itineris ad superiorē, qui per viā q̄relę adiri pōt, nō habet vim applōnis. Et hoc in applōne extraiudiciali. secus in iudiciali, ſm Abb. hic. Ex quo tertia ꝯclō infertur, † ꝙ extraiudicium appellari nō pōt, nisi ad illū, qui circa applōnē ꝑ viam q̄relę adiri pōt, quia applō extraiudicialis ī effectu vr̄ quędā querimonia. Primo ꝓcedendo ordine ꝑposterato, ista vltima ꝯclō nō vr̄ vera, q̄a applō extraiudicialis vr̄ separata à remedio q̄relę, vt patet in c. cōcertationi. eo. tit. in vj. vbi applō extraiudicialis debet fieri intra. x. dies à die grauaminis illati, & tñ post decē dies q̄rela admittitur. ergo diuersa vnr̄ remedia. Facit ꝙ no. in c. licet de sen. excō. in vj. Et iō vr̄ ꝙ satis sit ꝙ extraiudicialis applō interponat̄ ad superiorē, qui de cā applōnis cognoscere pōt, licet d̄ q̄rela nō possit, nec ꝯriū in iure ꝓbari vr̄. Ex his infert̄ ꝯ secundā ꝯclōnē, ꝙ arreptio itineris hēat vim applōnis, ēt si ad inferiorē interponat̄, q̄ per viam q̄relę adiri nō pōt, nō solū in applōne iudiciali, vt Abb. dicit. sed ēt in extraiudiciali. Satis est. n. ꝙ talis superior habet potestatē respectu applōnis, de qua agit̄. Vn̄ sicut applō interposita ad illū valeret, ita arreptio itineris facta applōnis. de qua ipse cognoscere pōt, quia actus intelligit̄ ſm qualitatē personæ, ad quā refertur, arg. l. plenū. §. equitij, de vsu. & habi. Et actus ī dubio interpretat̄ vt valeat. l. quoties. ff. de reb. dub. cū si. Quantū vero ad primā ꝯclōnē hodie arreptio itineris simpl̄r nō habet vim appellationis, quia vera, & expressa applō hodie non valet añ sniam, nisi ex cā exprimat̄, put hr̄ in c. vt debitus. j. eo. ergo à fortiori minus valebit applō tacita, q̄ ex arreptione itineris insurgit. Et probat̄ expresse in d. c. vt debitus. vbi dr̄ ꝙ per impetrationē literarū nō suspendit̄ iurisdō iudicis à quo multominus ꝑ solā arreptionē itineris. Vn̄ si nō sit suspensa iurisdō, applō nō inducit. Et ideo gl. iij. in d. c. vt debitus, ꝯcludit ꝙ ista iura correcta sint. Et vr̄ ꝓcedere ꝯsiderando arreptionē itineris simpl̄r. sed si causa exprimatur, prout dicitur in d. cap. vt debitus, & petantur apostoli, & ex tali causa iter arripiatur, clarum videtur quòd appellatio facta sit his concurrentibus, prout Abb. dicit. sed tunc ex sola arreptione itineris appellatio nō insurgit. sed ex alijs medijs, quibus demōstratur, istum appellare voluisse.

ADDITIONES.

a ¶ Facto. Vide quæ pulchrè allegantur per Ias. & Francis. Cur. in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. sub condi. facit.

b ¶ Syl. Ald. Extenditur. Adde Deci. in c. cū super col. ij. de offi. dele. vbi remittit se ad hæc dicta. sed tu adde Abb. in c. si quis ꝯ. col. xiij. ver. sed circa prędicta. de fo. cōpe. in c. qm̄ ꝯ. col. fi. de proba. ī c. ꝑsentiū. col. iij. ver. sed. est dubiū de testi. Pau. de Cast. in cōsi. xxxiij. visa appellatione. col. iij. lib. j. Ias. in l. quæ dotis. in fi. ff. sol. mat. Fel. in c. cū accessissent. in iij. col. ver. ij. limita de consti. Deci. in l. j. in iiij. no. C. qui admit. in rub. §. de cōst. col. j. in fi. in c. clerici. col. pe. ver. ij. no. §. de iud. in cōs. cccc xvj. in testō. col. iiij. & iō tacita repulsio quæ fit ꝑ processum ad vltiora, operatur tñ respectu eius petitionis quæ tunc fuit facta. ꝙ secus esset in expressa vt voluit Spe. in tit. de app. ꝑ §. ij. resta. t ver. & no. secūdū & in tit. de cita. §. j. ver. quid si reus, & multa in ꝓposito cōgerit And. Tiraq. post. ll. conu. ī gl. v. nu. 49.

SVMMARIVM.

1 *Verba rescripti ita intelligi debent, vt aliquid operentur.*
2 *Argumentum à contrario sumitur etiam in materia correctoria, vt verba aliquid operentur etiam ad correctionem iuris antiqui.*
3 *Verba in contractibus, & etiam minimum non debet esse sine operatione.*
4 *Conductor potest expelli à domino pro sua necessitate indigente.*
5 *Locator qui promisit non expellere, non expellit etiam si ipse indigeat.*
6 *Verba priuilegij debent aliquid operari.*
7 *Verba in legibus non debent esse superflua, nec syllaba quidem.*
8 *Verba reducuntur ad intellectum iuris communis, etiam si non operentur, nequis indebitè damnum patiatur.*
9 *Superfluitas toleratur, remissiuè.*
10 *Appellationem tollere in rescripto quis possit.*
Quid de interlocutoria, nu. 11.
11 *Principes inferiores qui superiores non recognoscunt, an in rescripto possint tollere appellationem.*
Et hi vtuntur iure principis, nu. 13.
14 *Rex in suo regno dicit̄ Imperator, & habere supmā ptātē in subditos, nu. 16.*
15 *Duces & Marchiones Comites perpetuò inuestiti, & si superiorem recognoscunt, censentur tamen habere iura Imperatoris, & nu. 19.*
17 *Appellari non potest à sententia regis, quamuis superiorem recognoscat.*
18 *Dux Mediolani potest omnia, quæ potest Imperator.*
20 *Legatus de latere appellationem tollere non potest.*
Neque ordinem iuris communis. nu. 21.
Neque aufertur ius vnius ecclesiæ & datur alteri, nu. 22.
Nisi hoc esset ei speciale commissum, nu. 23.
24 *Inferior à principe cui commissa sunt reseruata, non habet illam plenitudinem quæ est in ipso principe.*
25 *Appellatio si remoueat̄ à sētētia alicuius, puta potestatis, vel à ptāte differūt.*
26 *Hæreticus appellare non potest.*
27 *Appellatio si in aliqua cā ꝓhibeat̄, intelligit̄ quādo agit̄ d̄ decisione totius cāæ.*
28 *Appellari quamuis non possit à sententia lata in possessorio, ab interlocutoria appellari potest.*
29 *Appellari potest in causa possessorij ab inordinato processu.*
30 *Compromissum si prohibeatur in aliqua causa, intelligitur de principali.*
31 *Causa alimentorum iudicatur quidquid in ea incidens occurrit.*
32 *Causa damni dati si statuto possit dirimi iuramento damnum passi, idem erit in causa emergenti*
33 *Compromissum si fieri debet de quibusdam causis, etiam de emergentibus quæstionibus fiet.*
34 *Clausula appellatione remota, posita in rescripto quid hodie operatur. nu. 35.*
Quid posita in statuto. nu. 36.
37 *Appellatio sit prohibita sit ex priuilegio personæ, supplicari potest.*
Quid si à statuto, vel conuentione sit sublata. nu. 38
39 *Appellatio quæ indulgeatur à iure remota appellatione in rescripto.*
40 *Superior grauamen iniustè illatum, non solum reuocare potest, sed tenetur.*

PAstoralis. ¶ † No. ꝙ verba appsita ī rescripto, ita debent intelligi, vt aliquid operentur. Et licet dicatur ꝙ rescriptū non recipiat interpretationē quod idē est, quod dicere ꝙ à verbis non recedat̄, debet tñ interpretari, vt aliquid operetur, ſm Bal. not. in rub. §. de rescri. col. ij. ver. quæro nunquid rescriptū. Et hoc ēt ꝓcedit in materia odiosa, vt Abb. declarat hic. Ad quod facit † ꝙ ēr in materia correctoria vt verba aliquid operent̄, sumit̄ arg. à ꝯrio sensu ad correctionē iuris antiqui, vt probat̄ in auc. ex testō. C. de colla. vbi Ro. & Alex. in prin. illum tex. inducit, & glo. allegatur in l. nulla. C. de epis. & cle. † Et idem ēt in ꝯctibus nullum verbum licet minimū debet esse sine virtute aliquid operandi, vt magistraliter Bal. tradit in rub. C. de ꝯhen. empt. in ix. q. † Et ideo licet conductor expelli possit de domo durante tēpore locationis, qn̄ dn̄s velit domum pro sua necessitate. l. eden. C. loca. † tñ qn̄ locator promisit[a] non expellere cōductorē, vt verba aliquid operent̄, ēt in casu propriæ necessitatis nō poterit expelli, vt not. Ang. dicit ī d. l. edē. vbi instruit cōductorē, vt faciat tali verba apponere in ꝯctu. † Idē est in priuilegijs. c. in his, vbi Abb. de priui. c. si papa eo. tit. in vj. Et ita in priuilegio arguit Bal. in auc. habita. in iiij. no. C. ne fil. ꝑ pa. & in l. iij. §. si is, pro quo. ff. ꝙ quisq; iur. Pet. de Anc. in cōs. clxxxvj. pro parte ecclesiæ. col. ij. Cal. consi. de off. archi. Idem in legibus, adeo † ꝙ nec syllaba debet esse superflua, glo. not. in l. j. ff. ꝙ met. cau. vbi Bal. dicit ꝙ potissime in legibus verba debēt aliquid operari. l. j. in fi. ff. ad mu. & idē in statuto. no. Bar. in l. iiij. §. prætor ait. col. iij. ver. quæro quid si statuto. ff. de dam. infec. & i l. iij. ff. de vsu. cum si. † Et hoc nisi quis indebite damnū patiatur, quia tūc semper verba reducuntur ad intellectū iuris cōis, dato ꝙ ēt nihil operent̄, vt per gl. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iur. delib. no. in c. cum dilectus, in c. ad audientiam, vbi Ant. de But. & Imo. de elec. non resi. † Et in pluribus alijs casibus ēt verborū superfluitas tolerat̄, vt tradit Do. in d. c. si Papa, in fi. prin. Alex. in cōsi. xxxiij. viso thema. col. ij. li. j. cū si. ¶ † Quærit̄, ſm Abb. quis possit ī rescripto appella-

ADDITIO.

a ¶ Promisit. Falsum puto, si verba stēt indefinite, quia intelliguntur secundum ius. sicut & clausula euictionis, quæ non tollit hic. remedia. Sed dictum Ang. potest procedere, vbi promissio relata est, etiam ad casus iure expressos.

pellationē tollere.Et cōclusio est ꝙ solus papa,vel imperator remouere appellationē possit,inferior aūt nō pōt l.j.§. fin.ff. à qui. ap.nō licet.no. ꝑ gl.in c.qđ translationē.de offi.leg.dixi in rub.s̄. eo.in fi.iij.q.

11 †Et ista ɔclo ꝓcedit ēt in applone ab interlocutoria, vt Bar.cōcludit in d.l.j.& Abb.hic refert.Nō ob.gl.q̄ in ɔ̃rium allegaṫ in l.fi.ꝑ illū tex.C.de sen.quia de applone frustratoria intelligiṫ.Et licet Abb.dicat ꝙ ſm istū intellectū d.l.fi. parum operareṫ,quæ tn̄ facta fuit cum magna solēnitate.Rn̄deri pōt ſm intellectū Marti.Sylli,quē Alb.sequitur in d.l.fi.in prin. ꝙ nō curauit ibi Imperator declarare,valeat, vel nō valeat rescriptū iudicis committētis cām applone vel recusatione remota.sed tm̄ voluit tollere dubitationē,quæ oriebaṫ ex dictis verbis dū dr̄. Non liceat partibus ante sn̄iam diffinitiuā ad appellationis, vel recusationis venire auxilium. Ex quibus videbaṫ ꝙ ante sn̄iam iudex nō posset recusari.Sed ɔ̃riū ibi rn̄deṫ, & circa hanc dubitationē loquiṫ ibi Imperator cū solēnitate.Nō ergo ibi dubitaṫ an iudex appellationē tollere possit,nec de hoc ibi quæriṫ.Et licet præsupponaṫ in illo mō pronūciandi ꝙ applo tollaṫ, intelligiṫ ſm ꝙ alia iura disponūt,& iura ciuilia dicūt nō posse regulariter appellari ante sn̄iam.vnde respectu applonis illa ꝓnuntiatio vr̄ ɔformari cū iure cōi.In ꝑmissa tn̄ cōclusione,quæ habet ꝙ inferior appellationē tollere nō possit,dubitationē facit iste tex.ī ver. sed si appellās,vbi nō obstāte tali clausula grauatus iniuste, nō tn̄ opprimiṫ.Sed grauamē illatū ꝑ superiorē pōt emēdari. ergo nō vr̄ inferior ꝑiudicare iuri superioris,licet cām cōmitteret,appellatione remota.Et sic tollitur rō Bar.in d.l.vnica.ff.à qui,ap. non licet. Non ob.alia rō,quā Abb, hic inducit, dū inquit ꝙ iudex nō pōt nō deferre appellationi legitime,q̄a dato ꝙ illud verū sit, nō bene inferṫ ad qōnē nr̄am h̄,quia qn̄ applo remoueṫ in rescripto, impediṫ à principio ne nascaṫ,& hoc facilius fieri, pōt q̄ ꝙ legitime applōni nō deferaṫ,quo casu applo in esse ꝓducta est, arg.l. pr̄e furioso.ff.de his,q̄ sunt sui,vel alie.iur.nō tn̄ recedendū est à cōi opi.Et qđ dictū est de Imperatore, vel de summo pontifice,

12 †idē ēt dicendū est de inferioribus,qui superiorem nō recognoscunt,vt Bar.cōcludit in d.l.j.§.interdū.ff.à quib.appel. non licet.

13 Sequiṫ Abb. hic.& Car.in cōsi.lxxij.singulatim.in ij.dubio. †Nā tales vtuntur iure principis,vt Abb. hic dicit,& in c.pastoralis.in j.no.s̄.de offi.deleg.& no,Bar.in l.j.§.de qua re.ff.de postu.in l.iij, ff.de mino.in l.infamē.circa fi.ff.de pub.iudi.in l.hostes.ff.de cap. & tradit Old.in cōsi.cclxxxj.vt eius.col.j.in prin.vbi dicit l.pe.C. de dona.inter virum,& vxo.q̄ loquiṫ de Imperatore, hr̄e locū in

14 rege.†Nā in suo regno rex dr̄ Imperator, vt no.Bald.in l.exemplo,col.fi.C.de ꝓba.& in c.cū venissent,col.ij.de eo q̄ mit.in pos. & in auc.hoc amplius col.ij.C.de fideicō.& qđ dicit Old.in d.cōs. cclxxxj.sequiṫ Bal.in d.l.pe.& idē Bal.in c.Imperialē.§.fi. in versi.

15 q̄ro vtrū,de ꝓhibi.feud.alie.ꝑ Fride.Immo qđ plus est,†idē dicē

a dū vr̄ in inferioribus,q̄ recognoscūt superiorē,qn̄ iure ꝓprio[a] in

b ꝑpetuū hn̄t dignitatē,& administrationē,vt sunt Duces,[b] Comites,& Marchiones.quia plus possumus in eo, qđ iure ꝓprio habemus,q̄ in eo,qđ nobis competit iure simplicis cōmissionis, vt no.Bald. in l.more.in iij.not.ff.de iurisd.omn.iudi.& not.Bald.in

16 proœ.digestorum,col.iij versi.item not. †vbi loquitur in rege, qui dicitur in suo regno supremam habere potestatem in subditos.

17 †Et ideo à sententia regis non appellatur,licet superiorem recognoscat,vt Bald.dicit in l.j.in fi.ff.de offi.præfec.præto. & in præallegato proœ.ſſorum. & idem tradit no. Paul.de Cast.in consi. ccxxv.super.j.dubio, circa fin. vbi loquitur in more nostro Me-

18 diolanēsi, †& cōcludit ꝙ possit omnia, quæ pōt Imperator. Et ꝙ licet in gn̄ali cōcessione nō veniāt reseruata principi.cap.quo ad translatio.de offi.leg.intelligitur in cōcessione facta magistratui

19 tꝑali.secus in perpetuo,q̄ cōstituiṫ princeps, & dn̄s. † Et iō Comites,& Marchiones,& reges vn̄r esse principes in terris suis, &

20 quo ad subditos oīa pn̄t,quæ potest ipse Imperator. ¶†Subijcit Abb.hic ꝙ nec legatus de latere appellationem tollere pōt. Idē Saly.dicit in l.fi.C.de sen.col.pe.versi. iuxta prædicta quæro. Idē Bal.in l.ij.C.eo.versi.sed nunquid legatus.Facit glo.in c.fi.de hæ-

21 re.in vj.in versi. figura, †quæ dicit legatum de latere non posse tollere ordinem iuris communis.Idem gl.in cle.sæpe.in ver.mā-

22 damus,de verb.sign.† Similiter non potest legatus de latere auferre ius vnius ecclesiæ, & alteri dare, quia solus Papa hoc pōt, Fride.in consi.cc.qđ permutatio.no.Bal.qui feu.da.pos.in princ. ver,q̄ritur de legatis Cardinalibus.Ro. in consi. xxxvij. viso pun-

23 cto cū si. † Et qđ dcm̄ est de applone,intelligiṫ, nisi esset spāliter legato h̄ ɔmissum,ꝙ cām applone remota ɔmittere possit, scđm Bal.in d.l.ij.C.& Spec.no.ī ti.de lega.§.nūc ostēdēdū, ver. xiiij.Et idē pari rōne esset ī alio inferiori,cui eēt h̄ cōmissum.Facit qđ no,

24 Pau.de Cast.in d.consi. ccxxv. circa fi.† Notādū tn̄ est, ꝙ ille inferior,cui à principe hoc,vel alia reseruata principi cōmittunt,non

hēt illā plenitudinē ptātis,q̄ in ipso principe cōsideraṫ, vt no. tradit Bal.in l,ij.col.vij.in xvij.q.ver.itē no.ꝙ si papa.C.de serui.& acqui.Et idē Bal.in l.rescripta.col.fi. in ver.iij. q̄runt doc.C.de præci. impe.offe.Facit qđ no.idem Bal.in l.si testm̄ , in prin.C. de testa. & in c.j.in prin.col.pe.in ver.obseruet.si de inuesti.inter do.& vasallū lis oria.& tradit Alex.in consi.xciiij. cōsideratis his,col.pen. lib.j.& in cōsi.lx.visa legitimatione.col.vij.lib.ij.Et dum Abb. hic

25 cōcludit†ꝙ qn̄ applo remoueṫ à sn̄ia ptātis,de sn̄ia diffinitiua intelligiṫ.secus si applo prohibeatur à potestate, vt per eū hic. Pro quo dicto Peru.hic adducit qđ no. Archi.Io.and.& Do.in c.vt in-

26 quisitionis,in prin.de hære.in vj.†vbi tenent ꝙ licet hæreticus appellare nō possit,prout ibi hr̄, intelligiṫ à sn̄ia diffinitiuæ.Si autē grauatus fuerit in processu,appellare nō ꝓhibetur.Facit tex.in l

27 si ex cā.§.nunc videndum.ff.de mi.vbi Bal.ꝑ illū tex.dicit†ꝙ si ī aliqua cā appellatio ꝓhibeatur, intelligiṫ qn̄ agiṫ de decisione totius causæ.Secus in eo,qđ totā cām non dirimit, puta in sn̄ia in-

28 terlocutoria. †Vnde licet à sn̄ia lata in possessorio appellari non possit,tn̄ ab interlocutoria pōt appellari,vt no. Ang.in consi.xlvj. viso puncto,& no.ēt Bal.in c.ex conquestione,de resti.spo.vbi in-

29 quit† ꝙ in cā possessorij appellari potest ab inordinato processu, licet à sn̄ia lata super possessorio non appelletur.Et in simili,si ali-

30 qua causa prohibeatur† compromissum , de causa principali intelligitur.Vnde articulus emergens bene poterit compromitti, secundum Bal.in l.cum proponas,in fi.C.de reb.credi.Sed considerādū est ꝙ ista dicta de plano procederent, qn̄ dispō prohibēs appellationē,de sn̄ia loquereṫ,q̄a applone sn̄iæ,de diffinitiua intelligiṫ,vt Abb.dicit hic,& late dixi in c.su ꝑ eo.el.ij.s̄.eod.Sed cū in casibus supradictis nihil dicaṫ de sn̄ia, sed absolute appellatio prohibeatur in aliqua cā, vr̄ ēt appellatio in casu emergenti prohiberi,eo , qđ in secundo membro Abb.dicit,qn̄ appellatio simpliciter à potestate ꝓhibeṫ,q̄a tūc ēt ab interlocutoria remota intelligiṫ.Nam incidens assumit naturā, & qualitatem causæ principalis.cle.dispēdiosam de iudi. Et ad hoc bene facit qđ no.Bart. in l.solēt.ff.de alimē.& cib.leg.col.iiij.dū allegat.l.cū hi.ff.de tran-

31 sac. Et cōcludit † ꝙ cā alimētorū iudicaṫ quidquid incidēs occur-

32 rit.† Vnde infert ꝙ si statutū velit ꝙ in cā damnorū stetur iur̄o dānum passi.idem erit in causa emergenti, quæ poterit ꝑ iur̄m probari.Et sequitur Bal.in l.j.col.j.ver.sed pone.C.de reb. cre. & Pet. de anc.in consi.lxxvij.ex verbis sn̄iæ.col.j.Paul.de Cast.in d.l.cum

33 hi.Facit quod no.Bar.ī l.pe.C.de pac.vbi inquit†ꝙ si ex forma statuti debeat cōpromissum fieri de quibusdam causis, ēt de qōnibus emergentibus erit faciendū compromissum.¶In glo. Abb.

34 prosequitur quinque qōnes. †Prima est,quid hodie clausula, appellatione remota,operatur.In qua ɔ̃ gl.hic post Host.an.& alios concludit hic quòd ista Decretalis non corrigitur per c. vt debitus.j.eo.sed ille tex.per istū limitaṫ.vnde licet dicaṫ in d.c.vt debitus,ꝙ appellatio admittatur ex causa probabili, intelligitur , nisi in rescripto sit clausula appellatione remota , per tex. hic.Ad qđ facit,q̄a stante tali clausula appellatio prohibetur,vt hic,ibi,permittitur ex cā probabili,quæ allegatur.Ergo præualet ista dispo-

c sitio prohibitiua[c] tex.no.vbi Bar.in l. iij.§ liberti.ff.de suspec.tuto. Facit tex.in l.si Rufinus.C.de testa.mi.Dū autē ī d.c.vt debitus.applo prohibeṫ absque cā probabili, tūc clausula ista suꝑflua videṫ, & tali casu nihil operaṫ,qn̄ appellatur ante sn̄iam,ex quo oīno ēt absque tali clausula appellatio prohibeṫ. Aut hoc modo saluatur opi.gl.hic,& aliorū,quos Abb.refert , & latius videbimus in d. c.

35 vt debitus.¶†Subijcit Abb.h̄ quòd clausula ista plures effectus[d]

d ducit , quos latius ꝓsequitur Peru.hic. Et breuiter[e] dici potest ꝙ

e tolluntṫ omnes effectus,quos applo interposita producere solet, de quibus hr̄ in rub.s̄. eo. Et dispositio huius decretalis procedit

36 in rescripto , prout loquitur.† secus si appellatio remota sit à sta-

f tuto,[f] vel ex priuilegio ꝑsonæ,q̄a tunc quo ad oēm effectum appellatio remota vr̄,ſm Ant.de Bu.hic,quasi sentiat ꝙ ꝑ superiorē tūc grauamē nō reuoceṫ.Cōtrariū tn̄ tenet Abb. q̄a ī his eadē rō videtur,

ADDITIONES.

a ¶Proprio. Falsum,quia ex quo recognoscunt superiorem, non possunt ius illius tollere,nec censetur à superiore remitti in confessione,quantum vis generali. Io.An.addi.Specu.de iurisdi.om.iud.ver.vidisti duas.Ang. in l.j.§. qui mandatum.de offi.eius cui manda.& iurisd.

b ¶Duces. Vide per Ias.M: y.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.col.iiij.& per Fely.in c. quæ in ecclesiarum.in xii.col.s̄. de consti. Alex.in consi.xxx.nu.9.lib.v.& consil.xi.nu.9.lib.vii.

c Syl.Al. Prohibitiua. Ita in simili arguit.s̄.in c.nam concupiscentiam.in iii.not.in i.lect.de consti.

d ¶Effectus. Adde eūdem Deci.in c.vt debitus,in ver.in gl.ante sn̄iam j̄. hoc tit.

e ¶H.Gig. Et breuiter.Vide latissime Vital.de Gābā. in suo tract. clausula appellatione remota.

f ¶A statuto. Vide Dec.in consi.xlix.Alex.consi.ccxxv.nu.13.lib.vi.& consi.xxvix. nume.1.lib.vii.

trac.de epiſco.in ij.par.prin.tertij.lib.ver.vndecimo q̃ro.& idem
tenet Hoſt.in ſum.eo.ti.§.quis ſit effectus.facit ꝙ no.Bal.in c.cum
46 ſuper.in ij.not.de cã poſ.& prop.¶ † Tertio, Abb. cõcludit ꝙ ſi ꝯ-
firmatio facta ſit ex certa ſcientia.multũ operaẽ, cõfirmat enim
ꝙ nullũ eſt, vt no.in c.j.de tranſac. & in c.veniens.vbi gl.in ver.ꝯ-
firmatum. de tranſac. & no.Bar.in d.l.priuilegia. Car.in d.conſi.
xliiij.Abb.in conſi.lxij.Alex.in conſi.ſ.alleg. Pau. de Caſt.in cõſi.
47 ccxxx.dubitatur primo.in fi. † Et dicitur confirmatio fieri ax cer
ta ſcientia, ſecundum Abb. hic quando totum negotium papę
reſeruatum fuit, & ipſe confirmauit.c.pe.j. eo.vbi Abb.in prin.
dicit, quòd quando tenor rei confirmate exprimitur, videtur fa-
cta confirmatio ex certa ſcientia.Et idem abb. in c.examinata.in
fi.j.eo. & Alex. in locis prealleg.Et tali caſu videtur facta confir-
matio ex certa ſcientia, etiam ſi verba conditionaliter proferan-
tur, vt no.Abb.dicit in d.c. examinata. in prin. & c.fi.j.eo.& in d.
conſi.lxij.col.iiij.lib.j. & de hoc videbimus in d.c.pe.j. eo. Et alijs
modis etiam diciẽ fieri confirmatio ex certa ſcientia, vt abb.tra-
dit in c.porrecta.j.eo.vbi videbimus, & dixi in c.ad hæc.de reſcri.
48 ¶ † Et ſubijcit abb. hic, ꝙ alia clauſula apponi poſſet per ſupe-
riorem, videlicet ſupplentes omnes defectus de plenitudine po
a teſtatis. [a] Notandum tamen eſt, quòd talis clauſula non videtur
ſupplere defectus iuris naturalis, vt no.Io.And. in ti.de leg.§.nũc
oſtendẽdum.ver.xviij. & no.Imo. poſt Ant.de Bu. in c.j.de trãſa.
& abb.hic, in fi.vbi hoc declarat.& Imo.in c.ij.hic in, fi.cum ſi.vt
tradit Alex.in l.ſi filius à patre.§.fi.ff.de lib. & poſth.& idẽ Alex.
in conſi.cxciiij.aſſumo.col.vj.lib.ij.Et talis clauſula etiam nõ ſup
plet defectum perſonę ſupplicãtis, vt tradit Ro.in ſing.ccccxix.
cum verba reſcripti. & no.Do.c. Cenomanenſem.lvj.diſt.& ha-
beẽ in trac. clauſula. in cl'a iſta ſupplentes. & de iſta clauſula ali-
quid tradunt Mod.in c.ij.char. pen.de reſcrip.& Bart.Sozi.in ꝯſi,
xx.ſepenumero.col.ij. quod conſilium inſertum eſt inter cõſilia
Franceſ.de Curte.& per ipſum Franceſ.in cõſilio lxv. ſuper præ-
49 miſſa.col.ij.& in conſilio xlix.chart.xv, verſi.ad ſextum.¶ † In gl.
fi.Abb. primo concludit poſt gloſſ. quòd confirmatio in forma
communi non impedit, quominus ordinarius cognoſcere poſ-
ſit de iure competenti illi, qui.obtinuit confirmationem.& dicit
quòd iſte text. cum ſequenti loquitur de confirmatione ex cer-
ta ſcientia. & ita Doct.hic communiter tenent, vt Hoſt. in ſum.
eo.ti.§.quis ſit effectus.Goff.tamen in ſum.eo. ti.refert opi.alio-
rum, qui tenent, quòd tex.huius c.j. & ij. intelligatur in cõfirma-
tione ſimplici, ꝓut verba ſonant. & ipſe hanc ſñiam ſequiẽ, & in
pũcto iuris probabilior videẽ. Nam primo tex.in c.j. in ver.ſed ſi
rem, aduerſatiue loquiẽ, & in effectu ſimpliciter dicit, quòd ſi res
non ſit litigioſa, habita cõfirmatione à ſummo põtifice, inferior
cognoſcere non põt. Eodẽ modo generaliter loquitur tex.in c.
ij.dum inquit, de confirmationibus Romani pontificis.Ergo vi-
detur ꝙ iſta iura intelligantur de confirmatione in forma cõi, q̃a
appellatione confirmationis intelligitur de confirmatione facta
in forma cõi, vt dictum eſt ſ.in rub.Et tex.in c.ij.regulã ponit, ex-
cipiendo ſolũ duos caſus. ergo exceptis illis duobus caſibus r'a
50 generaliter videtur procedere, † quia exceptio firmat regulam
in caſibus nõ exceptuatis. c.ij. de cõiugio lepro.xxxij.q.vij.c.dñs.
Et quia confirmatio, etiã in forma cõi, facit rem confirmatã ma-
ioris auctoritatis, & nouum vinculũ addere videẽ vt ſ.dictum eſt
Et quia negari non poteſt, quin papa manum appoſuerit, iuxta
c.vt noſtrum.de app.Vnde ex omnibus ſ.dictis ſuaderi poteſt, ꝙ
etiam ſtante cõfirmatione in forma cõi, inferior cognoſcere non
51 poſſit. † Et in effectu habemus conſiderare duos caſus, ꝙ aut cõ-
firmatio fuit ſurreptitia, vt quia lite pendente impetrata ſit, vel
in alio modo ſurreptitia ſit, & hoc conſtet, & inferior tali caſu co
gnoſcere poteſt, vt hic, in c.j.in prin.& in c.ij.in fi.Aut nõ fuit ſur-
reptitia, & inferior non poteſt, vt hic, in c.j.in fi. & in c.ij.in prin.
¶ Deinde ex alijs dictis Abb.circa iſtam gl.duę limitationes col-
liguntur ad illud ꝙ ſ.dictum eſt, de clauſula, ex certa ſcientia. Pri
52 ma eſt, † ꝙ illa clauſula nihil operatur, quãdo cõfirmatio fuit ſur-
reptitia, ex quo habetur ꝙ licet à principe aliquid factũ ſit ex cer
ta ſcientia, tamẽ diſpoſitio poteſt eſſe ſurreptitia reſpectu eorũ,
quæ in facto conſiſtunt, vt quia pendente appellatione, vel pen-
53 dente lite, illa confirmatio facta ſit, † quia talis confirmatio ex
certa ſcientia non purgat falſitatem narratorum, vt no.per Ro.
in ij.deciſ.in eo.ti.in nouis.Et bene facit quod no.Bal.in l.fi.col.ij.
54 C.ſen.reſcin.non poſ.vbi inquit, ꝙ † illa clauſula, ex certa ſcien-
tia, nihil operatur in his, quæ in facto conſiſtunt, de quibus ſupe
rior non præſumitur habere notitiam.& ſequitur Alex.in conſi.
cxxv.viſo titu.qõnis.col.fi.in fi.li.ij.& Cor. Peru.in conſi.clxxxix.
quanquam.col.iij. lib.iiij. & idem tradit Pau. de Ca.in conſi.clix.
qõ iſta vertiẽ, col.fi. & dixi in c. ad hæc.de reſcript.Et intelligiẽ ꝙ
ꝯfirmatio ſurreptitia ſit, ita ꝙ ꝯſtet. Et ſm abb.hic, dr̃ ꝯſtare per
cõfeſſionẽ, vel ex tenore bulle. de quo dicendũ eſt vt dixi in c.ex
55 inſinuatione. de app.Secũda limitatio eſt, † ꝙ dicta clauſula in-
telligitur reſpectu præteritorũ, nõ autem ad futura porrigitur,
56 † quia non comprehendit illud. de quo non fuit cogitatum, vt
57 abb.hic dicit poſt gl. † & concludit, ꝙ ſi ille, qui obtinuit confir-
mationem à principe ex certa ſcientia pro aliquo beneficio, po-
ſtea cõmittat aliquod delictũ, non ob.tali confirmatione, per or-
dinariũ poterit puniri, Et idẽ tenet gl.ij.in c.filiã.j.qõ.j.Et ad hoc
58 facit, † quia non videẽ exemptus ab ordinario per talem confir-
mationem, arg.c.per tuas.de maio. & obe. & ibi abb.& idẽ abb.
in c.porrecta.in gl.j. eo. & no.Ant.de Bu.in c.cum inter. el ij.col.
iij.de elec.& in c.ſuper eo.col.fi.de offi.dele.cũ ſi. vt tradũt Mod.
in d.c.per tuas.Et licet Doc.videantur loqui ſpecialiter rõne de-
licti, idem tñ videẽ ſi alia rõne conueniaẽ, ex quo non eſt exem-
ptus.d.c. per tuas & quia actus ſint ſeparati. vñ de vno ad aliud
non infertur.l.Papiniamus exuli.ff.de mino.Illa enim confirma
tio facta ex certa ſcientia, videtur facta ad conualidandú actum,
ideo vlterius non extenditur. Poſtremo Abb. latè inſiſtit an ſñia
lata pro aliquo confirmari poſſit. Et breuiter conſiderat duos
caſus.Primus eſt quando ſñia tranſiuit in rem iudicatam.Secun
59 dus caſus eſt, qñ fuit nulla.† In primo caſu poſt Inn.& alios con-
cludit, ꝙ ſñia quæ tranſiuit in rem iudicatam, etiã peti poteſt ꝙ
confirmetur.Et vltra, ea quæ tradunt Mod.in c.ea, quæ de re iu.
& Alex.in l.ſi finita.§. eleganter.ff.de dam. infec. Iſta conclo cõ-
probari põt ex eo, quod no.Bar.in l.vti frui.§.vtrum aũt.in fi.ff.ſi
60 vſufructu.peta.† vbi ĩquit quòd licet comes comitatũ poſſideat,
poteſt tamen petere vt etiam comes declaretur, & qui obtinuit
tenutã, põt petere ꝙ in ea confirmetur, vt no.Ang.in l.ſi finita.§.
61 fina.ff.de dam.infec.cum ſi. vt tradit ibi Alex. † Et partes, quę ꝯ̃-
xerunt, poſſunt petere ꝙ contractus à iudice confirmetur, vt no.
62 Bar.in l.ſi quos.C. de decu.lib.x. vbi allegat Inn.hic. † Et ille qui
fuit legitimatus, petere poteſt quòd iterum ad maiorem caute-
lam legitimetur, vt ex pleniori legitimatione ſe tueri poſſit, vt
tradit Pau.de Caſt.in conſi.ccxxvij. viſo teſtamento.circa fi.Et ĩ-
63 ſtitutus, † qui reperitur in poſſeſſione beneficij, petere poteſt ꝙ
de nouo inſtituatur, vt no. Car.in c.poſt electionem.de conceſ.
præben. & ibi abb.in iij.not. & idem abb. in cap.cum olim.el ij.
de priui.Cal. in conſi. vij. de elec.cum ſi. vt dixi in c. bone in iiij.
no.de app.& idẽ Abb.ĩ c.ij.in iij.no.de arbi.& facit quod.no.Bar.
& Angel.

ADDITIO.

a ¶ Sylue.Aldob, Poteſtatis. Vide quæ ego late ſcripſi in libro clauſularum, in clauſula, ſupplentes &c. vbi multa addidi.

& Ange. in l. j. in princ. C. de Carb. edicto. & glos. in l. de pupillo. §. qui opus. in ver. nuntiare. de ope. no. nun. cum si. vt ibi Alexan.

64 † Et prædicta conclusio procedit, secũdum abb. hic, quando talis confirmatio petitur à principe, secus si ab inferiori, quia coram inferiori talis confirmatio peti non potest. & ita secundum abb. hic intelligitur, vt procedat dictum Inno. in cap. causam, quæ. el ij. qui fil. sint legi. Sed aduertendum est, quia talis distinctio videtur contra mentem Inno. in vtroque loco, vbi loquitur generaliter. Et rationes eius etiam generaliter videtur procedere, & quę supra allegata sunt, etiam habent locum coram inferiori, quod patet, dum simpliciter Doct. loquuntur de iudice. Et ideo Inno. in cap. proxi. infra eo. vt abb. etiam hic refert, videtur absolute approbare illud, quod dixit in d. cap. causam, q. & illud vr̃ verius de iure. Et istam opi. latè defendit Imo. in l. si contẽdat. ff. de fideius. per regulam. l. pure. §. fin. ff. de excep. vbi reo non datur facultas agendi, & quia actio possessori non competit. §. eque. insti. de ac. Ad allegata in contrarium Imo. respondet, quòd loquuntur in casibus particularibus, vt ipse prosequitur in dicta l. si contẽdat. tenet Sal. in l. iij. C. qui bo. cede. pos. & dixi in ca. si autem. de rescri. Est verum quod Alexan. in d. §. eleganter. colum. pe. sequitur conclusionem abb. hic, & Barto. post. glo. d. l. si contẽdat, pro qua adducit, quia videmus quòd ille, qui est ĩ possessione, potest etiã iuste petere eam sibi confirmari. l. iij. §. missum. ff. de Carbo. edic. & quod ibi Bart. Sed ille text. non videtur probare hoc, quia pupillus ibi non habebat possessionem, quam peteret sibi confirmari, sed erat missus in possessionem. & sic habebat tenutã simplicem. Et dicitur ibi, quod prætor illum tuetur cõstituẽdo possessorem. Et ad alia, quæ adduci possunt, respondet Imo. in d. l. si contendat. Inno. in d. cap. causam, quæ. Sal. in d. l. iij. vbi respondet ad illum text. C. qui bo. cede. pos. vel dicamus concordando opi. quod extraiudicialiter confirmatio peti potest, sed non iudicio, saltem contentioso.

65 † Secundo, abb. concludit in ij. casu principali, quod si sententia sit nulla, & ex certa scientia confirmetur cũ causæ cognitione, valida erit, vlterius de nullitate primę sententiæ non poterit dici, nec opponi. & idem Ange. tradit in l. ij. in vij. fallen. in fin. ff. si quis in ius. cum si. vt tradunt Moder. in d. c. causam, quæ & adde Alexan. qui latè idem concludit in consi. cxj. viso themate. in princi. libr. v.

66 † Et ista conclusio limitatur vt procedat, nisi secunda sententia confirmatoria, eodem morbo laboraret, vt no. Anto. de But. hic, & idem Anto. de But. in cap. super literis. in repe. in xv. char. ver. sed si dicatur. de resc. & hoc latè declarat Peru. in d. cap. dilecto. in quæstio. xlj. de appel. Et ista limitatio satis includitur in conclusione, quam Doct. faciunt in locis præallega. quia hoc modo loquuntur.

67 † Secundo limitatur, dũmodo vitium primę sententiæ esset remissibile de consensu partium, alias secus, vt vt no. Car. in consi. lxj. seriatim. in ij. dubio cũ simi. vt per Moder. in d. capitu. causam, quæ. Et ista etiam limitatio est de mente Doc. in locis supra allega. à cessante ratione nullitatis, quæ erat in prima sententia.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ impetratæ in causa appellationis nullam facientis mẽtionem de primis, an valeant.*
2 *Appellatus non debet præuenire appellantem.*
3 *Appellatione pendente exequutio fieri non debet, & facta reuocatur.*
4 *Ista conclusio quomodo intelligatur.*
5 *Tex. quãdo vario modo intelligi põt, ille intellectus p̃ualet, q rubricæ cõgruit.*
6 *Clausula, vocatis vocandis, tollit surreptionem.*

1 BOnæ. ¶ Summatur, & diuiditur, vt per abb. hic. ¶ † Primo, per abb. colligitur, quod hic valent posteriores literæ impetratę per appellãtẽ, & nullam facientes mentionem de prioribus impetratis per appellatum. Et hoc ideo, quia primę erant nulle, de quibus non erat opus facere mentionem, vt probatur hic, & in capit. ex tenore. cum glos. de rescri. cum si. vt per abb. Sed aduertendum est, quia tex. hic in contrarium induci potest, dum ponderatur, quòd nõ fuit facta expressa mentio de primis, quæ tamen nõ valebant, quia impetrate fuerunt non facta mentione de appellatione pendente. vnde hoc pendet ab intellectu decretalis. de quo in glos.

2 ¶ † Secundo, no. quòd appellatus non debet præuenire appellantẽ. de quo vide in cap. oblate. de appel. vbi dictum fuit.

3 ¶ † Tertio, no. ex tex. cum glos. quod pendente appellatione executio fieri non debet, & si facta sit, debet reuocari. cap. venientes. de iureiur. & not. in glos. hic. facit text. in ca. cum teneamur. de app. cum si. vt dixi in cons. xcvij.

4 † Et hoc intelligitur ĩ appellatione à diffinitiua. sed ĩ appellatione ab interlocutoria distinguitur vt habetur in c. non solũ. de appel. in vj.

5 ¶ † Quarto, ex glo. declarando istum tex. c. intelligit vt in fi. abb. hic dicit, quòd quando text. vario modo intelligi potest, illa lectura præualet, quæ rubricæ congruit. facit glos. in cap. tibi qui. de rescrip. in vj. cum si. vt per abb. hic. Et idem not. Anto. de But. in proę. decre. § sanæ. col. ij. versi. item allegatur. Et secundum hoc declaratur quod not. Barto. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Facit quod not. Bald. in l. j. C. ne lic. ter. pro. colum. ij. vbi inquit, quod si text. dubius sit intellectu, secundum rub. intelligitur, cum si. vt no. Alexan. in l. j. colum. iij. ff. si cer. pet. Et idem Alexan. in cons. clxxxix. maturæ digestis. colum. ij. lib. ij. & in cons. xiij. circa primum. colum. v. li. iij. not. abb. in capitu. ad audientiam, de reb. eccle. non alie. vbi allega. istam glos. hic. ¶ In glos. fin. abb. sequitur intellectum gl. videlicet quod in prin. tex. loquatur, quando literæ confirmationis impetrate fuerunt simpliciter in forma communi, & quia non faciebant mentionem de appellatione, non valebant. Aliæ vero impetrate per appellantem nõ derogabant confirmatorijs, quia de illis non faciebant mentionem expressam. Ideo valent confirmatoriæ, donec cognoscatur de causa appellationis. Non ob. quod non facerent mentionem de appellatione, quia verum est in princ. Sed postea impetrate fuerũt, facta mẽtione appellationis. & ideo in ver. verum mutat casum secundum abb. & Doct. hic. Sed certe durum videtur intelligere quod mutet casum, quia text. videtur procedere, retento eodem casu, & themate. Sed tunc stat difficultas, si literæ confirmatoriæ erant nullæ, quia non faciebant mentionem de appellatione. ergo non erat opus de illis facere mentionem, d. capitu. ex tenore, cum ibi not. & si erant nullæ. ergo non poterat stare in suspenso. Ad ista, in quibus difficultas videtur consistere, cogitabam posse responderi, quòd licet literæ priores nõ facerent mentionem de appellatione, valebant tamen, quia continebant confirmationem sentẽtiæ in forma communi, quæ parum operatur, quia cõditionaliter dicebatur, sicut iusta est. nam huiusmodi literæ nihil p̃iudicant appellationi interpositæ, nec literis postea impetratis per ipsum appellantem,

6 † in quibus ipse in effectu dicit sententiam iniustam, sicut in simili alibi dicitur de clausula, vocatis vocandis, quæ tollit surreptionem, vt not. tradit Car. in consi. xcij. fauendo pupillis. colum. secunda Nec ob. huic responsioni text. in capitu. oblate. de appe. vbi erat confirmatio facta in forma communi, & tamen dicitur ibi, quod literæ dictę confirmationis erãt surreptitiæ, quia loquitur ille text. quando per literas confirmationis causa fuit commissa iudicibus, qui haberent cognoscere de causa appellationis, quo casu, hoc tenderet in præiudicium appellantis. Secus vr̃ in isto casu, vbi confirmatio facta fuit simpliciter, prout istum text. intelligunt glos. & Doct. Sed tamẽ quia iura generaliter dicunt, quod pendente appellatione nihil est innouandum, & quod literæ impetrate non facta mentione de appellatione, non valent, non videtur recedendum à communi intellectu, videlicet quod in versi. verum, mutet casum, declarando hoc modo, quia post primam responsionem factam, quod posteriores literæ derogarent prioribus confirmatorijs, quæ erant nullæ, quæsitum fuit quid si literæ priores confirmationis voluissent. Et respondetur in antiqua decretali secundum distinctionem, quæ hic ponitur, quòd aut expresse derogatum fuit in primis confirmatorijs, & valent secundæ. Aut generaliter, & tunc secundæ non tollunt primas, sed sunt in suspenso, vt hic dicitur. Et ita refert Car. hic hoc constare in antiqua decretali, & quod iste ver. verum, hic fuit nimis breuiter decisus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium transferre de loco ad locum est periculosum, & ideo debet transcribi, & mitti copia.*
2 *Instrumenta producere in loco remoto quis non debet compelli.*
3 *Sigillum episcoporum, & abbatum dicitur esse auctenticum.*
4 *Inquisitio tenoris alicuius scripturæ est delegabilis.*
5 *Priuilegij confirmatio, & reuocatio est delegabilis.*
6 *Delegare alteri non potest ille, cui committitur vt videat instrumentum.*
7 *Testes, qui deponere debent de tenore instrumenti, debent esse periti ita, vt cognoscant defectum instrumenti, prout sunt procuratores, & aduocati.*
8 *Priuilegij reuocatio impeditur per contradictionem eius cuius interest.*
9 *Priuilegium non debet renouari nisi citatis his quorum interest.*
10 *Ista conclusio limitatur, & declaratur.*
11 *Princeps in dubio non videtur velle tertio præiudicare.*
12 *Priuilegium renouandi iusta causa est vetustas.*
13 *Casus à regula exceptus extenditur ad alium similem.*
14 *Exceptio, an & quando firmet regulam, & quomodo declaretur, & amplietur ista conclusio per totum.*

15 *Regula nunquã ampliat per exceptionẽ, qñ per hoc sequeretur correctio iuris.*
16 *Instrumenta etiam scribi possunt in papyro.*
17 *Dictio, quasi, est nota improprietatis, & diminuit.*
18 *Præscriptio contra exemptionem respectu ecclesiæ, vel alterius tertij quanto tempore finiatur.*
19 *Ecclesia Roma. gaudet præscriptione centum annorum, etiam contra Imperatorem. Ista conclusio ampliatur, & declaratur nu. 20.*
21 *Præscriptio centum annorum, an & quando probari possit per testes.*
22 *Viuere an quis præsumatur per centum annos.*
23 *Libellus qualiter debeat formari, qñ episcopus vẽ dicat ecclesiã sibi subiectã.*
24 *Succumbens in causa debet lacerare instrumenta, & priuilegia sibi cõtraria.*
25 *Instrumentum restituere qui tenetur debitori soluenti, debet habere expensas factas in recolligendo eum.*
26 *Abbatissa dicitur habere administrationem, & in ea abbati æquiparatur.*
27 *Abbatissa dicitur habere iurisdictionem, & eã in suas moniales exercere põt.*
28 *Abbatissa potest habere collationem beneficiorum.*
29 *Abbatissa dicitur habere dignitatem, & etiam cum administratione.*
30 *Abbatissa comprehenditur appellationem prælatorum.*
31 *Mulier an & quando possit suscipere officium procuratoris, & quomodo declaretur, & quot modis limitetur ista conclusio.*
32 *Literæ legati non probant in præiudicium tertij, sed adminiculantur.*
33 *Assertioni bonorum virorum creditur quo ad quandam præsumptione.*
34 *Priuilegij in renouatione, an & quando lis contestari debeat.*
35 *Priuilegium si petitur renouari, an pars citari debeat, fallit vt nume. 37. & nume. 40. & nume. 41.*
36 *Testium examinatio, & exemplatio instrumenti à pari procedunt, quantũ vt in vtroque casu necessaria sit citatio.*
38 *Testes propter difficultatem, & periculum examinari possunt parte nõ citata.*
39 *Iuramento contrauenire quis propria auctoritate potest, vbi est periculum in mora, & non habetur copia superioris.*

CVm dilecta. ¶Summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ 1 †Primo not. periculosum esse, transferre priuilegium, ꝙ quis habet, ad loca remota. ideo tutum est, vt solenniter transcribatur, vt Abb. hic, per istum tex. dicit. Ad idem text. in capi. accepimus. de fi. instr. & ibi Abb. in iij. not. dicit, quòd quis non 2 † debet compelli ad ꝓducendum instrumenta originalia in loco remoto. Ideo cõsiliũ est, quòd solenniter exemplentur, vel etiam tali casu, quando periculum imminet in itinere, iudex debet mittere personas idoneas ad locum, quæ videant originale, & faciant fidem iudici, vt not. Barto. in l. prætor. §. fin. ff. de eden. vbi alleg. text. in d. capitu. accepimus. & idem not. Bart. & Bal. in l. iudices. C. de fide instru. An autem aduersarius præcise possit petere, quòd originalia instrumẽta edãtur, transferendo de loco ad locum, prẽstãdo cautionem de periculo, fuit aliàs quæstio ventilata in ciuitatæ Florentiæ, de qua videndum est quod dixi in cap. primo de proba. colum. lix. ¶ 3 †Secũdo, not. quòd sigillum episcoporum, & abbatum, dicitur esse auctenticum. de quo latè dixi in c. post censionem de proba. ¶ 4 Tertio, not. † quòd inquisitio tenoris alicuius scripturæ est delegabilis, vt Abb. hic dicit. Et hoc procedit nõ solum quando apparet illa scriptura, vt hic loquitur. sed etiã si perdita sit, vt est tex. in capitu. cum olim. el. j. de priui. 5 † Immo etiam ipsa confirmatio, & reuocatio priuilegij delegari potest, vt not. Bald. in l. tutores, in fi. ff. de confir. tuto. facit tex. in c. si abbatem. de elect. in vj. & quod no. Pet. de Anch. & Do. post Io. Andr. in c. si cõfirmationem, de ele. in vj. 6 † Et notandum est ad tex. hic, quòd ille, cui committitur vt videat instrumentum, non potest alteri illam commissionem delegare, vt not. Bald. in auct. sed nouo iure. col. iiij. versic. dubitatur. C. si cer. pet. quasi Bald. vellit quòd videatur electa industria personæ. Et ad hoc facit, 7 † quia testes, qui habent deponere de tenore instrumenti, debent esse periti, [a] ita quòd cognoscant defectum instrumenti prout sunt procuratores, & aduocati, prout not. Barto. dicit in auct. si quis in aliquo. C. de eden. col. ij. & ĩ l. ij. §. diuus. ff. de iur. fis. Abb. ĩ c. Albericus. col. ij. de testi. no. in c. cum olim. de priui. vbi Ant. de Bu. ĩ prin. & abb. 8 ibi, in gl. fi. & dixi in consi. lxxxij. viso processu. ¶ †Quarto, no. ꝙ renouatio priuilegij impeditur per contradictionem eius, cuius interest. Et hoc verũ est in se, licet text. hic possit cauillari. Ad idẽ est text. in c. cum olim. de priuile. vbi Abb. in j. no. dicit. ꝙ 9 † renouari non debet priuilegium, vel instrumẽtũ, nisi citatis his, quorum 10 interest. † Et hoc verum est, quando hoc petitur coram ordinario. Secus si petat à principe, qui potest priuilegium de nouo 11 cõcedere, vt no. Abb. in c. ex parte. in iij. not. de priui. † Quod sane intelligitur quando constat de mente principis. aliàs secus, quia in dubio non videtur velle tertio preiudicare. c. super eo. de offi. dele. vbi latè dictũ fuit. ¶ 12 †Et notandum est, quòd iusta causa renouandi priuilegia est propter vetustatẽ. [b] c. fi. vbi gl. de fid. instr. ad idem gl. in §. j. in auct. de hære. & falci. in ver. reparare, cũ si, vt tradit Alexan. post Ro, in l. si finita. §. eleganter. ff. de dã. infec. 13 ¶ † Quinto, no. quòd casus exceptus à regula extenditur ad aliũ casum similem, [c] vt Abb. hic dicit. Et ad hoc abb. solet allegare istum tex. vt patet in c. ad audientiam. de cleri. non resi. & in c. curauit de proba. cum simi. vt ibi Andr. Si. col. pen. & latè Mod in c. quoniam frequenter. in prin. vt li. non contest. Sed tamen reperio Alexan. in l. si constante. in princ. col. vj. ff. solut. matr. qui dicit quòd iste tex. nihil facit, quòd renouatio priuilegij, de quo agit, nõ est casus exceptuatus à regula, immo est secũdum regulam. c. fi. §. de fi. instr. Ad hoc replicari potest, quòd immo videtur casus specialis renouatio priuilegij, vel instrumenti, ex quo nõ põt, fieri, nisi ex certa causa, d. c. fi. de fide instr. Et hoc bene facit text. in l. si qui ex argentarijs. §. fi. in fi. ff. de eden. & Alexã. ipse hoc mõ arguit per istum tex. in l. j. ff. de offi. eius. col. xvij. ver. iuxta prẽdicta quæritur, ibi, in ver. v. & idem Alex. in l. singularia. col. iij. ver. præterea. & in l. certi conditio. §. si nummos. col. j. ff. si cer. pet. Et pro ista conclusione est bonus tex. in c. post translationẽ, versicu. 14 quanquam. de renun. vbi Bald. ad hoc no. illum tex. ¶ †Et ex ista cõclusione abb. infert limitationem ad regulam, quæ dicit quòd exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis, cap. dominus. xxxij. quæst. vij. & in c. ij. in fi. de coniug. lepro. in l. quæsitum. §. denique. vbi Bart. ff. de fun. instr. & in §. vt autem. vbi gl. & Bar. in auct. de non alie. vt talis regula non procedat in casibus similibus exceptuatis, quia illi etiam eximuntur à regula, per s. dicta. Et hoc etiam ampliatur, si facta sit exceptio per ditionem taxatiuam, vt abb. hic dicit. facit quod no. Bar. in l. si constante. in prin. ff. sol. mat. & in l. iij. §. cum Titio. ff. de alimen. leg. Et in proposito in terminis tradit Angel. in l. si hominem. §. in edilitijs. ff. de edilit. edic. in l. Paulus. §. hæres rogatus, ver. hic est. ff. de vsu. ĩ l. ita nobis. C. de adul. cum si. vt tradunt Alex. & Mod. in l. j. C. de bon. pos. ꝯ tab. & idem Alexand. in d. l. si constante. in ij. car. & in consi. cxxx. in causa. col. iij. lib. iiij. Et vlterius [d] declarando dictam regulam melius, quàm alibi scriptum sit, considerandum est, quòd exceptio firmat regulam ista ratione, qa sub generalitate omnes casus regula cõcludit. Vnde si aliqui casus specialiter excipiuntur, alij sub regula remanent, arg. l. cum prætor. ff. de iud. in l. maritus. C. de procu. & xxv. dist. c. qualis. sed quo ad alios casus, qui sub regula non comprehenduntur, exceptio non firmat regulam. qa non facit quòd regula extendat ad ea, quæ aliàs sub regula non includuntur, vt est tex. no. in l. generali. §. vxori. & ibi Bar. ff. de vsu fru. leg. Nam in legato generali eorum, quæ in domo sunt, venalia non comprehendũtur. d. l. generali. §. idem quæsit. l. si chorus. §. j. l. si ita legatum. ff. de le. iij. Si ergo testator legauit vsumfructũ omniũ rerum, quæ in domo sunt, excepto argento, nõ veniunt lanc, mercis causa cõparate, vt est text. in d. l. generali. §. vxori. Et sic exceptio facta ibi de argento, licet cõfirmet regulam, non tamen ampliat, vt sub illo generali legato res venales [e] ĩcludant. quę aliàs in tali legato comprehendebantur. & ad idem tex. in l. Lucius. §. pluribus. & ibi Bar. ff. ad Treb. no. Flori. in l. mora. la. j. §. j. per illum tex. ff. de vsur. Abb. in c. in nostra. per illum tex. de sepul. cum si. vt latè congerunt Mod. in d. c. quoniam frequenter. in prin. vt li. nõ contes. Et idem Abb. tradit in consi. xx. casus in effectu, in fi. libr. ij. Ro. in consi. cclxxix. circa primum. colum. fin. Signo. in consi. viij. quæstio proponit. ver. secundo præmitto. Arc. in consi. cxliiij. visa. col. ij. & idem Alexand. in consi. xxxix. viso statuto. col. iiij. lib. iiij. & in consi. cvj. visis. col. iij. lib. v. And. Sicu. in cõsilio xix. col. iij. lib. j. Et Maria. Sozi. in consi. xlvij. in primo. col. ij. & Corne. Peru. in consi. lvj. lib. j. Et ratio huius conclusionis manifesta videtur, quia exceptio est facta ad restringẽdum regulam, ideo non debet illam ampliare. l. legata inutiliter. de. leg. primo. l. mancipia. de fun. instrumen. & l. quod fauore. C. de legib. Et ista conclusio sane intelligitur, & procedit, quando exceptio fuit facta de eo, quod in regula continebatur. Nam tunc exceptio satis operatur, quia regulam restringit, prout loquitur tex. in d. l. generali. §. vxori. Secus si exceptio facta sit de eo, quod in regula non comprehendatur, quia tunc ne exceptio reddatur superflua, & inutilis, regulam ampliare intelligitur. Gratia exempli. Si constituo procuratorem ad omnia generaliter, non veniunt, ea in quibus speciale mandatum requiritur. capitu. qui ad agendum. de procu. in vj. Sed si constituto ꝓcuratorem ad oĩa, nisi ꝙ iurm nõ possit deferre, & sic excipio vnũ casum, in quo speciale mãdatũ requiritur

ADDITIONES.

a ¶Periti. Vide Alex. in conf. cxcvi. nu. 9. in ii. vol. And. Tiraq. de retract. conuen. §. j. glos. vii. nu. 55. cum seq.
b ¶Syl. Ald. Vetustatem. An autem in tali renouatione requiratur citatio, vel lit contestatio. vide infra eo. c. col. vi. in fi.
c Syl. Ald. Similem. Idem tradit Deci. in consi. cccexcvi. col. pen. in fi. in not. casu.
d Vlterius. Eadem ad verbum tradit Deci. in l. i. nu. 21. ff. de reg. iuris.
e ¶ Venales. Vide eundem in conf. xliiii. col. ii. circa medi.

requiritur, certe per talem exceptionē regula ampliatur ad alia omnia, in quibus mandatum speciale requiritur, vt cōcludit Do. post Lap. in d.cap.qui ad agendum.§.primo. & sequitur Alexan. in l.fi.ff.quod quisque iur. Et dixi in c.consultationibus. in fi. per illum tex. de off.deleg. Et ad hoc facit [a] quod no. Alexan. in consi. ccxv. nec arguendi sumus. col. viij. ver. denuo considero. lib. ij. vbi inquit, ꝙ quando princeps excipit vnū, casum in quo noluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur intentio principis, quòd in alijs voluerit tertio præiudicium inferre. Et ratio huius proxime conclusionis videtur, quia exceptio declarat regulam, l.nam quod.§.fi.ff.de penu.leg. Et exceptio debet esse de regula, non.n.conuenit, ꝙ si regula loquatur de homine, exceptio sit de boue, vt no. Bar. in l.j.ff. de reg.iur Dy. in rub. de reg.iur. in vj. Ex quo infertur notabiliter, ꝙ si in casu d.l.gñali.§.vxori. fuisset facta exceptio de aliqua re venali, quę in tali legato, vt s. dictum est, nō cōtinetur. tamen virtute talis exceptionis, regula generalis legati etiam ad omnes aliàs res venales extenderetur, vt exceptio aliquid operetur, arg. l.si quando. in prin. de leg.j. in c.si papa. de pri ui. in vj. Et per ea, quæ s. dicta sunt. Nec isto casu habet obstare ꝙ exceptio non debeat regulam ampliare. cum facta sit ad istū effectum, ꝙ regula restringatur, vt s. dictum est, quia ex quo aliter exceptio non valeret, inducta ad diminutionē, operaretur argumentum, quando aliàs dispositio nō potest habere locum. l. denique.§.interdum, vbi Bar.ff.de pecul.leg. & in l. Proculus.ff.de vsufruct. Et ista declaratio sane intelligitur, quādo verba regulę, quæ debent ampliari, non repugnant, quia generalia sunt, vt in d.l.generali.§.vxori. & in quæstione, ī qua loquit̄ Domi. & Alex. in locis s. alleg. Secus videtur, si verba regulę repugnarent, quia tunc regula nullo modo per exceptionem ampliatur. sed potius excepto inepta iudicatur, vt notabiliter tradit Pau. de Cast. in l. in his.ff.de legi. vbi inquit, ꝙ dictante statuto, ꝙ soluatur gabella de omni instrumento continente summam centum librarū, excepto instrumento procurationis. Et sic regula statuti loquit̄ de re estimabili & illa exceptio de instrumēto procurationis, de re inestimabili, nō tamen ꝑ ꝑ qualitatem exceptionis regula statuti extenditur ad instrumenta facta de rebus inestimabilibus. sed potius, secundū eum, exceptio inepta reputatur, ꝙ ex eo videt̄, quia verba regulę repugnant, quæ ꝑcise loquunt̄ de rebus estimabilibus. Sed in casu, in quo loquuntur Do. & Alex. in locis s. alleg. verba regulę erant generalia. Et secundum qualitatē exceptionis extensionē patiebant̄. Et hoc modo varia hęc Doctorum dicta adaptari pñt. Et ſm istā declarationē dubitabile videtur dictum Pet. de Anch. in c.ij. ver. quæro episcopus cōcessit, de offi. vica. in vj. cum si. vt tradunt Mod. [b] in d c.qm̄ frequenter. in prin. vt
15 lite non contest. ¶Quinto notandū est, † ꝙ nunq̄ virtute exceptionis regula ampliatur, si correctio iuris sequeretur, vt est glo. quæ ita intelligit̄. ſm Alex. ibi, in d.l.fi.ff.quod quisq; iur. Sed cōtra hoc facit, quia, vt verba aliquid operent̄. arg. à ꝯrio sensu colligitur, etiam ad correctionem iuris vt no. Alex. post Ro. in auct. ex testamento. in prin. iuncta lib.j.C.d' colla. per istū tex. Ita ergo videtur dicendum in isto casu, qn̄ verba exceptionis nihil aliàs
16 operarentur. ¶Sexto not. ꝙ instrumentū † etiā scribi pōt in papyro, vt Abb. hic dicit, & idē no. Bar. in l.j.ff.de bo.pos. ſm tab. ꝑ l. librorum. in princi.ff.de leg.iij. & idem Bar. in l. commodato.§. sicut. in fi.ff. commo. in l. quoniam indignum. in fi.C. de testa. cū si. vt tradit Alex. in l.si quis ex argētarijs.§.si initiū. in prin.ff.de edē.
17 & Albe. in l. sacri affatus.ff.de diuer. rescrip. ¶Septimo no. † ꝙ dictio, quasi, est nota improprietatis, & diminuit, vt est gl. in l. in facto. in ver. quasi.ff.de condi. & dem. & not. Ang. in l.j.ff.de transa. cum si. vt tradunt Mod. in c.gratum. colum. fi. de offi. deleg. & idē Abb. in c.j. de postu. præla. in iiij. no. in c. ex literis. in ij. no. de iureiu. & in cap. primo de magi. & gl. per illum tex. ī l.si cum dotem. §.si. in ver. quasi.ff.so.mat. & in l. penul.ff.de serui. & no. Ale. in cōsilio xxxiij. ponderatis verbis. col. vij. in prin. lib. iij. ¶Octauo no.
18 ꝙ † contra exemptum, quatenus agitur de ꝑiudicio eius, pręscribitur spatio xl. annorum, sed quo preiudicium ecclesię Romanę, cui exemptus immediate subijcitur, requiritur spatium centum annorum, vt Abb. hic dicit, & allegat tres gl. vt per eum hic, & se remittit ad c. ad audientiam, de præscri. vbi in iiij. col. videtur idē tenere quod hic. Et ibi in ver. ex hoc infertur, dicit quòd ecclesia inferior exempta, ꝯ quam præscribitur spatio xl. annorum, non potest se tueri ex ꝑsona papæ. Et hac ratione forte papa hic cōstituit abbatissam procuratricem ecclesię Romanę. Sed finaliter Abb. in d.c. ad audientiam. tenet contrarium, & concludit, quòd immo prælatus exemptus se tueri possit ex ꝑsona papæ, ꝯ quem non currit, nisi ꝑscriptio centenaria. Et certe hoc videtur verū, quando tractatur de præiudicio Romanę ecclesiæ, & illud pręiudicium inseparabile sit à præiudicio ipsę ecclesię inferioris, ꝙ a tali casu ratione communis videtur sibi prodesse præsciptio ecclesię Romane, arg. tex. not. in l.si communem.ff.quemad. seru amit. & not. Inno. in d.cap. ad audientiam. & in simili abb. in capi de quarta. col. vij. ver. sed circa prædicta quæro. de præscri. cum si. vt tradunt Mod. in cap.j. de præscri. & facit tex. in c. cum tempore. de arbit. in fi. & in c.ij. in fi. de resti. in integr. & in cap. cū olim. el ij. circa med. de priui. cum si. vt per Mod. in c. cum olim col. ij.
19 de præscr. ¶†Nono, no. ꝙ ecclesia Romana gaudet præscriptione centum annorum. Ad idem tex. in cap. ad audientiā. de præscri. & in auct. vt ecclesia Romana. ī prin. & in auct. vt quas actiones. C. de sacrosf. eccle. in fi. Et idem est contra Imperatorem, cōtra quem non præscribitur, nisi spatio centum annorum, vt no. decidit Ang. in l. iam pridem. C. commu. de vsucap. Et eodē modo nec contra alium principem, qui superiorem non recognoscat, vt Alexan. concludit in consi. lxxxiiij. in causa vertēte. col. ij.
20 lib.j. cum si. vt tradunt Mod in d. cap. ad audientiam. † Et quod dictum est, ampliatur. secundum abb. hic, per istum tex. vt etiam procedat in iuribus, quæ competunt Romanę ecclesiæ ratione libertatis date, id est, in ecclesiis exēptis, vt hic. Et hoc verum est, si agatur principaliter de eius interesse, aliàs secus, vt glo. in d.c. ad audientiam, in ver. principaliter. & not. Bald. in d. auctē. quas actiones. ver. secundo quæritur. Et ex prædicta conclusione abb. hic infert ad vsucapionem rerum mobilium, quæ non videtur habere locum contra ecclesiam, vt per eum hic. Aliter tamen voluit Angel. in auct. vt ecclesia Romana. colum. ij. versic. item di xi. de quo videndum est quod not. Dyn. in regula, possessor. col. iij. de reg. iur. in vj. & latè Sal. ī l.j. C. de vsuca. transfor. ¶Decimo
21 not. † quòd præscriptio centum annorum potest probari testibus, ibi, testes reciperent ad probandum præscriptionem. referendo ista verba ad præcedentia, vbi tex. loquitur de præscriptione centum annorum. Et ad hoc etiam abb. allegat istum tex. in c. cum nobis. colum. v. de præscri. Pro quo facit, quia quis pręsumitur viuere vsque ad centum annos, vt no. per gl. in l.ij.§. si dubitetur, vbi Bar. Bal. & Imo. sequuntur.ff. quemad. test. ape. & no. Bal. & Angel. in l. sed si de sua.ff.de acquiren. hęredi. & no. in l.fi.C. de sacrosan. eccle. Sed tamen considerandum est, quia non videtur verum quòd pręscriptio centum annorum probari possit testibus, qui attestarentur de visu, per ea, quæ abb. dicit in d.c. cū nobis, Non ob. tex, hic, quia simpliciter dicit quòd testes probarēt pręscriptionem legitimā, vnde intelligitur de præscriptione xl. annorum, quæ regulariter currit contra ecclesiam. c. de quarta. de præscri. non autem intelligitur de præscriptione centum annorum, quę probari non potest. Et licet pro parte episcopi allegetur præscriptio centum annorum, ex contingentia facti illud fuit, satis tamen fuisset probare pręscriptionem xl. annorum contra monasterium contra quod agebatur. Vel secundo tex hic intelligi potest de testibus deponentibus de auditu & fama, iusta no. per Inno. in cap. veniens, in ver. sig. cū si. vt dixi in cap. primo
22 de app. † Non ob. quòd quis præsumatur viuere vsque ad centum annos, quia non est verum Licet enim tex. in d.l.fi.C. de sacrosf. eccl. dicat istud esse tempus longissime vitę, non tamen sequitur quòd tanto tēpore quis viuere præsumatur, [c] & no. Aret. in d.l. sed si de sua.ff. de aequi. hære. col. v. ver. non ob. iura. & idē tradit Pet. Philip. de Corneo in cōs. cccxlj. ꝙ dicta dos. col. ij. lib. j.
23 ¶†Vndecimo, not. modum libellandi, quando episcopus vendicat ecclesiam sibi subiectam, vt no. abb. in c. cū inter, de re iud. in v. no. vbi inquit, ꝙ vbi agitur de subiectione, iudiciū generale dicitur, & libellus generalis admittitur. Et quæ actio competat. contra subditos, qui denegāt obedientiā, & seruitia debita, no. Io. Fab. in §. præiudiciales col. viij. ver. in secundo casu principali. insti. de act. Et an agi debeat contra illum, qui dicitur subditus, vel contra illū qui possidet subiectionem, not. Abb. in cap. inter quatuor. col. fi. de maio. & obed. & in cap. auditis. col. v. ver. venio
24 ad glo. de pręscri. ¶†Duodecimo, & vltimo no. ꝙ quando quis succubuit in causa, debet lacerare priuilegia, & instrumēta contraria. & idem no. Abb. de instrumento sententiæ, quæ declaratur nulla in c. accedens. el.j. in vlt. no. vt lite non contest. & ibi etiā allegat istum tex. hic & idem Abb. in c. cū pridē in iiij. not. de pac. & facit quod no. Bal. in l.fi.C. ad exhib. cum simi. vt tradunt Moder. in d. cap. accedens. in v. conclus. & not. Alberi. in l. dissolute.

C.de

ADDITIONES.

a ¶Syl. Ald. Facit. Seq. Deci. in consi. dxx. col. iij.

b ¶Mod. Scilicet Feli. & pariter dubitat Dec. in l.j. nu. 29. ff. de reg. iur. Et vide Pet. de Anchar. in rub. de re. iur. lib. vj. & sequitur Steph. de federicis in tract. de interpreta. iur. vbi vtendum est citando Anch. in capitu. regula, quia legendum est in rubrica.

c ¶Syl. Al. Præsumatur. Adde Cor. in consi. clxxxj. colum. viij. ver. & licet lib. ij.

25 C,de condic.ex lege.¶†Et notandum eſt,quòd ille, qui tenetur
inſtrumentum reſtituere debitori ſoluenti,debet habere expen
ſas factas in recolligendo inſtrumentum, vt no.Bal.in l.fi.C.de
comd.ex lege,quòd declaratur, vt latius Sal.ibi diſtinguit. ¶In
glo.j.ibi,non poterat videre.Abb. dicit, quòd hoc videtur con-
tra factum papæ,qui diſtulit innouationem,&ideo,ſecũdũ abb.
neceſſarium eſt dicere, ꝙ aliquod intereſſe pars aduerſa præten
dere poteſt,& ſua intereſt,quia conſumpto originali, non timet
litem ſibi inferri in futurum.Et propter hoc in fi. hic mandatur
corrumpi priuilegium.Sed aduertendum eſt pro defenſione gl.
quia rationes abb. videntur procedere, quando conſtat quod
priuilegium non debet habere locum, vt tex.hic, in fi.loquitur,
ſed gloſſ.hic intelligitur, quando,hoc non cõſtabat, ꝑut tex.hic
in prin.dicit,ibi,non videremus quare non deberent eadem pri
uilegia innouari,Et hoc patet,quia papa poſtea renouationẽ cõ-
ceſſit,aliter non ꝓbato intereſſe.Vnde quod dicitur hic,nõ vide-
remus,intelligiť rebus ſic ſtantibus,videlicet habita relatione ab
epiſcopis,& abbatibus,quibus fidẽ adhibuit. ſed poſtea detulit
propter ꝯdictionem canonicorũ ſuperuenientẽ, potuiſſet tñ ẽt
tunc innouationem concedere,ſi voluiſſet,non obſtante ꝯdictio
ne,prout poſtea fecit,per rationẽ,quæ in tex.allegatur.¶In gl.in
verbo,procuratricem.ibi,c,dilecti.abb.dicit, quod ille tex.loquiť
a in [a] caſu ſpeciali,ĩ quo ratione cõſuetudinis mulier habet iuriſdi-
ctionem.Et ſecũdum abb.ibi,in iiij.no. hoc ſolum ꝓcedere vř in
muliere habente dignitatem,prout loquitur ille tex.aliàs ſecus,
quia eſſet conſuetudo ꝯ honeſtatem,quæ non valet,c.cũ decorẽ.
c.cum ab omni.de vi.& ho.cle.Et hoc idẽ videtur ſentire gl. fi. in
c.noua. de pęni.& remiſio. dum inquit, niſi forte aliqua nobilis
habeat à conſuetudine.Et eodem modo loquitur Bald. in l. fin.
C.de arbi.Sed tamen idem dicendũ eſt in qualibet muliere,quæ
à cõſuetudine habilitari poteſt, quia talis ꝓhibitio ĩ mulieribus,
moribus,& conſuetudine introducta eſt.l. cum prætor.§. fi.ff.de
iud.ibi,moribus, vt fęmine. & iij.q.vij.c.infamis,§.tria.ergo videť
quod talis prohibitio ꝯria conſuetudine tolli poſſit,vt in ſimili ca
caſu arguit Bald.in l.ij. in princi.ff. de vulgari. per illum text. ibi,
moribus.& idem Ang.per illum text.in l. moræ.ff. de acqui. hæ-
re.& merito glo.in muliere ita ſimpliciter tenet in c. cũ deuotiſ-
ſimam.in gl.fin.xij.quęſt,ij.& xv.quæſtio.iij.§.j.in verbo,mulieres,
¶ In eadem gl.ibi,c.cum deuotiſſimam,ibi etiã text.loquitur in
caſu ſpeciali,vt abb.hic dicit,videlicet qñ mulier ſucceſſit in ali-
qua dignitate, puta in comitatu,vel regno, idem abb.poſt Inno.
& alios in d.c.dilecti,& in c.ſignificauit, de reſcri.& in c.dilecta.
de maio.& obe.& not.Ang.in l.ij.ff. de reg. iur. & in l.cũ prætor.
§.fin.ff.de iudi.vbi refert vidiſſe reginam Ioannam ſedentem in
ſolio regali, & proferentem ſententiam contra illos de Balſo.
26 ¶†In ea.gloſ.ibi,ratione adminiſtrationis.no quod abbatiſſa di-
citur habere adminiſtrationẽ,& in adminiſtratione abbati ęqui-
paratur,vt dicit Bal.in c.j.in princi. col. vj. qui fęudum dare poſ.
abb.in c.ij.in princi.de his, quæ fi.à præla. Car. in conſ.xvij. circa
27 primum.col.ij.†Et abbatiſſa dicitur ẽt habere iuriſdictionẽ quã
exercere poteſt in ſuas moniales,vt no.abb.in c. dilecta.in ij. no.
28 de maio.& obe.† & ibi poſt gl.concludit, ꝙ ẽt poſſit habere col-
29 lationẽ beneficiorum.† Et abbatiſſa ẽt dicitur habere dignitatẽ,
vt probatur in c.indemnitatibus.§. verum, vbi Do. in vj.not. de
elect.in vj.& no.abb.in c.cum in cunctis,in prin.de ele.& dicitur
habere dignitatem cum adminiſtratione,vt no.Barto. in l.j. in ij.
oppo.C.de digni.lib. xij. & in l.j. C. de mulierib.& in quo loco.
30 col.ij.libr.x.† Et ideo appellatione prælatorum etiam abbatiſſa
comprehenditur, vt in no.caſu tradit Fulg. in conſ.cxxj. ſuppo-
31 ſita bulla.¶†In eadem glo.ibi. ff.de regu. iur.l. ij. concluſio eſt,
ꝙ mulier regulariter officium procuratoris ſuſcipere non poteſt.
l.neque fœmina.ff.de procu.cum ſi.vt gl.hic dicit.Et hoc proce-
dit in iudicio.ſecus eſt in exttaiudicialibus, vt no. abb.hic, & idẽ
Barto.in d.l.ij.ff.de reg.iur. per text.in l.iij.§.j.ff. de nego. geſt. &
idem dicunt Albe.& Doct.in d.l. alienam .C. de procu. & facit
tex.in l.j.§.& parui refert.ff.de exercito.in l.ſed & ſi quis.§.parui.
ff.de inſtito.in l.idemque.§. ſi cui mandauero. verſi.ſi mater .ff.
man.& intantum hoc procedit,quod licet fœmina ex forma ſta-
tuti obligari non poſſit,tamen officium procuratoris ad negocia
ſuſcipere põt,vt no.ſingulariter Ang.poſt.Iac.de Are.ĩ l.quãuis.
in prin.ff.de acq.poſ.Et hac ratione etiam mulier executrix cõſti
tui poteſt ĩ extraiudicialibus,puta in vltima voluntate,licet ſecus
ſit,ſi in iudicio tale officium explicari debeat, vt not.Barto.in d.
l.ij.ff.de reg.iur.in l.à filio.in princi.ff.de alimen. & cib.leg. in l.
filio.§.matri.ff.de alimen.leg. & not. Bald.in l. idquod pauperi-
bus.col.ij.ver.ſecundo quæro.C. de epiſc. & cler.cum ſi. Secun-
do,fallit in iudicio voluntariæ iuriſdictionis,vt not.Bal.per illum
tex.in l.j.§.fi.C.cõia.de manumiſ.Ille tamẽ tex.nõ videť genera-
liter probare hoc,quia loquiť in caſu ſpeciali,vt notať ibi in gl.ꝑ
l.nec mulierem.ff.de manumi.vindi.Tertio,fallit in quinque ca-
ſibus,quos tradit Specu.in tit.de procura.§.j. Quarto,fallit in ca-
ſu,quem ponit Barto.in fauorem pupilli,vel minoris. in l.ij.in fi.
C.de neg.geſt.cum ſim.vt per Alexan.ibi, declarando tamen vt
Bald. & Doct.in l. alienam. C. de proco. Quinto,fallit, vbi eſſet
procedendum de ęquitate,remotis apicibus iuris, quia iſta exce
ptio dicitur eſſe de apicibus iuris,vt probať in l.ſi fideiuſſ.§. qui-
dam,vbi gloſ.ff.manda.Ex quo infertur,quòd vbi agitur de ſalu
te animę,mulier poterit eſſe procuratrix,quia tali caſu nõ eſt di-
ſputandum de apicibus iuris, vt eſt dictum Archi.no. in c.ſcri-
ptum.vj.q.iij. quod dictũ allegauit Ant. de Alex. in l.alienam.C.
de procurat. Et pariter inferri põt ad alios caſus, in quibus pro-
ceditur de ęquitate,reiectis apicibus iuris, de quo videndum eſt
quod dixi in c.ex parte.el.ij. de offi.deleg.Sexto, fallit hoc in ab-
batiſſa, pro intereſſe monaſterij, vel text. hic procedit, quando
conſtituitur à papa,prout loquitur,& not.per gloſ.hic,& in c.di-
lecti.in ver.remote.de arbi. Nam quelibet mulier etiam ad iudi-
candum,à principe habilitari poteſt,vt per gl. in §.j.in ver.mulie
res.xv.quæſt.iij.& in l. Imperialis. in ver. dignitatem .C.de nupt.
& in l.j.in ver.ad honores.C.de muli.& in quo loco, & ibi Batto.
facit quod no.per gl.ij.in c.decernimus.cum ſi.vt ibi dixi,de iud.
32 ¶†Extra gl.in j.oppo.abb.concludit,quòd literę legati nõ pro-
bant in præiudicium tertij,ſed adminiculantur.Et idem no.abb.
in c.cũ olim.el.j. col.ij.ver. noto limitationẽ. de priui. vbi inquit,
33 † quòd aſſertioni bonorum virorum creditur quo ad quandam
præſumptionem.Facit quòd de exemplo notatur per glo.in l.ij.
ff.de fi.inſtrumen.cum ſi.vt Alex. ſcribit in auc. ſi quis in aliquo.
34 col.ij.ver. quinto fallit.C. de eden. ¶†In ij. oppo.abb. concluſio
habetur,quòd in iſta renouatione priuilegij non requiratur li.cõ
teſt.& ratio vř ſecundum abb.quia cã iſta ſummaria vř,& q.a tra
ctatur de modico præiudicio, vt per eum hic, & ſequitur Ma-
ria.in c.quoniam.fallen.lx.vt lit.nõ cõteſt. Et iſta concluſio vide-
tur bene procedere,vbi agitur de modico præiudicio, prout lo-
quitur tex.hic,quia renouatio priuilegij parum,vel nihil præiudi
cabat epiſcopo ꝯdicenti,q fundabat ſe in ꝑſcriptione, qua pro-
bata priuilegium tolliť.Secus videtur, vbi eſſet ꝑiudiciũ nõ par-
uum,vt quia priuilegium eſſet ſuſpectũ ex aſpectu, & per reno-
uationem illa ſuſpicio remoueretur, quia tũc ſicut citatio requi-
ritur,vt inferius abb.ꝯcludit,pariter videtur ꝙ lit.cõteſ. requirať,
quia in iſto caſu remiſſa non reperitur.¶Vltimo,abb.concludit,
35 quòd† ĩ renouatione priuilegij citatio requiratur, & generaliter
hoc procedit in exemplatione inſtrumenti,quæ ex cauſa fieri de
bet,vt no.abb.in c.Albericus.col.iij.de teſt.ver.in cauſa tertio. cũ
ſi.vt tradunt Mod.ibi,in princ.& prius Alexan.poſt glo. & Doct.
36 in auct.ſi quis in aliquo.C.de eden.in prin.† Et ad hoc facit,quia
examinatio teſtium, & exemplatio inſtrumenti à pari proce-
dunt,quantum ad hoc quòd in vtroque caſu neceſſaria ſit cita-
tio,vt notatur per Ro.in j.decide fi.inſtr. in nouis. abb. in d.c. Al-
be.& in c.abbate.col.fi.đ ver.ſig. Sicut ergo in examinatione te-
ſtium citatio neceſſaria eſt, ita etiam in renouatione, prout etiã
37 in fi.arguit abb.hic.† Et hoc verum eſt, niſi eſſet periculum in
b mora,[b] quia tunc citatio non requiritur,vt no.Inno. in c.fi.de fi.
inſtrumen.Spe.in titu.de inſtru.edi.in §.oſtenſo.ver. quid ſi cita-
38 tio. & ſequitur Alexan.poſt Ang.in d.auc. ſi quis in aliquo. † Et
eſt ſimile in teſtibus,qui propter difficultatem,& periculum exa
minari poſſunt parte non citata,vt not.Barto. in l.ij. C. de nau-
fra.li.xj. cum ſi. declarando, vt dixi poſt Aret. & Mod.in c. ij.de
teſti.& facit quod no.Inno.in c.venerabilem,in fin. de elect.Vbi
39 inquid,† ꝙ vbi eſt periculũ in mora, & non habetur copia ſupe-
rioris,poteſt quis propria auctoritate contrauenire iuramento,
licet aliàs abſolutio eſſet neceſſaria.Et ſequitur Bald.in l.non du
bium.col.penult.C.de legi.abb.poſt Car.in quanto.colum.vj.de
iureiuran.Ang.in l.fin.ff.qui ſatiſd.cog.& Ro.in ſingu.ccccxcj.tu
ſai.& plura ad hoc Ro.tradit in l.ſi vero.§.de viro. in fallen. xlj.ff.
ſolu.mat.&.conferunt quæ idem Ro.ſcribit in eodem §.de viro.
in fallen.lvj.Mod.in c. cum quidam. de iureiuran. † Similiter ſi
fiat renouatio auctoritate eius,qui de nouo principaliter priuile
gium concedere poteſt,citatio nõ requiritur,vt no.abb.hic, & in
cap.ex parte.el.primo in tertio no.de priui. & Archid. in cap.di
ſtin.cap. contra morem. cum ſimi. vt aliàs dixi in auct. ſi quis in
40 aliquo.C. de eden.† Similiter ſi exemplatio fieri debet de man-
dato papæ,citatio non requiritur,vt not.dicit Imol.poſt Hoſtiẽ.
in cap.peruenit.colum.fin.verſic.extra glo.defideiuſſo.

ADDITIONES.

a ¶Syl.Al. Loqitur in. Latius in l.fœmine.in ij.& iij.col.ff.de reg.iur.

b ¶Syl.Ald. In mora. Vide alia exempla per Deci.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.
colum.viij.deiudic.

SVMMARIVM.

1 *Canonici dicuntur regulares in ecclesia cathedrali.*
2 *Religiosus an de iure communi possit esse canonicus in ecclesia cathedrali.*
3 *Monachus pōt esse in seruitio alicuius principis secularis de licentia abbatis.*
4 *Regularibus psonaliter nihil dēt cōfirmari, quia nihil propriū habere possunt.*
5 *Literæ emanantes de curia præter solitum stylum præsumuntur surreptitiæ.*
6 *Regularis licet sit canonicus ecclesiæ cathedralis, non tamen potest retinere beneficia manualia, quę ad nutum abbatis reuocari possunt.*
7 *religiosus licet promotus sit ad dignitatem, habet tamen seruare substantialia religionis.*
8 *Dispositio ea fauorabilior est quæ respicit locum, q̃ quę respicit persona m.*
9 *beneficium manual e per simplicem confirmationem papæ non alteratur quo minus per abbatem remoueri possit. secus si confirmatio ex certa scientia facta sit, quia tunc efficitur obedientiarius.*
10 *Beneficij manualis confirmatio quando facta est à papa ex certa scientia, recari potest solum à papa.*
11 *Ista conclusio fallit, item fallit vt nu. 12.*
13 *Beneficij manualis confirmatio facta à summo pontifice, an, & quando reuo nuntiari possit in manibus abbatis, & ècontra.*
14 *Beneficium manuale si immediatè à papa collatum sit, an tunc per abbatē reuocari possit seu ordinariū, distingue, & declarat vt hic. et nu. 16. & nu 17.*
15 *Superior supplens negligentiam inferioris debet eodem modo prouidere sicut inferior fecisset.*
18 *In collatione beneficij facta per papam in ferior dispensare non potest.*
19 *Beneficium manuale reuocari potest abbatem, licet ad vitam illud cōcesserit.*
20 *Procurator reuocari potest, non obstante ꝙ etiam sit dictum cum iuramento quòd reuocari non possit*
21 *Consuetudo indici non potest quod beneficium manuale efficiatur irreuocabile*
22 *Consuetudo in actibus merę facultatis indici non potest.*
23 *Regularis an possit implorare officium superioris, vt non possit sine causa priuari beneficio.*
24 *Prior manualis per mortem abbatis non intelligitur reuocatus, licet ad eius nutum reuocari possit.*
25 *Reuocatio per mortem non inducitur.*

1 AD nostram. ¶Sūmat̃, & diuidit̃, vt per Abb. hic † ¶Primo not. ꝙ regulares in ecclesia cathedrali dicuntur canonici. Et hoc intelligi potest, quia forte ecclesia cathedralis erat regularis, quo casu nihil repugnat, quo minus dicantur canonici, vt Abb. hic post Io. An. & alios dicit, & idem Abb. in c. causam, quæ. col. iij. de iud. Vel secundo intelligi potest, ꝙ essent canonici regulares Sancti Augustini, secundum Abb. h. Et hoc constare potest ex qualitate ecclesiæ Nemanen. de qua tex. hic loquitur, quam non reperio inter cathredales, quas omnes enumerat Alb. in rub. ff. de stat. ho. Tertio etiam dici potest, ꝙ esset canonicus in eccclesia cathedrali ex dispensatione papæ, vt in simili habetur in c. præterea, de præbē. vbi Doct. ita intelligunt illum text. † 2 De iure autē communi religiosus non potest esse canonicus in ecclesia seculari, vt Abb. hic dicit in vltimo no. per tex. in c. super eo. de regula. vbi abb. etiam dicit ꝙ per viam dispensationis hoc fieri nō potest. sed dictū eius intelligitur in dispensatione facta ab inferiori. secus si à summo pōtifice, quia valeret, vt s̃. dictum est. Vlterius etiam dici potest, quòd monachus esse possit canonicus in ecclesia seculari de iure communi, accedente abbatis consensu, iuxta c. si religiosus, de elec. in vj. Et ad hoc facit tex. in d. c. præterea de præben. intelligendo simpliciter prout loquitur, vbi religiosus potest esse archidiaconus in ecclesia cathedrali. Nō obst. text. in d. c. super eo. quia non videtur probare illud, ad quod communiter allegatur. Nā dum ibi dicitur. nec amplius in ecclesiis secularibus debent assumi, illa verba referuntur ad casum propositū ibi, qui erat de clericis. qui dimisso habitu religionis ad ecclesias seculares reuertabantur, dicitur ibi, quòd coguntur perseuerare quia penitere non possunt, non autem dicitur ibi, ꝙ monachus professus non possit habere dignitatē in ecclesia seculari. Et certe de consensu abbatis videt̃ ꝙ possit. † 3 Nam potest monachus esse in seruitio alicuius pncipis secularis de licētia abbatis, vt no. abb. post Host. in c. quanto. de offi. ord. in c. ex rescripto. col. ij. de iureiur. à fortiori videtur quòd possit esse ĩ seruitio ecclesiæ secularis. Nec ob. quòd non possit sibi appropriare præbendam, quia esset cōtra substantiam regulæ, vt per gl. in c. quorundam. lxxiiij. dist. q a poterit esse canonicus sine præbenda, vt no. in c. relatū, de præb. vel etiam poterit habere præbendā non iure proprio. sed habebit ad ministrationem nutu abbatis. ¶† 4 Secūdo, no. quòd regularibus non est aliquid personaliter confirmandum. Et ratio est, secundum abb. hic, post Io. And. Goffr. & alios hic, quia propriū habere non debent, neque possunt. c. cum ad monasterium, in prin. de statu. mon. xij. q. j. c. nolo. & c. non dicatis, & idem abb. in gl. hic dicit. sed ista ratio non satisfacit, quia papa hic potuisset illos habilitare, si voluisset, ad prioratum de quo agitur, vt j. videbimus. Et ideo melior ratio est illa, quæ in text. assignatur, quia sedes apostolica non consueuit regularibus cōfirmare prioratum, ideo talis confirmatio fuit surreptitia, quia non fuit expressum de religione, vt in text. hic, & in glos. dicitur. Et quare sedes apostolica hoc facere non consueuit, ratio abb. adaptari potest, quia proprium habere non debent. ¶† 5 Tertio, no. quòd literę emanētes de curia præter solitum stylum,[a] surreptitię præsumuntur, vt hic, & quādoque falsę. c. proxi. j. eo. & in c. quam graui. de cri. fals. in l. constitutionibus, in fi. ff. ad munici. facit quod not. per gloss. vbi Bald. in l. si quis sub conditione, de cond. insti. cum simi. vt dixi in c. ij. in iij. not. de rescrip. ¶† 6 Quarto, not. quòd licet regularis sit canonicus ecclesiæ cathedralis, nō tamen potest retinere beneficia manualia, quæ ad nutum abb. reuocari possunt, c. cum ad monasterium. §. tales. de mona. c. j. in fi. de priui. in vj. in cle. j. §. prę missa. de supp. neg. præ. Et illa qualitas canonicatus non habeat alterare naturam beneficij, † 7 quia religiosus licet promotus sit ad dignitatem, tenetur tamen seruare substantalia religionis, vt not. abb. post glo. in c. pe. in fin. de vita, & ho. cle. ¶In glo. j. abb. dicit, quòd glo. non bene exponit verbum, personaliter. sed certe intentio gl. non fuit exponere verbum, personaliter, sed supplere ad dictum papæ, secundum superius dicta. ¶In glo. ex dictis abb. colligitut, quòd licet persona inhabilis sit, & in capax, locus tamen est capax. † 8 Et sic facilius habilitatur locus, quam persona. Et ad hoc facit, quia fauorabilior est dispositio, quæ respicit locum, quam personam, vt probatur ĩ c. ne aliqui. de priui. in vj. & glo. fi. ibi & ad idem glo. in c. fin. per illum tex. in glo. in ver. dignitatibus. de rescrip. in vj. & facit quod not. Io. And. in reg. quod ob gratiam, de re. iur. in vj. quęm abb. refert, & sequitur in c. cum nobis, in ix. not. de elect. ¶† 9 Successiue abb. concludit quòd beneficium manuale per simplicem confirmationem papæ nō alteratur, quo minus per abbatem remoueri possit. Secus[b] si confirmatio ex certa scientia facta sit, quia tunc efficitur obedientiarius papæ. & idem abb. tenet in cap. nisi essent, in fi. de præben. & Cardi. ibi, in ij. oppo. & idem Cardi. in cap. porrecta. in ij. quæst. j. eod. Imo. in clemen. j. in glos. in ver. reuocari. versic. noto glo. de sup. negli. præl. † 10 Et sic tali casu quando ꝯfirmatio ex certa sciētia facta sit, solum à summo pontifice reuocari potest. Et hoc de reuocatrone papæ, verum intelligitur, quando confirmatio fuit facta simpliciter ex certa scientia, quia natura beneficij non alteratur. † 11 Secus si vlterius procedatur, & expresse dicat̃, quòd pro toto tempore vite eius prioratum retinere possit, quia tunc etiā à papa non poterit remoueri de ordinaria potestate, quia tunc beneficium perpetuum reputatur, vt no. abb. post Inno. in c. cū inter R. in iij. not. de elect. & idem abb. j. eod. & gloss. in cap. porrecta. Et idem dicit Lap. alleg. xxvij. disputat. in fin. Nam tali casu constat de voluntate papæ, & de potestate non est dubitādum, quia in beneficialibus liberam habet potestatem. capitu. ij. in fin. de præbend. in vj. clemen. j. in fin. vt lit. pen. † 12 Et prædicta procedunt quantum ad remotionem à beneficio. sed in alijs remanet sub iurisditione ordinarij. Vnde poterit in manibus eius renūtiare, & permutare, vt abb. hic dicit. Facit text. in capitu. per tuas. de maio. & obed. cum simi. vt dixi post glos. in capitu. j. s̃. eod. Et 13 aduertendum est ad illud, quod † dictum est de renuntiatione, quæ secundum Abb. hic, potest fieri in manibus ordinarij, quia ex quo fuit facta confirmatio à summo pontifice, videtur quòd in manibus confirmantis renuntiatio fieri debeat, vt not. Bar. in l. fin. C. de defenso. ciuita. & dictum fuit in capitu. j. s̃. eo. Sed potest responderi, quòd dictum Bart. intelligitur, quando cōfirmatio est necessaria, videlicet quando fit post electionem. secus autem in casu isto videtur, in quo confirmatio fuit voluntaria.

14 ¶Quid autem † si collatio facta sit à summo pontifice immediate de prioratu manuali, an tunc talis prior per abbatem remoueri possit? in quo dubio abb. considerat duos casus. Primus est, quando papa cōtulit ex iure deuoluto, & tunc clarum est, quòd ab ipso abbate remoueri potest. & ita tenet Pau. de Liaz. in disputa. sua incipi. religioso. & sequitur Lap. post Calde. quem ibi refert

ADDITIONES.

a ¶Stylum. Idem Bal. Panor. & Fel. in c. inter dilectos. de fi. inst. Panor. & Fel. in c. causam, quæ de testi. Glos. in cap. quamuis. in ver. non extendit. in fi. & ibidem Phil. Fran. de præb. in vj. Angel. in l. iiij. C. de testi. Franc. Cur. seni. in consi. xvj. nu. 10. & consi. xvij. Fely. in c. ij. & ibi Fran. Ripa s̃. de rescrip. Ias. in l. testamentum. C. de testa. in l. j. §. his videtur. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Hippoly. Marsi. in l. fi. nu. 18. ff. de iuris. om. iudi. & in l. de vno quoque. ff. de re iudi. & sing. cxviij. Alci. de præsum. reg. ij. præsum. xxx. in fi

b ¶Secus. Idem Pet. Phili. Corn. consi. ccxxv. lib. j. Barba. in c. cū accessissent 85. cum seq. s̃. de consti. Pet. Rebuff. in tract. de pacifi. possessio. nu. 279.

fert in alleg. ix. disputat hic. col. j. Imo, post Ant. de But. in capitu. per tuas. circa fi. de maio. & obed. Cardi. in d. clemen. j. ver. præmissa. colum. j. & Domi. in cap. præsenti. col. ij. de offi. ordi. in vj. & ad hoc facit, † quia superior, qui supplet negligẽtiam inferioris, debet eodem modo prouidere, sicut inferior fecisset. d. cle. j. §. j. & not. Io. Andr. in regula, contra eum, de reg. iur. in vj. in mercurialibus. Bart. in consi. cxxxvij. domini priores, in fin. & Bald. in l. fi. C. si mancip. ita fuerit alienatum, cum simi. Ita tamen conclusio non † videtur procedere sine dubio, quia propter negligentiam eius, videtur quòd abb. reuocare non possit, vt in simili not. Barto. in l. vbi ceptum. ff. de iud. & in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. & in l. quamuis. ff. de dam. in fect. cum simil. vt Alexan. ibi scribit, & facit regula, ex eo, de regul. iuri. in vj. & quia tali casu, proprio iure papa videtur contulisse, ideo inferior reuocare non potest, argumen. capitu. cum in distribuendis, de temp. ordi. Secundus casus est, quando papa contulit tale beneficium principaliter, & non ex iure deuoluto. & idem tamen Abb. concludit quòd natura beneficij non alteretur. ideo per abbatem remoueri poterit, quia papa simpliciter conferendo, non videtut voluisse alterare naturam beneficij. Et ad hoc facit quod not. Feder. in tract. de permuta. beneficiorum. quæst. xvij. vbi concludit, quòd permutantes beneficia manualia, auctoritate papæ remoueri possunt, prout prius potuissent. Et idẽ tradit Lap. alleg. xxvij. disputat, an præceptor. in fin. dicens quòd si papa beneficia manualia cõferat, vel permutet, non tamen tales videntur perpetuari. sed possunt moræ solito remoueri, nisi papa expresse mandaret contrarium. & facit quod not. Rot. in iij. decisio. in tit. de regula. in antiquis. In contrarium tamen videtur quod not. Pau. de Liaza. in quæstione per eum Perusii disputata, incipiente. religioso. vbi tenet quòd collatio facta per papã de manuali beneficio non possit reuocari per abbatem, nisi esset facta ex iure deuoluto, vt supradictum est. & refert Lapus allega. ix. disputat hic, an si papa. & Dominic. idem sequitur in d. capitu. de præsenti. de offi. ordina. in vj. Imo post Antoni. de Butr. in d. capitu. per tuas. in fin. de maiorita. & obedien. Cardina. in d. clemen. prima. versicu. præmissa. colum. prima. de supplen. neglig. præla. & idem tradit Bal. in cap. illud. in fin. de maiorita. & obedien. vbi inquit, quòd si religiosus habet prioratum à papa, non tenetur illi renuntiare ad nutum abbatis. Facit quod not. Ioan. de Ana. in capitu. excommunicamus. §. quia vero, de hereti. Abb. hic dicit istam opinionẽ procedere, quando papa concessit beneficium religioso ad vitam. & hoc clarum videtur, quia tunc de mente papæ constare videtur. Sed tamen idem generaliter dicendum est, quando collatio à papa fuit facta simpliciter, prout Doct. loquuntur in locis supra allegatis. Non obst. ratio Abb. dum dicit, † quia papa simpliciter conferendo, nõ videtur alterare naturam beneficij. quia hoc verum est isto respectu, quòd beneficium est manuale, prout prius erat. sed tamen reuocatio talis beneficij, debet fieri per papam, qui manum apposuit, arg. capitu. vt nostrum, de appellatio. & in capitu. cum in distribuendis. de tempor. ordi. † Et facit quod not. Abb. in capitu. postulasti. in gloss. in verbo, dispensatum in fin. de cleric. excommuni. ministran. vbi inquit quòd in collatione beneficij facta per papam, inferior dispensa[illegible]e non potest. sed quo ad alia beneficium remanet sub dispositione abbatis, vt Abb. hic dicit, & dictum fuit in capitu. primo supra eodem. ¶ † Successiue Abb. hic dicit in versic. sed q̃a visum. quòd beneficium manuale reuocari potest per abbatem, licet ad vitam illud concesserit, & not. Feder. in consil. cxxxiij. casus est talis. & idem Abbas. in capitu. cum ad monasterium. colum. secunda versicu. ex his infero. de statu. monacho. Domi. in capitu. præsenti. colum. secunda, de offi. ordin. in vj. facit gloss. not. in capitu. fin. in verbo, reuocatus, de procurat. in vj. quæ voluit, quòd procurator reuocari [a] possit, non obstante quòd dictum fuisset, etiam cũ iuramento, † quòd non posset reuocari. & no. Bart. in l. cum precario. in princip. per illum text. ff. de præcario cum similib. vt tradunt Modern. in capitu. cum M. charta pen. versicu. secunda cõclusio, de constitut. & latè tradit Ange. in consi. ccxxv. super quo dubio. Vltimo Abb. concludit, † quòd non potest induci consuetudo, quòd beneficium manuale efficiatur irreuocabile, quia cũ talis reuocatio esset in facultate abbatis, si non est vsus tali facultate, consuetudo non inducitur, quia † in actibus mere facultatis, consuetudo induci non potest, vt Abb. hic dicit, & in capitu. Ioan. de cleri. coniug. cum simili. vt prosequuntur Moder. in capitu. cum accessissent. colum. xix. & in capitu. cum M. Ferarrien. colum. vij. de consti. ¶ † An autem regularis possit implorare officiũ superioris, vt sine causa non possit remoueri à prioratu manuali, Abb. se remittit ad Inno. in capitu. insinuante, qui cler. vel ouen. vbi tenet quòd sic, quando ex malitia vellet eum remoue re, & refert Domi. in capitu. præsenti. colum. ij. de offi. ordi. in vj. in clemen. prima in fi. de sup. neglig. prælat. & istam opinionem tenent Vltramontani. Sed in Italia communiter tenetur contrarium, vt not. Dominic. in capitu. cum sing. colum. fi. de præben. in vj. Et ad hoc facit, quia nuda voluntate sine causa talis prior remoueri potest, vt not. Cardin. in d. clemen. prima versic. præmissa in j. oppo. de supp. negli. præla. & idem Petr. de Anch. ibi, colũ. fin. & Imol. colum. x. ver. secundo noto. Abb. in d. capitu. cum ad monasterium, col. ij. de stat. mõ. & ideo monachus spoliatus prioratu manuali non potest agere contra abbatem, vt not. Bald. in l. cũ affirmes. ff. de libe. cau. Et licet † prior manualis possit reuocari ad nutum abbatis. d. cap. cum ad monasterium. §. tales. tamẽ per mortem abbatis reuocatus non intelligitur, vt not. Abb. in cap. fin. colum. j. ver. ex quo infero, de præca. Et ratio manifesta videtur, † quia per mortem reuocatio non inducitur, capitu. si delegatus. §. j. de offi. delect. in vj. & no. declarat Bart. in l. & quia, colum. fin. ff. de iurisdi. omn. iudi.

ADDITIO.

a ¶ Reuocari. Vide Alexand. in consi. xxix. num. 18. in v. volu. Deci. in consi. cccclxxv. num. 17. Pe. Pau. Paris. in consi. viij. ad fin. in iiij. vol.

SVMMARIVM.

1. *Suspicio sola an faciat vt quis puniatur de crimine falsi.*
2. *Executio si alicui committatur, & nulla causæ cognitio præcesserit. intelligitur quòd procedatur ad executionem, causa prius cognita.*
3. *Papa si mandat alicui quòd sententia confirmetur, intelligitur causa cognita.*
4. *Papa an obligetur ex promissione sua, vel iuramento, adeo vt seipsum absoluere nequeat.*
5. *Cardinales an licitè recedant à pontifice, qui in eius electione promisit ipsis se abdicare à papatu pro sedando schismate.*
6. *In delicto notorio licitum est recedere à prælato.*
7. *Cardinales à papa qui eis promiserat se à papatu abdicare pro sedando schismate, si reuocani ad curiã sub pœna excõmunicationis, an tenec̃atur obedire,*
8. *Confirmatione facta ex certa scientia, regularis efficitur obedientiarius papæ. & non potest per abbatem remoueri, in alijs tamen abbati obedire tenetur.*
9. *Onus probandi aliquid esse factum ex certa scientia, incumbit impetranti.*
10. *Confirmatio facta ex certa scientia dicitur dispensatio.*
11. *Dispensationem qui obtinuit, eam probare, & iustificare tenetur.*
12. *Rescriptum si impugnatur ex falsi assertione, ille qui impetrauit probare tenetur, si vero ex veri taciturnitate, impugnans.*
13. *Ex certa scientia factum aliquid esse quot modis dicatur, & nu. 15. per tot.*
14. *Clausula, ex certa scientia, & clausula, non obstante, æquiparantur.*

PORrecta. ¶ Summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. Duo prima notabilia Abb. superius sunt declarata.

Dum legeret D. Philippus Decius Decretalem porrecta. de cõfirmatione vtili vel inutili, ad lectionẽ accesserunt reueren. Cardinales S. Crucis, & Corsiensis ad quos hac præfatiũcula vsus fuit.

¶ Qui Mahometi fidem venerantur, & colunt, si illius imaginẽ videre illis contingerit, propria sponte excecari solent, eo quod nihil dignius, nihilque præclarius eis videatur, quod inspicere possint, sic mihi hodie contingit, reuerendissimi, supremique ordinis antistites, nam postea quàm pro singulari vestra humanitate mihi datum est, vt amplissimo conspectu vestro veluti radianti sydere, auditorium meum illustretur, nihil est in hac re preclarius, quod à me desiderari possit, nihil est vlterius, quod ad summum honoris mei cumulum accedere posse videatur, quo fit, vt me plurimum deberet intelligam reuerindissimis D. V. quibus ego gratias, quas possum, reuerenterque illis pro tenui facultate mea omnem operam meam, inuiolabilem fidem, atque deuotionem polliceor, nihil vnquam pro amplissima dignitate vestra recusaturus, quod à fidelissimo (licet humili) amico expectari possit, & ab, eo qui & vitam, & facultates, quantulę sunt, reuerendissimis D. V. debitas esse testatur. Reliquum est vt occurrentem lectionem prosequamur. ¶ † Tertio not. secundũ Abb. quòd ex sola suspicione quis punit in crimine falsi. Quod est singulariter notãdũ, quia videtur tex. hic pro dicto Domi. q̃ allegat in c. in memoriã. xix. dist. vbi. Archi. dicit q̃ in crimine falsitatis. suspicio falsitatis pro falsitate habet, & ad penã proceditur. Alleg. tex. i l. iubemus. C. de prob. vbi dicit tanquã falsarios esse detinendos

detinendos.& dictum Do.sequitur Io.de ana.in rub. de crimine falsi.col.fi. &Alex.in consi.lxxvij.in causa accusationis.col.pe.lib. j.& fuit originaliter dictum Arch. in d.cap. in memoriam,& idē tenet Host.in sum.de cri.fal.§.qualis probatio.in princ.Specu.de instr.edi.§.restat videre. post prin. Sed [a] aduertendum est,quia li cet à posterioribus approbetur hoc dictum, non videtur verum. & in contrarium est decisio Bal.in l.iuris gentium.§.quod fere.ff. de pac.vbi per glo.dicit,quòd probatio falsi debet de necessitate concludere quòd falsum sit. Et cum regulariter probatio debeat esse concludens,c.in præsentia.de proba.secundum Bald.qui videtur ponere specialitatem in crimine falsi,videtur dicendum ꝙ in tali crimine probatio magis concludens, & strictior requirat. Et idem no.Sal.in l.de tutela.ī prin.C. de.in inte. resti.mino.Bal, in l.imperator.col.iij.ver. & noto.ff. de statu.ho.sequitur Alex. in consi.lxx.viso processu inquisitionis.col.ij.lib.j. & in consi. lxxiiij. viso testamento.col.vj.eo.lib.j.facit quod no.Bar. in l. quoties. in princ.ff.de hæ.insti.Cuius dictum Alexā. sequitur in consi.xvij. in causa,& lite in princ.lib.j. Aret.in consi. xlvij.visis.col. ij. Et dictū Archi.& Do. intelligitur quantum ad capturam, prout loquitur tex.in d.l.iubemus.ibi, quasi falsarios detinendos. Nam dictum doctoris intelligitur secundum tex.quem alleg.vt no.Bar. in l.nō solum.§.liberationis.ff.de lib.leg.ī l.eum quidam.ff. de his, quib, vt indig.Et de captura loquitur etiam tex.in d. cap. ī memoriam. non autem in dictis iuribus dicitur quòd suspicione falsitatis puniatur pro falsario.Nec etiam Archi.& Do.hoc dicunt,si bene legantur in d.c. in memoriam.quia solum dicunt quòd iudex procedit ad pęnam. Ista enim importare videtur quòd formetur ꝓcessus contra captum pro suspicione falsitatis, non autem inferunt quòd immediate pro ipsa suspicione falsitatis puniatur.Esset enim valde absurdum quòd pro sola suspicione deberet puniri tali pęna,cum suspicio minus sit,quàm præsumptio, vt nota. Bar.in l.admonendi.ff.de iureiu.Secundo illud dictum Do.prout allegat̄, saluari potest in suspicione, quæ induceret præsumptionem iuris, pro qua iuris præsumptione pęna delicti imponitur.l. j.C.de fica.Secus esset in præsumptione hominis, prout not. distinguit Abb.in cap.accedens.col.ij.de accus.& dixi in l.cum q.d. ff.si cer.pet.Et in tali casu idem esset in alijs delictis, & nulla specialitas isto respectu esset in crimine falsi. Tertio illud dictū Doc. saluari potest in ciuilibus, prout loquitur Alex.in d. cos. lxxxūij. lib.j.vt colligitur ibi col.pen.& ita etiam loquitur Io.de ana.in cō si.xlix.dubium de quo quæritur.secus in criminalibus, vbi clariores probationes requiruntur.l. fin.C. de prob.Ideo præsumptiones,quæ in ciuilibus admittuntur,in criminalibus ad condemnationem non sufficiunt, not.Ant.de Bu.in cap. quanto de ꝑsum. Abb.in cap.ij.eo.Alexand.in consi. xv.viso processu. col. iij. libr.j. Et iste clariores probationes, quæ in criminalibus requiruntur, etiam in isto crimine falsitatis necessarie sunt, vt no.Alexan.in d. consi.lxx.viso processu.lib.j.col.v.& idem Alexand. in cōs.clxxix. in causa Angelorum.colum.iij.lib.ij.Petr.de Anch.in consi.xxiiij. visa inquisitione.& Ful.in consi.clxiiij. in causa inquisitionis. Et in puncto iuris etiam in ciuilibus dictum Archi.& Domi.non videt̄ verū,ꝓ supradicta.& iura quæ allegant̄,loquunt̄ respectu capture,vt dictū est.Nō ob.tex.hic, dū dr̄, eosdē punias,tanquàm falsitatis auctores,quia ista verba intelligunt̄, adhibita causæ cognitione,videlicet si legitime probetur.

2 † Nam si alicui executio committatur,& nulla causæ cognitio ꝓcesserit,intelligitur ꝙ procedat ad executionē, cā prius cognita.vt no.Bar.in l.ꝑscriptione. C.si cōtra ius vel vti.pu.per.l.& si nō cognitio.C. cōtra ius. Et bene facit qđ no.Bal.in cap.ij.colum.fin.ver. quæro papa. de consti.

3 †vbi inquit ꝙ si papa mandat alicui ꝙ sñia cōfirmetur,intelligitur cā cognita,si ꝯfirmāda sit aliter infirmari pōt. Et ista notāda sunt ad practicam,& ita superiori anno dicebam allegādo in ciuitate Casalensi,in causa nō parui pōderis.Et ex his expedita sint notabilia.

b ¶Priusquā deueniamus [b] ad declarationē gl.ꝯstitui referre casum,q̄ fuit tp̄e Gregorij.xij. Nā cū de eius electione tractaret̄ in cōclaui,antē papatū tanq̄ cardinalis, & ēt post papatum promissit,iurauit, & voluit renuntiare papatui pro sedando schisma te,quod lōgo tp̄e durauerat, & eo modo ꝓmissit nō creare cardinales, postea noluit implere qđ promissit,& ꝯ votum,& iurm̄ creauit quatuor cardinales, & ꝓ ꝓ hi ab eo plures cardinales recesserūt de ciuitate Lucana,& Pisas se ꝯtulerūt, vt refert Ant.de But.in c.j.col.ij.ver.ex quibus patet.& in c. qđ ad cōsultationē. in prin.de re iudi.Et in isto casu dubitari pōt de tribus.Primo,an ex tali ꝓmissione papa adeo efficaciter obliget̄, ꝙ seipsū absoluere possit.Secūdo, an licite,cardinales ab eo recesserint. Tertio, an si requisiti fuerint vt reuertantur sub pœna excōicationis,teneant̄ obedire.

4 †Circa primū procedēdo breuiter, & conclusiue,nō vr̄ dubitandū ꝙ Papa ex tali promissione oblige̅t, cum votū, & iuramentū sunt de iure naturali,vt per gl.in c. quāto. de iureiur. iō papa voto,iuramēto,& promissione sua astringit̄, vt in terminis dicit Ant.de Bu.in d.c.j.col.ij.ver.sic & papa.Et idem in terminis huius prædictę q̄onis tradit Pet.de anc.in cōsi.lxv.pro declaratione dubiorū.col.ij.& sequunt̄ Abb.& Imo.in d.c.j.de cōsti. Et etiā Deus ex promissione sua obligaret̄,vt no.Bal.in l.j.in princ.ff. de pac.vbi Magistrū Sentētiarum ita dicentē refert, & tali casu non pōt seipsum absoluere, saltē sine cā,vt no. Abb.ī d.c.j.& idē Abb. in c.quāto.col.iiij.ver.ex quo infero.de iureiur. in c. ꝓposuit. col. iij.de cōce. præbē.Nam ēt alios sine cā absoluere non pōt, vt per gl.in d.c.quāto.Et requirit̄ ꝙ talis absolutio fiat cā cognita, vt no. Inno.in c.ad aures.quod met.cau.Abb.in c.j.col.pen. de iureiur. Immo, quod plus est, vr̄ in casu isto nullo mō absolutio fieri posse.ita vr̄ velle Ant.de Bu.in d.c.j.de consti.colum.ij.& idem tenet Imo.ibi col.iij.Et ista opi.iustificari pōt,quia cōcurrunt duo vincula,iuramēti,& voti,quæ potētius ligāt. c.j.de treu. & pa. Et q̄a in facto proprio quis seipsum absoluere non pōt,vt de voto not. Abb.in c.magnę.in prin.de voto.Et quia debet esse distinctio ꝑsonarum inter absoluentē & absolutum,arg.c.fi. de insti. vt dicit Imo.in d.c.j.Et ista regula vr̄ esse de iure naturali, & non de iure positiuo,vt quidā dicūt,q̄a nec sibi ipsi quis imperare, nec se prohibere pōt,vt dr̄ in l.pe.ff.de arb.Et quia in tali casu Papa Greg. iam inciderat in periuriū,quia creauerat cardinales ꝯ votum, & iuramētum,quo casu q̄n quis prius incidit in periurium,absolutio fieri nō pōt,vt no.Fed.in cōsi.ccc.factū tale est.debitor. sequit̄ Abb.in c.j.col.pen.de iureiu.Ro.in consi.cccxxvj. in præsenti. in prin.Ant.de Bu.& Imo.in c.debitores.de iureiur. & idem Bal. in auc.quod eis.in fi.C.de nup.& in l.j.in fi.C.si aduer.rem iud. Sed etiam retenta prima opinione, ꝙ ex causa absolutio fieri possit, causa intelligitur,q̄ndo iuramētum esset illicitum,vt no. Car. in cle.j.§.fi.in xij.q.de iureiur.vbi alleg.Inno.in d.c.debitores.eo. ti.& tradit Pau.de Cast.in consi.ccxvj.præsupposito sine præiudicio.colum.ij.vbi inquit,quòd absolutio à iuramento peti nō potest,nisi quando iuramentum esset extortum dolo,vel metu,vel super re illicita,puta super vsuris,vt per Inno.in c.si vero.de iureiur.Et tali casu,quando iuramentum est illicitum, videtur procedere quod nor.Abb. de Cardinalibus, in cap. sicut nostris. in prin.de iureiur. in iij.not.vbi inquit,quòd si Cardinales ante creationem summi pontificis aliqua statuunt, & promittunt, etiam cum iuramento illa obseruare, si contingat aliquem eorum promoueri ad summum pontificatum,tale iuramentum non astringit,si tendit in præiudicium dignitatis pontificalis,per illum tex. & bene dicit quòd iuramentum fuit illicitum. Secus est.in casu supradicto,quia licitum fuit iuramentum,& votum, pro sedando schismate.Et ideo efficaciter debuit obseruari, nec absolutio fieri potuit,sicut in c.quāuis.de pac.in vj. & in c. cum contingat. de iureiur. In talibus & consimilibus casibus, quia licitum fuit iuramentum,absolutio peti non potest,vt tenent Archi.Io. and. & Domi.in c.quāuis.Angel.in l.si quis pro.in princ.ff.de fideiuss. Roman.in consi.ccccxxxvij.in casu proposito.in fin. Pau.de Ca. in consi. supra alleg. ccxvj. & in aucten. sacramenta puberum. colum.iij.C.si aduer.vendi. Alexan. in consi.xlij. super præmisso. colum.pen.lib.j.& in consi.lj.visis.lib.iij.cum simi.quæ not. sunt. Ex quibus omnibus supradictis per modum cuiusdam summarij absolutum sit primum dubium.

5 †In secundo dubio Anto.de But.in terminis casus suprascripti in d.cap.j.de consti.videtur sentire ꝙ domini Cardinales recedere potuerint, quia,vt ipse dicit contra votum,& iuramentum Papa creauerat Cardinales quatuor.Et confirmatur, quia in casu supradicto Grego. tenebatur cedere,& renuntiare papatui, & promiserat, & cum requisitus non fecerit, habetur ac si renuntiatio facta fuisset. ita in terminis de summo Pontifice scribit Rom.consi.ccccxxiij.quæstio discutienda est,colum.pen.vbi hoc late probat. sed gratia breuitatis non refero eius rationes.Et in casu supradicto,vt refert Anto.de But.in d.cap.j.col.ij.de consti. illa promissio Papæ Gregorij erat notoria,quia publicata fuit per vniuersum orbem,quo casu, q̄n delictum est notorium,licitum est recedere à prælato,

6 †vt cōcludit Ant.de But. in repe.c.vestra.de coha.cle.& mulie. col.mihi.x. versi.tertius casus est.& idem tradit Dom.in cap.sacerdotes.ij.q. vij. circa fin.Hoc tamen altiorem postularet indaginem, per ea, quæ traduntur per gl.& Doc.in c.cū non liceat.de ꝑscr. & precise non

ADDITIONES.

a ¶Sed. Vide Alexan.in consi.ccv. lib.vj. Philip. Deci.in consi.clxxv.cōsi.clxxxix. & consil.602.

b ¶Deueniamus. Hæc omnia parabantur contra Iulium. ii. per suprascriptos Card. quæ latius videri possunt in consi. cl. & in sermone facto quod est impressum post dictum consilium.

ſe non pōt reſponderi, niſi qualitates caſus diligenter prius perſcrutentur. 7 † Venio ad tertium dubium, in quo breuiter reſpondetur ſecundum quod in terminis Abb. tradit in cap. inquiſitioni. de ſen. excom. vbi per dictum Innocen. ibi infert ad executionem Cardinalium, qui reuocabantur à Grego. ſub pęna excommunicationis. dicit enim quòd nō tenebantur obedire, quia fuiſſet impeditum concilium. & vnitas eccleſiæ, & ſic ex tali præcepto mala futura præſumebantur, & ſtatus eccleſiæ pertubari. Et iſta breuiter dicta ſint pro aliquali notitia, quæ ſi contigat in dubium reuocari, in maiori otio melior reſolutio fieri poterit. Hæc enim ex tempore quodam modo, vel ſaltem præcipitato, ſtudio dicta ſunt. Et ne, reuerendiſſimi Cardinales, videar abuti ſingulari veſtra humanitate, facilitate, & clementia, ſit finis præſentis lectionis. 8 ¶ † In gloſſ. in verſi. confirmatur. notandum eſt ex gloſ. vt etiā Abb. dicit, quòd per cōfirmationem factam ex certa ſcientia regularis efficitur obedientiarius papæ, & non poteſt per abbatem remoueri, in alijs tamen abbati obedire tenetur, ar. cap. per tuas. de ma. & obe. & dictum fuit in c. j. & in cap. ad noſtram. 9 ſuper eo. ¶ † Subijcit Abb. hic quòd onus probandi aliquid eſſe factum ex certa ſcientia, incumbit impetranti. Et ad hoc facit, 10 † quia confirmatio facta ex certa ſcientia, diſpoſitio dicitur, vt no. Bald. in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſ. & proprie. in princi. 11 † Et ille, qui obtinuit diſpēſationem, probare tenetur, & iuſtificare diſpenſationem, vt no. Oldr. in conſ. cclvj. Clemens epiſcopus. 12 in ij. dub. facit quod no. Cal. in conſ. x. ti. de proba. † Aliàs vero cōmunis doctrina eſt, quòd ſi reſcriptum impugnatur ex falſi aſſertione, ille, qui impetrauit, probare tenetur. ſi vero ex veri taciturnitate impugnatur, ipſe impugnans probare debet, vt concludit Io. and. in cap. j. de lit. conte. vbi Do. in iij. colum. illum refert, & ſequitur, idem Abb. in cap. fi. col. fi. de præſump. & in cap. conſtitutus. in prin. de reſcr. Car. in conſi. lxix. quo ad primū. col. 13 fi. & Sozi. in cōſi. clxiiij. viſa tabula. ¶ † Et ſm Abb. hic duobus mo 14 dis probatur aliquid factū eſſe ex certa ſcientia. † Primo, ſi in literis ſit facta mentio de iſta decretali, arg. cap. j. de exceſ. præla. in vj. Et ad hoc facit, quia clauſula, non obſtante, & clauſula, ex certa ſcientia, æquiparantur gl. magna in fi. in l. ratas. in fi. C. de reſcin. ven. & no. Bal. in l. idem Vlpianus. ff. de excuſa. tuto. & in cap. j. §. naturales. colum. j. ver. ſed ego quæro. ſi de feu. fue. controuer. & tradit Io. de ana. in conſi. lxxxj. viſo inſtrumento. colum. fi. Pau. de Caſt. in l. iij. §. ſi is, pro quo. ver. item ſubijcit. ff. quod quiſque iuris. cum ſi. vt tradunt Mod. in cap. nonnulli. in prin. col. xv. ver. quar- 15 to fallit. de reſ. & Alexand. in cōſi. xxx. ponderatis. col. iij. lib. v. † Secundo, quando ſecunda iuſſio emanauit, quia habet vim clauſulæ, ex certa ſcientia, vt Abb. hic. hic dicit. Et de hoc eſt dictum nobile Bal. in l. nec damnoſa. C. de præci. impe. offe. ſequitur Alexā. in l. iij. in prin. ff. quod quiſque iuris. & confirmatur, vt Mod. proſequuntur in d. cap. nonnulli. colum. lx. ver. fallit ſexto, & in cap. ſi quando. col. pe. de reſcrip. Tertio dicitur fieri ex certa ſcientia, quando tenor rei confirmatę exprimitur, cap. pe. j. eo. de quo ibi videbimus. Quarto, quando expreſſe dicitur, ex certa ſcientia cō firmamus, vt no. per glo. in cle. & ſi principalis. in glo. fin. de reſcr. & in c. ſtatutum. in gl. iij. in verbo, literarum de reſcr. in vj. Abb. ī c. examinata. j. eo. Rom. in conſi. ccxxvij. iuſte ſunt rationes. colū. iij. Alex. in conſi. xxxix. viſo ſtatuto. col. iij. facit tex. in cle. j. de proba. Quinto, etiam ex certa ſcientia fieri dr̄, licet hic expreſſe non dicatur, ſi tn̄ ex narratis cōprehēdat̄, gl. notabilis in c. paſtoralis. §. pterea, in ver. ex certa ſciētia. de offi. deleg. & in cle. j. in eodē verbo, ex certa ſcientia. de iud. & no. Abb. in c. ad hæc. de reſc. & in c. cū inter. de exce. cum ſi. vt late congerunt Mod. ibi. & idem tenet Imo. in l. quidam cōſul ebant. col. iiij. ver. item aduerte. ff. de re iu. & in cle. ij. in fi. de reſcri. cum ſimi. vt tradunt Franc. de cur. in cōſ. lxv. ſuper præmiſſā. Alexand. in d. conſi. xxxix. lib. iiij. & Are. in l. poteſt quis. col. iij. de vl. & pu. Et iſta concluſio confirmatur duplici ratione. Prima eſt, quia videmus quòd ſi tenor rei confirmatę inferatur, dicitur confirmatio facta ex certa ſcientia, c. pe. j. eo. Ergo patet ꝙ præciſe nō requiritur ꝙ exprimatur de certa ſcientia. Secunda ratio eſt, quia in hoc ſolum voluntas principis attenditur vt per Inno. in c. cum eccleſiaſtice. de excep. Et in tali voluntate declaranda non eſt data forma. ergo ſufficit quocunque modo colligatur. l. certum. ff. ſi cer. pet. no. in l. hac conſultiſſima. C. q̄ teſta. fac. poſ. Vt videmus in teſtatore, cuius volūtas ēt ex cōiectu ris inſpicit̄. l. imperator. vbi Bar. de lega. j. cū auus. de conditio. & demō. cum ſi. Sed tn̄ aduertendum eſt, quia prædictę concluſioni repugnare vr̄ tex. hic, vbi religioſi faciebāt mentionem de religione, & ſic papa videtur habuiſſe notitiam ex certa ſcientia, & tn̄ hoc non ſufficit, q̄a literę non valēt, vt hic dicitur. Et ita iſtum tex. ponderant Mod. in d. l. nōnulli. in prin. col. xxix. verſi. obſtat huic fallētiæ. de reſcri. Et rn̄der Mod. & dn̄t ꝙ in caſu iſtius decretalis nō ſufficit certa ſciētia, q̄a vr̄ hr̄e clauſulā derogatoriam ad reſcripta in ꝯrium, ideo vltra certa ſcientiam requiritur clauſula, non obſtante, vt no. in c. ex parte. de capel. mona. Sed non bene probatur hic, ꝙ ſit clauſula derogatoria. Et in iſto tex. certa ſcientia papæ ſufficeret, quando hoc conſtaret, vt gl. hic, & Doctores dicunt. Sed hic dubitabāt de falſitate literarū, q̄a erāt ꝯ ſolitum ſtylum, vt hic dicitur. Et remota tali ſuſpicione, literæ valerent, ꝑpter illam certam ſciētiam, quæ colligitur ex eo, ꝙ eſſet facta mētio de religione. Et ideo concluſio ſupra facta videtur bene probari hic, remota ſuſpicione falſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium prolatum contra formam iuris non valet.*
2 *Iſta concluſio declaratur.*
3 *Sententia arbitri non valet quādo iniquè iudicauit, & citra ius, ſi dictum fuit quòd de iure iudicaret.*
4 *Sententia arbitri non valet quando exceſſit formam compromiſſi.*
5 *Sententia arbitri ſuper eo quod non fuit compromiſſum lata, nō valet, adeo vt ratificari non poſſit. Iſta concluſio declaratur. nu. 6.*
6 *Confirmatio quando dicatur facta in forma communi.*
7 *Arbitrium nullum an, & quando per tres approbari poſſit.*
8 *Eccleſia accipiatur pro iure patronatus.*
9 *Patronatus ſi legauit eccleſiam, valet legatum, quia ius patronatus legare intelligitur.*
10 *Compromiſſum de iure patronatus inter laicos fieri poteſt.*
11 *Tranſactio ſuper iure patronatus fieri non poteſt.*
12 *Compromiſſum de iure patronatus an poſſit fieri in laicum.*
13 *Confirmamus, hoc verbum ſi ſimpliciter prolatum ſit, an videatur importare confirmationem ex certa ſcientia, vel in forma communi, & num. 15.*
14 *Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio.*

EXaminata. ¶ Summat̄, & diuidit̄, vt per Abb. hic. ¶ † Primo no. quòd 1 arbitrium contra formam iuris, & compromiſſi prolatum, noo valet, vt Abb. hic dicit. Nam primo contra formam iuris quòd non valeat arbitrium, tenet gloſ. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arb. in l. iij. in prin. in verbo, commiſſe. in fi. ff. eo. tit. & no. Imo. in cap. j. in gloſ. fi. in prin. de conſti. Et ideo male iudicando arbiter facit litem ſuam. l. pen. C. de pact. vbi Bar. in fi. colum. in vlti. nota. † Et 2 per hoc limitatur quod dicitur in d. l. diem proferre. §. ſtari, vt habeat locum reſpectu partium, ſed non quantum ad iudicem, vt no. Alexan. in d. l. pe. in fi. quia arbitraria ad inſtar iudiciorum re- 3 ducta ſunt. l. j. ff. de arb. † Secundo, quòd dictum eſt, non valet arbitrium contra formam compromiſſi, explicari poteſt ex eo, q̄d no. Bar. in l. diem proferre. §. ſtari. vbi tenet non valere ſententiā arbitri, quādo inique iudicauit, & contra ius, ſi dictum fuit quòd de iure iudicaret. de quo late tradunt Mod. in c. cauſam, quæ de re iud. & Io. Bap. de San. Seue. in l. omnes populi. colum. ij. ff. de iuſt. & iu. & no. Bald. in conſi. aliàs. cccclxxvij. Ioan. & Fede. colū. 4 penult. lib. iiij. ſecundum primam impreſſionem. † Item exemplificari poteſt quando arbiter excederet formam compromiſſi, id eſt, poteſtatem ſibi datam in compromiſſo, quia non valeat ſententia. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. & no. Roma. in conſi. cxv. viſo compromiſſo. in fi. & in conſi. cxlj. eximie doctor. & in conſi. lxxv. dictū laudū. & videt̄ ꝑbari hic. † per iſtum tex. di- 5 cit Bald. in tit. de pact. Conſt. ver. ſnīæ quoque. aliàs ſunt quoque. quòd ſententia arbitri lata ſuper eo, quod non fuit compromiſſum, adeo non valet, quòd ratificari non poteſt. Et ſequitur Ro. in conſi. clv. præmiſſum laudum. & tenet Ang. in cōſi. ccxviij narratione col. vj. † Et hoc intelligitur quòd non poteſt ratificari ꝙ va- 6 leat tāquam laudum, prout vr̄ loqui tex. hic, ſed virtute pacti ſic, vt inferius ſtatim dicam in iij. not. ¶ † Secundo no. ꝙ dicitur con- 7 firmatio facta in forma cōmuni, quando ſit conditionaliter. & de hoc dictum fuit in rub. s. eo. Et ſecūdum Abb. hic, hoc verum eſt, non inſerto tenore rei confirmatę. Et ſic à contrario ſenſu Abb. vult ꝙ inſerto tenore non eſſet confirmatio in forma communi, licet facta eſſet conditionaliter vt probatur in c. pen. infra eo. & 8 ibi videbimus. ¶ † Tertio no. ibi, ab vtraque parte receptū, quòd partes non poſſunt arbitrium nullum approbare. Et hoc ſecundum Abb. procedit, quia iſto caſu non erat vitium conſenſu partium remiſſibile in iſta quæſtione iuris patronatus. Secus ſi ſolū agatur de fauore partium, quia ſententia nulla approbari pōt & valere virtute pacti, vt Abb. hic concludit, allegando glo. per illū tex. in l. ij. C. communia vtr. iud. Sed aduertēdum eſt, quia hic nō negatur, quin valeret conuentio facta de laudo nullo, quādo de voluntate partium conſtaret. Et tex. hic non videtur contradicere, quia

re, quia solum in text. dicitur, quòd receptum fuit laudum ab vtraque parte, prout erat confirmatum à summo Pontifice, & partes illud receperūt simpliciter, & non apparet quòd voluissent illud approbare per eorum conuentionem. Nam quod dicitur per glo. in dicta l. ij. C. communia vtri. iudi. procedit, quando interuenit traditio, vel stipulatio, secundum Bald. in cap. cum causam. de testi. cum simi. vt Barth. Sozin. scribit in consi. ccxx. visis. colum. iij. Vel secundo respondetur quòd hic absolute non dicitur quòd à partibus receptum fuisset, sed quòd papa confirmauit laudum, sicut iuste latum fuit, & à partibus receptum. & sic ista sunt verba narratoria summi pōtificis. Vel tertio respōderi potest, quòd partes hic receperunt laudum, vt hic dicitur, & talis receptio laudi non facit quòd valeat vt laudum prout tex. hic loquitur. Secus tamen videtur virtute pacti, quia nihil obstare videtur, quo minus laudum istud, quod erat nullum, virtute pacti, & contractus approbari potuisset, vt per gl. in d. l. ij. præalle. Et non videtur verum, quòd in ista quæstione iuris patronatus vitium non esset remissibile consensu partium, quia sicut valet compromissum factum inter laicos de causa iuris patronatus, vt hic, ita etiam laudum virtute pacti ratificari potuisset. Bene verum est in se quod Abb. hic dicit. Et notandum est ad limitationem glo. in dicta l. ij. vt non procedat quando talis sit materia quæ solum à consensu partium non pendeat. Facit text. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pac. & in l. cum hi. §. si cum lis. & quod Ang. ff. de transa. cum simi. vt Sozi. scribit in præalle. consi. ccxx. colum. iij. Et hoc manifeste Doctor. volunt dum concludūt quòd sententia nulla non possit approbari vt sententia, q̄a hoc non est in potestate partium, vt valeat tanquam sententia, [a] vt no. Bart. in l. j. colum. j. qui pro sua iuris. Calde. in consi. viij. de re iudi. Card. in consi. lxxj. seriatim. in ij. dub. cum simi. vt tradunt Mod. in c. significasti. de for. compe. & idem Rom. in consi. clxxiij. pro decisione. in fin. & in consi. clxxv. dictum laudum. colum. ij. Abb. in consi. xcij. contra sententiam. lib. j. & consi. lxij. in controuersia. lib. ij. Alexan. in l. quod iussit. colum. fi. de re iudi. Aret. in consi. lvj. post absolutum. col. j. in fin. & Alex. in cōsi. cxxiiij. omissis superfluis. lib. j. ¶ 9 †Quarto ex dictis Abbatis colligitur hic, q̄ ecclesia accipitur pro iure patronatus. & sic videtur tex. hic pro eo quod not. Bald. & Paul. de Cast. in l. monumenta. C. de legat. 10 †vbi volunt quòd si patronus legauit ecclesiam, legatum valet, 11 quia ius patro. legare intelligitur. ¶ †Quinto, & vltimo ex dictis Abb. per istum tex. habetur q̄ inter laicos contendentes de iure patronatus, potest fieri compromissum, quod notandum est, 12 †quia licet transactio fieri non possit super iure patronatus. cap. præterea. de transa. potest tamen fieri compromissum. & bene 13 facit quod no. Pet. de anch. in consi. xxxiij. in causa. col. iiij. † Et tale compromissum debet fieri in ecclesiasticum, vt Abb. sentit, declarando tex. quòd iste vicedominus, in quem factum fuit cōpromissum, erat ecclesiasticus. & not. Mod. in c. quanto. de iudi. Sed tamē videtur, quòd etiam de ista quæstione iuris patronatus in laicum compromitti possit, vt notabiliter voluit Dom. in cap. j. §. cæteris. col. j. de cler. coniug. in vj. Et licet ipse loquatur in clerico coniugato, ratio tamen, quam adducit, generalis est, dum inquit, quòd ius patronatus cadit in laicum, & bene facit quod not. Pet. de anch. in consi. xxxiij. præallegato. & ad ea, quæ in contrarium adduci possunt, responsum fuit, prout dixi in d. cap. quāto. colum. iij. de iudi. ¶ In glo. fin. notandum est, dum glo. differētiam facit inter confirmationes, & priuilegia, & cum illa videntur transire doctores hic, & idem glo. in cap. quoniam abbas. in glo. fi. de offi. deleg. cum simi. & Roma. tradit in consi. ccxxxvj. circa propositam. Sed tamen ista differentia non videtur procedere, data paritate terminorum, quia, vt declarat Bar. in tract. ad reprimendum. in verbo, prout. illud, quod dicitur in cap. abbate sane. de verb. sig. allegato in glo. hoc procedit non solum in priuilegijs, prout ille tex. loquitur, sed in qualibet materia, quæ de sui natura ordinatur ad aliquid de nouo disponendum, quia tūc dictio, sicut, stat causatiue, & ponitur pro quia, & hoc late prose14 quuntur Moder. in c. ij. in ij. char. de rescri. ¶ †Postremo circa ea, quæ Abb. dicit de confirmatione, omissis alijs, de quibus supradictum est, dum Abb. concludit q̄ verbum confirmamus, prolatum simpliciter, videtur importare confirmationem ex certa scientia, nisi esset confirmatio contra ius. Ista conclusio repugnā tiam habere videtur, quia confirmatio ex certa scientia dispensatio dicitur, vt not. Bald. in cap. cum super. in prin. de causa pos. 15 & proprie. †Et sic videtur contra ius, cum dispensatio, sit iuris cō16 munis relaxatio, vt notatur per glo. vij. quæst. j. §. j. nisi rigor. † Et ideo dicendum videtur absolute quod verbum, confirmamus, prolatum simpliciter, non dicatur importare confirmationem ex certa scientia, sed in forma communi, vt diximus supra in rubri. respondendo ad rationem Abb. hic. Sed gratia breuitatis nō repeto, vbi videndum est.

ADDITIO.

a ¶ Syl. Al. Sententia. Idem in c. prudentiam. in ix. colum. de offi. deleg. in consi. cccclxxxviij. col. v.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio quando uideatur facta ex certa scientia.*
2 *Conuentio facta sub conditione si papa confirmabit ualet, sicut ualet matrimonium contractum sub conditione si papa dispensabit. Ista conclusio declaratur, & procedit, ut nu. 3.*
4 *Clausula sicut sine prauitate apponitur de stylo curiæ in omnibus confirmationibus.*
5 *Dictio, sicut, aliquando ponitur causatiuè.*
6 *Compositio facta super decimis an ualeat.*
7 *Transactio licet non ualeat in spiritualibus ualet tamen amicabilis cōpositio.*
8 *Compositio facta super quantitate decimarum, an ualeat sine auctoritate papæ, & nu. 10.*
9 *Decimarum remisionem solus papa facere potest, & quomodo intelligatur ista conclusio. nu. 11.*
12 *Instrumentum originale non est necessarium producere, ubi in confirmatione tenor rei confirmatæ insertus est. Ista conclusio ampliatur, & declaratur, ut nu. 13. & 15.*
14 *Actus qui aliàs non ualeret de iure communi, ex certa scientia papæ confirmatur.*
17 *Ista conclusio limitatur, ut hic.*
18 *In priuilegijs, uel priuilegiorum renouatione non requiritur citatio partis, quando scilicet fiunt ab eo, qui principaliter ea concedere potest.*

VEnerabilis. ¶ †Summatur, & diuiditur, vt per Abb. hic. ¶ Primo no. quòd quando in confirmatione tenor rei confirmate exprimitur, videtur facta cōfirmatio ex certa scientia. Et ad hoc iste text. allegatur, & notat etiam Abb. in cap. inter dilectos. col. vij. de fid. instru. in cap. examinata supra eo. & in consi. lxij. illud de iure. col. iij. Roman. in consi. cccxxvij. iste sunt. & in consi. cccxxxvj. circa propositam. Alexan. in consi. j. colum. xiiij. lib. v. Ex quo enim cō stat, superiorem habuisse notitiam rei confirmate, per illam insertionem videtur facta confirmatio ex certa scientia. Et hoc etiā procedit, secundum Abb. hic, post Anto. de Bu. si tali casu apponatur clausula conditionalis, sicut quia tunc, sicut ponitur pro quia. & idem Abb. dicit in dicto cap. examinata. in fi. & consi. lxij. præallegato. Et hoc intelligendum videtur stante veritate rei, prout in tenore inserto narratur, quia clausula, ex certa scientia, non purgat falsitatem narratorum, vt per Rotam in ij. decisione. eo. tit. in nouis. facit quod no. Bal. in l. fi. col. ij. C. sen. rescin. nō pos. 2 cum simi. vt dixi in c. j. supra eo. ¶ †Secundo nota quòd valet cōuentio facta sub conditione, si papa confirmabit, sicut etiam valet matrimonium sub cōditione si papa dispensabit, vt no. Abb. post alios in cap. super eo. de condi. appo. Et secundum Abb. hic. illa conditio si papa confirmabit, de confirmatione ex certa sciē3 tia intelligitur. †Et hoc videtur verum, quando actus aliter non valeret, prout Abb. loquitur. Secus videtur, si actus esset validus quia tunc secundum subiectam materiam videtur quòd de confirmatione in forma communi intelligatur, vt dictum fuit in rub. supra eo. Et tenendo quòd ista compositio, de qua tex. loquitur, valeret, dici potest quòd ista esset confirmatio in forma communi, quia erat facta conditionaliter, vt patet in tex. & insertio teno ris hic ponderatur, non ex necessitate, sed ad maiorem rei eui4 dentiam, vt hic dicitur, & etiam inferius declarabitur. ¶ †Tertio nota secundum Abb. hic, q̄ illa clausula, sicut sine prauitate, apponitur de stylo curie in omnibus cōfirmationibus. Sed hoc de iure non videtur verum, quia confirmatio ex certa sciētia debet fieri simpliciter, vt supradictum fuit in rubri. Bene verum est q̄ 5 confirmatio ex certa scientia, non alteratur, † licet dictio, sicut, apponatur, quia tunc illa dictio, sicut, ponitur causatiue, vt Abb. hic dicit post glos. hic, in verbo, sicut. in fi. Et idem no. glo. in cap. quoniam. abbas. in fin. per illum tex. de offic. deleg. Host. in sum. eo. ti. §. fi. in fi. & idem no. Bar. in tract. ad reprimendum. in verbo, prout. facit quod not. Bart. in l. eum, qui. § Iulianus. ff. de consti. pecu. Old. in consi. cxxj. ad primam quæstionem. in secundo dubio. Pau. de Cast. in consi. cccxxij. in causa decimali. cum si. vt tra6 dunt Mod. in c. ij. de rescrip. quorum dicta reassumunt Mod. in l. pen. C. de insti. & substi. & in l. admonēdi. ff. de iureiur. ¶ †Quarto, not. ex isto tex. iuncta glo. quòd valeat compositio facta super

decimis,intelligendo quòd auctoritas papæ hic non eſſet neceſſaria, valet enim talis compoſitio facta auctoritate epiſcopi, vel archiepiſcopi,vt no.Abb.per illum tex. in c.ij.in prin. de tranſac. & glo.fi.ibi dicit etiam hoc procedere in compoſitione non gratuita, vt quia non ſoluit totam decimam.& ſequitur Abb.in cap. veniens in ij.not.eodem titu. Et hoc maxime haberet locum in decimis præteritis, in quibus valet compoſitio, etiam ſine ſuperioris auctoritate vt not. per gloſſ. in cap. vt ſuper. de rebus eccle. non alienan. not.in cap.fina.de rerum permu.& idē Abb. tradit in cap.cum homines.de deci.& Domi.in cōſi.xvij. pro declaratione. de hoc videbimus in glo.¶† 7 In glo.j. nota quòd licet in ſpiritualibus tranſactio prohibita ſit, tamen amicabilis compoſitio fieri poteſt.& eſt tex.in c.ſuper eo.de tranſ. Et quomodo amicabilis compoſitio diſtinguatur à tranſactione eleganter declarat Abb.& latius Imo.poſt Ant.de Bu.ibi in fi.in d.c.ſuper eo. 8 ¶†Et ex dictis Abb.circa iſtam glo.concluſio eſt poſt Ioan.an.& alios,quòd ſuper quantitate decimarum non valet compoſitio, niſi facta ſit auctoritate papæ,quia agitur de remiſſione decimarum,† 9 quam ſolus papa facere poteſt in aliquo caſu,vt per glo.in cap.à nobis.vbi Abb.poſt alios.de decimis.& dixi conſi. cxiij. & idem tenent Ant.de Bu.Card.& Imo.hic.& idem Card.in clem. diſpendioſam.in xix.q.de iud. † 10 Sed huic concluſioni obſtare videtur tex.allegatus in glo.in cap.ſtatuimus.de tranſact. vbi valet amicabilis compoſitio facta ſuper decimis, etiam cum laicis, ex ſola auctoritate epiſcopi, vel archiepiſcopi. & glo. ibi tenet hoc procedere, etiam ſi de quantitate decimarum remittatur. Imol. ibi mouet difficultatem de iſto dicto Ioan.an. hic, quod in contrarium videtur.& reſpondet quòd ille tex.intelligitur, quando hoc fieret ex cauſa, vt quia ille, cui fit remiſſio, eſſet pauper. & idem videtur tenere Abb.in d.cap.ſtatuimus.in glo.fina. vbi late diſtinguit.Sed iſta videtur magna reſtrictio ad illum text. qui ita generaliter loquitur.Et videtur concordare cum iſto text. prout glo.allegat hic, & glo. in d. cap. ſtatuimus.ſequitur ibi Hoſtien. Abb.& Archiepiſcopus Florentinus in ij. parte ſummæ tit.iiij. c. iij.§.fi.in fi.& idem habetur in ſupplemento Piſanellæ in verbo, deci.ne.j.col.fi.Et tenēdo iſtam opinio. quæ videtur habere ęquitatem,non obſt.tex.hic,quia non negatur hic,quin valeret compoſitio facta auctoritate epiſcopi,licet actum fuerit ad maiorem cautelam quòd confirmatio papæ interueniret. Non obſt. ꝙ iſta eſſet confirmatio ex certa ſcientia,quæ arguit quòd compoſitio prius facta non valeret,quia primo negari poteſt quòd eſſet confirmatio ex certa ſcientia,ſed potius erat in forma cōmuni, quia facta fuit conditionaliter,vt hic dicitur,& ad maiorem rei euidētiam tenor rei confirmate inſeritur.Nā in iſto modo loquendi videtur tex.innuere quòd confirmatio facta ſimpliciter in forma communi,ſufficiens fuiſſet in iſto caſu.Præterea, & ſecundo dato quòd confirmatio ex certa ſcientia fuiſſet, non per hoc infert ꝙ compoſitio prius facta non valeret, quia nihil repugnat, quin etiam ſuper actu valido confirmatio ex certa ſcientia fieri poſſit, licet non videatur neceſſaria.† 11 Non ob. ꝙ ſolus papa poſſit decimas remittere,quia illud verum eſt, & intelligitur per viam priuilegij,ſi hoc fieret in re clara.Secus videtur ſi per viam compoſitionis remiſſio fiat pro parte,& non in totum,vt per glo.in d.c. ſtatuimus.Nam tali caſu potius ex officio, & diſpoſitione ſuperioris,quàm ex conuentione partium videtur fieri,vt in ſimili eſt bonus tex.in cap.niſi eſſent.de præben.& no.Abb. in c. quæſitū. in fi.de rerum permu.& in cap.non ſatis.in fin.de ſimo.& Pet.de anc.conſi.cclxxx.quæſtio proponitur.cum ſi.vt dixi in cōſi. cxliij. ad plura.¶† 12 In glo.ij. colligit,vt Abb.hic, dicit limitatio ad illud, quod hr̄ in auct.ſi quis in aliquo.C.de eden.ꝙ ſi in confirmatione tenor rei confirmate inſertus ſit,talis relatio facit fidem, licet originale non producatur.Ad idē eſt glo.pe.in c.ſi Romanorum. xix diſt.in c.abbate.de ver.ſig.Et tradit Abb.poſt Inno.& alios in c.inter dilectos.col. vij.de fi.inſtru.vbi inquit quòd inſerto tenore videtur facta confirmatio ex certa ſciētia, vt hic habetur. ideo probat abſque eo, quòd originale exhibeatur.& idem no. Spec. in titu.de inſtru.edit.§.nunc videndum.col.ij. vbi quidam diſtinguunt.& in ver.quid ſi conceſſum. & Card. in conſi. cxviij. duo ſunt videnda.col.ij.cum ſi.vt tradunt Mod. in d.c. inter dilectos. colū.v. Rom.in conſi.cccxxvj.circa propoſitam conſultationem. col.j.† 13 Et ampliatur iſta cōcluſio ſm Abb.hic poſt alios,vt talis inſertio faciat fidem,ēt ſi inſerta ibi eſſet cōtra ius cōe, quia Papa vr̄ diſpenſare confirmando ex certa ſciētia.Et ſic colligitur ſecūdum Abb.hic,ꝙ confirmando ex certa ſcientia,diſpenſatio dicitur,& hoc notat Bald.in cap.inſuper.in prin.de cauſa po.& propri,† 14 Et ad hoc facit,quia actus,qui aliàs non valet iure cōi,ex certa ſcientia papæ confirmatur, vt per glo.in d. cap. ad hæc. & ibi Abb.de reſcrip.& not. Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. de iur. cod.Et quia clauſula,ex certa ſcientia,habet vim clauſule de plenitudine poteſtatis,vt not.Bald.in l.eos.in princi. C. de appella. Abb.in d.cap.ad hæc.de reſcrip.cum ſimi.vt ibi dictum fuit.† 15 Et ſupradicta concluſio intelligitur,quando fuit facta confirmatio inſerto tenore de conſenſu partium,alias non faceret fidem de tenore compoſitionis,vt Abb.hic poſt alios dicit. Sed aduertendum eſt,quia ſi de conſenſu partium inſertio facta fuiſſet, facere fidem,& auctoritas ſuperioris non requireretur,vt not. Abb. in c.Albericus.colum.fin.verſi.aduerte tamen.de teſti. cum ſimi. vt per Moder.in cap.fin.in prin.de fide inſtru.Et ideo non videtur quòd conſenſus partium neceſſarius ſit. Bene verum eſt, ꝙ 16 citatio partis requiritur ī tali inſertione,†vt not.Abb.in c. abbas. de verbo.ſigni.& in dicto cap.Albericus.cum ſimi.vt per Moder. ibi in princi.& Bart.& Doct.in auct.ſi quis in aliquo. C. de eden. 17 †Illud tamen,quod dictum eſt de conſenſu partium , & citatione partis,limitatur per Abb.hic, in fin. ſecundum notata in clemen.literis.quæ eſt clemen.j.de proba.quaſi Abb.velit quòd ſtaretur aſſertioni papæ aſſerentis de tenore compoſitionis per eū inſerto,vt videtur in d.clemen.j.Sed tamen hoc non videtur verum in pręiudicium partis,quę debuit citari,quia non ſtatur aſſertioni papæ in pręiudicium alterius,vt not.Abb. in dicta clem. j.in fin.Et quę ſupradicta ſunt bene procedunt in inſtrumentis, 18 quę inſeruntur.†Secus eſt in priuilegijs,vel in renouatione priuilegij,quam papa facit, etiam partibus non vocatis,vt dicūt Ant. de But.Cardi.& Imo.poſt Hoſtien.hic,& no.Abb.in cap.ex parte.in iij.not.de priuilegijs. vbi inquit ꝙ quando fit renouatio ab illo,qui poteſt principaliter priuilegium concedere, citatio non requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio aliquando in malam partem accipitur pro falſa excuſatione.*
2 *Occaſio quandoque accipitur pro cauſa impulſiua.*
3 *Occaſio ea dicitur,quæ non eſt ordinata ad effectum de quo agitur,ſed accidētaliter,& à caſu illud contingit.*
4 *Quæri de aliquo,& quæri de eius occaſione differunt.*
5 *Legatus non poteſt unam eccleſiam eximere de poteſtate ordinarij, limitatur ut nu.7.*
6 *Epiſcopus non habet poteſtatem concedendi exemptionem in totum in aliqua eccleſia ſua diœceſis.*
8 *Patriarcha habet ſuam diœceſim,& prouincias ſub ſe.*
9 *Patriarcha eſt ſupra epiſcopos.*
10 *Archiepiſcopi dicuntur ſuffraganei patriarcharum.*
11 *Ad patriarcham appellatur ab archiepiſcopis.*
12 *Patriarcha non facit gradum in negligentia archiepiſcopi.*
13 *Subditi debent præſtare reuerentiam ſuis ſuperioribus , etiam ſi ab ipſorum iuriſdictione exempti eſſent,limitatur tamen ut nu.15.*
14 *Monaſterium exemptum à iuriſdictione epiſcopali, tenetur tamen reuerentiā epiſcopo exhibere.*
16 *Abbates & monaſteria ſubijciuntur epiſcopo de iure communi.*
17 *Integrè,hoc uerbum, qualiter intelligatur.*
18 *Maritus qui promittit dotem integram reſtituere, uidetur promiſiſſe totam dotem reſtituere ſine aliqua diminutione,unde excluditur ab ea parte lucri, quæ ſibi ex forma ſtatuti obueniebat.*
19 *Legatus de latere,an poſſit unire eccleſias ſuæ legationis.*
20 *Legatus de latere eſt ordinarius in loco ſuæ legationis.*
21 *Legatus de latere poteſt omnia quæ poteſt epiſcopus, uel archiepiſcopus in ſua diœceſi.*
22 *Legatus de latere, an poſſit aliquid facere in præiudicium epiſcopi, uel alterius.*
23 *Legatus de latere poteſt præiudicare ordinario in conferendo.*
24 *Confirmatio etiam ex certa ſcientia facta non uidetur confirmare actum in præiudicium tertij.intellige & declara,ut nu.26.*
25 *Reſcriptum quando reſpicit præiudicium particularis perſonæ,non ſufficit clauſula,ex certa ſcientia.declara,ut nu.26.*
27 *Priuilegium exemptionis derogat iuri ordinarij abſque eo ꝙ de tali iure ſit facta aliqua mentio.*
28 *Papa an & quando poſſit deponere epiſcopum ſine cauſa,& nu.31. per tot.*
29 *Papa in beneficialibus liberam habet poteſtatem.*
30 *Papa in beneficialibus habet pro ratione uoluntatem.*
32 *Surrogatum non ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur quo ad cauſam efficientem.*

SVa nobis. ¶ Summatur, & diuiditur, vt per Abb.hic. ¶† 1 In tex.ibi,occaſionem, occaſio hic in malam partem accipitur pro falſa excuſatione.Ad idem text.in cap.ſolitę in princi.ibi, nō cauſam,ſed occaſionem prębuit.de maio.& obe.Abb.ibi. Facit tex. in cap.j.de iureiur.in vj. in cap. ſtatutum.§.inſuper. & ibi Domi. in pe-

2 in pe.not.& de rescr.in vj.† Et quandoque etiam occasio [a] accipit
a pro causa impulsiua,c.j.vbi Abb.in ix.not.vt ecclesiastica benefi-
cia.Facit tex.in c j.§.porro.ibi,causam seu occasionem.de sta.mo
3 nacho.in vj.†& in effectu videtur ꝙ occasio illa dicatur, quæ non
est ordinata ad effectum, de quo agitur, sed accidentaliter, & à
casu illud contingit.l.fi.§.sed cum in secundam.C.de fur.l.rescri-
ptum.§.j.ff.de distrac.pigno.l. generaliter. §. si quis alienum. ver.
4 plane.ff.de fideicommiss.liber.† Et ideo aliud est,quæri ex aliquo
aliud est, quòd de eius occasione quæratur,vt not.Bart. in l. fori.
5 C.de diuer.iudi. ¶†Primo,nota quòd legatus non potest vnam
ecclesiam eximere de potestate ordinarij,vt Abb.hic dicit. Et ad
hoc istum text. Specu.adducit in titu. de leg.§. nunc ostenden-
6 dum.versi.xj.†Et hoc idem est de episcopo, qui non habet pote-
statem concedendi exemptionem in totum in aliqua ecclesia
suæ diocesis,vt no.Ioan.And.& Abb.post alios in cap.cum vene-
rabilis. de censibus. Cald.in consi.xj. in titu. de rebus eccle. non
alie.Fede.in consi.ccxlvij. casus talis est.& idem Abb.in cap.cum
olim.el ij. de priui.& in cap.cum inter.de re iudica.cum simili. vt
7 late tradunt Moder. ibi.†Ex quibus patet,istam esse magis com-
munem opinionem,quæ sane intelligitur, & procedit, nisi con-
firmatio papæ interuenisset,vt not.Abb.in dicto cap. cum vene-
rabilis.de censibus. post glo.ibi,& alios.per text.in cap. constitu-
tutus.de religio. domi.vbi glo.& Abb.idem dicit. Et hoc intelli-
gitur de confirmatione facta ex certa scientia, quia actus nullus
confirmari debet, per ea,quæ dicta sunt in cap.j.supra eo. & hoc
in terminis Specu.dicit in titu.de leg.§.nunc ostendendum.in di-
cto versic.xj. Et subijcit Abb.hic, quòd legatus, etiam de latere,
regulariter non potest aliquid facere contra ius commune, de
quo videndum est in locis allegatis per Moder. in cap.j. de re-
8 scrip. vbi dictum fuit. ¶†Secundo,nota quòd patriarcha habet
suam diœcesim, & postea prouincias sub se. Dicitur enim pa-
triarcha summus patrum.xxj. distin.cap. cleros.& patriarcha,&
9 †primas in effectu, idem sunt, vt dicitur xcj. distin. cap. j. & pa-
triarcha est supra archiepiscopos,cap.antiqua.de priui.vbi Abb.
in iiij.not. dicit, quòd sicut episcopi dicuntur suffraganei archie-
10 piscoporum,†ita archiepiscopi dicuntur suffraganei patriarcha-
11 rum.†Et ideo ab archiepiscopis ad ipsos appellatur, vt no. Abb.
12 in cap. antiqua.in ij.colum.†Est tamen notandum quòd patriar
cha non facit gradum in negligentia archiepiscopi, vt not. Imol.
in clem.fi.de beneficio.colum. ij. versi. tertio quærit. de præben.
13 ¶†Tertio not.quòd subditi tenentur superioribus suis reueren-
tiam præstare. Et intantum hoc procedit quòd licet exempti
sint,ab ista tamen reuerentia non liberantur.l.fin. C.de bon.lib.
vbi Bald.colum.fin.versi.item per hunc tex.in verbo, reuerentia.
14 refert Oldra.†respondisse archiepiscopo Rauennati,quòd exem
ptum monasterium à iurisdictione episcopali tenetur tamẽ ex-
hibere reuerentiam episcopo,& illi re obuiam secundũ consue-
tudinem,& idem Ang.dicit in l.si hac.§.patronum.per illum.tex.
ff.de in ius voc. Ang.Imo.& Alex.in l.alia.§.eleganter. in princ.ff.
solu.matrimo.cum simi.vt tradunt Moder.in cap.cum inter. col.
15 ij.de re iudica.& in cap.cum non liceat. colum.j. de præscri.† Et
forte non videtur hoc procedere,quando exemptio facta sit ple
no iure à summo pontifice,vt Abb.tradit in d.cap.cum inter.co-
lum.iiij. versi. in tertio membro. cum similibus, vt de isto verbo,
pleno iure, tradunt Moder.in cap.auditis.colum.iij.de præscrip.
16 ¶†Quarto nota quòd monasteria, & abbates subijciuntur epi-
scopo,& diœcesano de iure communi. ad idem tex. xviij. quæst.
ij.cap.abbates. cum similibus allegatis per gloss. ibi,& not.Abb.
per illum tex.in cap.j.in prin.de statu monacho. not.in cap. con-
querente.de offic.ordina.in cap.cum venerabilis.de religiosis do
mibus.facit text.in cap.j.de supplen. negligen.præla.& in c. cum
17 contingat.de æta.& qualita.¶†Quinto,& vltimo not.quòd ver-
bum,integre,intelligitur sine aliqua diminutione, vt ex his ver-
bis præcedentibus hic colligitur.Et ita istum tex.not. Cardi.hic.
ad idem est tex.in l.ij.§.ad filiorum.ibi,integrum,nullaq; ex par
te diminutum dominium.C.quando,& quibus quarta pars de-
beatur.lib.x.& in l.si quando.la j.C.de bon.vacan.lib.x.& in l.de-
cem.in fin.ff.de fideicommiss.liber.& in clemẽ.dudum.§. verum.
cum glo.in verbo,integre,de sepult.& not.Ang. in auct. de hęre.
& falci.§.si vero expressim.col.j.facit tex.in l.fin.C. ad leg. Falcid.
cum similibus,vt Alexan.scribit in consi.cxlj.viso testamento.co-
18 lum.fina.lib.ij.†Et ad hoc adduco ꝙ notabiliter voluit Bald. in l.
quod nomine.circa fin. versic. sed quid si ex consuetudine. ff. de
conditio.indebi. vbi inquit quòd si maritus promittit dotem in-
tegram restituere, propter illud verbum, integram, videtur pro
misisse restituere totam dotem sine aliqua diminutione.Et ideo,
b secundum eum, excluditur [b] maritus ab illa parte lucri dotis,
quæ sibi ex forma statuti competebat. & idem tenet Bald. in di-
cta l.fina.C.ad leg. Falci.per illum tex.& not.Rayn. in l. post do-
tem.& ibi Alexand.in fin. ff.solu. matri.& idem Alexan.sequitur
in consi.v. circa primam.colum.fina.lib.iij. & in consi. cxxxiij.su-
19 per quæsitis.colum.iij.lib.v.¶†Expeditis notabilibus domi.Abb.
prosequitur quæstionem videlicet, nunquid legatus de latere
vnire possit ecclesias suæ legationis.Innocen. quem Abb. refert
videtur residere in opinione negatiua, videlicet, quòd non pos-
sit,quam late firmauit Fede.in consi.Reuerendus in Christo pa-
ter.& Ant. de Butr. hic plene refert, & sequi videtur. Sed con-
trarium, videlicet quòd immo possit.tenet Spec.in titu. de lega.
§.nunc ostendendum. versi.v. dummodo non inferatur præiu-
dicium diœcesano, prout dicitur hic, & sequitur. Ioan. and. in
additio. Specu.in versi.præallegato. & idem tenet Rota in de-
cisio.iij.in titu.de officio lega.in antiquis.& idem habetur in pri-
ma & secunda decisione, eod. titulo in nouis. Et istam opinio-
nem Abb. hic finaliter approbat, & idem Abb. in cap.sicut vni-
re.colum.secunda versi. extra gloss. quæritur. de excessio. præla.
& Imol.in clemen. ne in agro. in gloss. in verbo, ordinarios. in
fin. de statu mona. Et secundum istam opinionem consuluit
aliàs collegium Papiense vt refert Cardin.hic. Ex quibus patet
istam esse magis communem opinionem. Et fundamentum po
tissimum videtur,quia si episcopus potest dictum capitulum sic
20 vnire. †ergo videtur quod etiam legatus possit, quia etiam ipse
ordinarius est in loco suę legationis.cap.ij.de offic.lega. in sexto.
21 †Et potest omnia, quæ potest episcopus, vel archiepiscopus in
sua diœcesi,vt not.Specu.in dicto §. nunc ostendendum. versic.
præmissa autem omnia, post versiculum lxxxix. & Abb. hic re-
fert.Est verum quòd Federicus negat tale argumentum,vt etiam
22 recitat Abb.hic. sed nihil adducit quod efficaciter vrgeat.† Pro
opinione tamen Fede. facit vna ratio, ad quam Docto. non re-
spondent,videlicet quia legatus non potest aliquid facere in prę
iudicium episcopi,vel alterius,vt not. Abb.hic post Specu. in tit.
de lega.§.nunc ostendendum.versicu. lvij.Sed responderi potest
hoc habere locum in alio præiudicio iuris quęsiti. secus in isto
præiudicio videtur,vt notatur per Rotam in dicta iij.decisione in
23 antiquis.†Et hoc patet, quia sicut potest ordinario præiudicare
in conferendo. ergo pariter idem videtur in vniendo. ¶ In glo.
vnica in prin.ibi,in forma communi. Abb.hic videtur tenere cõ-
trarium.quòd immo esset confirmatio ex certa scientia, quia,se-
cundum eum,tenore inserto facta videtur. Sed hoc non bene
probatur hic,quia licet dicatur quòd Papa collationem confir-
mauerit,non sequitur quòd tenor illius collationis insertus fuis-
set.Et quia cum text.hic loquatur simpliciter de confirmatione,
in forma communi intelligitur c.ex parte. cum glo. de constitu-
tio.Et dictum fuit in rub.supra eod.Bene verum est quòd etiam
tex.iste haberet locũ,licet facta fuisset confirmatio ex certa scien
tia, vt Abb. hic concludit.Ex cuius dictis habetur notabilis con-
24 clusio,†quòd confirmatio,etiam facta ex certa scientia, non vi-
detur confirmare actum in pręiudicium tertij. Et hoc idem vo-
luit Bald.in prælud ijs feudorum. colum.xiiij.versicu. idem dicit
25 And. de Iser. †vbi concludit quòd quando rescriptum respicit
præiudicium particularis personæ,non sufficit clausula,ex certa
scientia.& sequitur Aret.in consi.xv. reuerendissime pater.col.v.
& bene facit quod no.Bald.in l.fina.col.ij.versi.dicas etiam.C.de
sen.rescin.non pos.Alexan.illum refert,& sequitur in consi.xxiij.
viso.col.fin.lib.v.& in consi.cxxv.viso titu.in fin.lib.ij. & idem tra
26 dit Pau.de Cast.in consi.clvij.quæstio ista vertitur.col.fi.†Et præ-
dicta conclusio sane intelligitur, quantum ad præiudicium epi-
scopi,vel tertij.de quo non constat papam cogitasset. Secus vide
tur in præiudicio tertij. de quo cogitauit. Gratia exempli, in ca-
su nostro respectu collationis,quia per vnionem episcopus pri-
uatur collatione in futurum. Et quo ad istud præiudicium colla-
tionis, de quo necessario Papa cogitauit, præiudicium infertur
27 episcopo ex tali confirmatione. †Et ad hoc facit, quia videmus
in priuilegio exemptionis, per quod derogatur iuri ordinarij
absque eo quòd aliter sit facta mentio de tali iure,vt no. per glo.
in c.cum olim.el j.vbi Abb.post alios.de priuileg. & eodem mo-
do in priuilegio decimarum,vt not.Ioan.and.Card.& Abb.in c.
28 dudum.de priuileg.& dixi in consi.cxiij.¶†Postremo Abb.pro-
sequitur quęstionem.an papa possit deponere vnum episcopum
sine causa. Gloss. in cap. per principalem .ix. quæstio. iij. tenet
simpli-

ADDITIONES.

a ¶Occasio. Vide Dec.in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pet.

b ¶Excluditur. Sed hoc non puto verum,nisi aliter constet de mente.

29 simpliciter quòd sic. †Et ad hoc facit, quia papa in beneficialibus liberam habet potestatem cap. ij. in fin. de præben. Et quia episcopi instituti sunt de iure positiuo, vt notatur in cap. olim. xcv. 30 distin. †Ergo videtur quòd tolli potest per pœnam, vt primo arg. Abb. hic. Nam in beneficialibus papa habet pro ratione volun- 31 tatem. †ideo ad libitum eius potest prælato auferre titulum beneficij, vt Domi. dicit per gloss. ibi, in c. si gratiose. colum. pen. de rescrip. in vj. & in terminis glo. in d. cap. per principalem. Quod etiam sine causa papa possit, tenet Card. in clemen. j. in vlt. not. vt lit. pen. cum simi. vt tradunt Moder. in cap. quæ in ecclesiarum. in xij. colum. de constitu. Sed tamen contrarium late Abb. hic concludit, videlicet, quòd papa nō possit sine causa, per rationes plures, quas inducit. & idem Abb. concludit in disputatione incipiente. Episcopus, & quidam rector. in primo dubio. col. x. versi. venio ad secundum casum. & idem tenet Cardi. in consi. cxlij. videtur dicendum. colum. ij. vbi dicit gloss. in dicto cap. per principalem. procedere quando hoc papa faceret ex causa. Et eodem modo illam glo. limitat Rom. in consi. cccxlv. circa primum. colum. vj. versic. ex his ergo. cum simi. vt late referunt Moder. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. Et in ista opinione negatiua ibi resident per rationes Abb. hic. & ista opinio vera videtur, & bene procedit de potestate ordinaria, sed de potestate absoluta videtur quod etiam sine causa papa hoc facere possit quia Imperator hoc potest in temporalibus de plenitudine potestatis, vt no. Ang. in l. item si verberatum. j. de rei vendi. cum simi. vt dixi in dicto cap. quæ in ecclesiarum. à fortiori hoc poterit papa in beneficialibus, in quibus maiorem habet potestatem, vt notabiliter declarat Paul. de Cast. in consi. cclxxxij. facto præsenti. cum concor. vt per Moder. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. & distinctionem quam supra dixi, ponit Anto. de But. in cap. constitutus. colum. iij. de relig. domi. & hoc idem tenet Domi. in consi. liij. Gregor. duodecimus. colum. ij. in princ. vbi glo. in dicto cap. per principalem. dicit procedere etiam sine causa. Et hoc de potestate absoluta, ex eo quod notat idem Domi. in consil. xxxvj. casus talis est. colum. fin. dum allegat cap. proposuit. de concef. præben. Et tenēdo istam opinionem, non obstant rationes Abb. quia vnico verbo responderi potest quòd procedunt de potestate ordinaria, non autem de plenitudine potestatis. Et vlterius etiam specialiter responderi potest. Et primo dum arguit quòd episcopus non possit absque eius consensu remoueri, per cap. inter corporalia. de transla. epis. respondetur quòd illud totum ibi dicitur eo respectu, quòd summo pontifici illud reseruatum sit, qui tanquam vicarius Christi habet potestatem transferendi episcopum, vt ibi dicitur. Et nos loquimur hic in summo Pontifice. & sic ille text. videtur probare contrarium, quòd ipse Romanus Pontifex possit. Non obstat quod dicitur de Apostolis. Et quòd sicut Petrus non potuisset vnum Apostolum remouere, ita nec Papa vnum episcopum, quia episcopi surrogati sunt loco Apostolorum c. in nouo. xxj. distinctio. nam argumentum hoc non videtur bene procedere, cum Petrus ipse non constituisset Apostolus, sed Christus. & licet Petrus esset Christi vicarius, non tamen potuisset venire contra factum Domini, argumen. l. si hominem. ff. mandati. Secus videtur in summo pontifice, à quo ordinati fuerunt episcopi, quorum[a] institutio est de iure positiuo, vt in simili arguit Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. & dixi in rubrica de appellationibus. & facit text. in l. ab emptione. & quod ibi Bart. ff. de pact. & quod notat Pet. de anch. in consi. ccclj. in quæstione. Non obstat ꝙ episcopi sunt lo- 32 co Apostolorum, †quia surrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur, quo ad causam efficientē, vt not. Bar. in l. j. §. & hæc actio. ff. si quis in testamento liber esse iussus fuerit. ¶Et ex his expedita sit hæc vltima decretalis. Et finis sit huius tituli &c. Laus Deo.

ADDITIO.

a ¶Quorum. Vide late per Pau. in dispu. j. And. de Iser. de capitu. Corra. in vsi. feu. Ro. in consi. ccccclxvii. & vide xxj. q. j. cap. videntes. & xcix. dist. c. j. & lxxx. dist. c. cum illis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent mendicare in opprobrium clericatus.*
2 *Continuationis natura est quòd ad proxima referatur.*
3 *Continuatio quando toleretur ad remota.*
4 *Altari seruiens de altari uiuere debet.*
5 *Promotionis ordo est ut fiat de minori ad maius.*
6 *Prior nominatio non semper arguit maiorem dignitatem.*

De præbendis. Rubrica.

Difficile est his temporibus vt scribendo quis laudem assequatur. Nam si ea quæ maiores nostri varijs in locis tradiderunt, in vnum colligere quis velit, hoc quidē laboriosum fuit olim. In præsentiarum ad modum facile, & nulla pœnitus commendatione dignum videtur. Si quis vero ingenij subtilitate, ac proprijs inuentionibus famam sibi vendicare contendit, difficilimum est, post tot antiquorum exquisita ingenia, aliquid noui in medium promere, quod laudem mereatur, ac illud non omnibus contingit, sed paucis, quos equus amauit Iupiter, à quibus longo interuallo me alienum esse plane intelligo. His rationibus ab hoc scribendi munere libenti animo abstinuissem, tamen vt vobis aliqua ex parte satisfaciam, quibus ex merito nihil, quod meę qualiscunque facultatis sit, denegare possim, pauca quædam sub breui compendio reponam ad interpretationem eorum, quæ do. Abb. hic scribit. Non ꝙ velim transcribendo verbosos commentarios facere, sed paucis quãq; additis, in illis pręcipue insistam, in quibus dubitari contingit.

Pro solito more hæc rub. Pręcedentibus sic continuatur. 1 † Nã supra de vi. & honesta. cler. tractatum fuit, verum quia clerici viuere non possunt sine pręb endis, ne in opprobrium clericatus mendicent. xciii. distin. c. diaconi sunt. colũ. ij. merito competenti ordine hęc rub. subijcitur, secundum Io. and. quem post alios sequitur Anto. de But. Abb. & Mod. Solus Ioan. de Imo. hic ab ista communi continuatione recedit ex eo, ꝙ à remotis fieri visa est. 2 †Et continuationis[a] natura est, vt vno contextu, & ad supra proxime præcedentia referatur, vt no. in l. ij. ff. de stat. homi. facit tex. in l. continuus. in princ. ff. de verbo. obli. Sed ab hac impugnatione, quod dictum est, de facili potest defensari, quoniam tituli, qui sequuntur post titulum de vi. & hone. cle. habent materiam conformem ad illum titulum, qui cum istis continuatur, 3 †vnde tali casu toleratur continuatio ad remota, vt est tex. in l. j. in prin. si tab. test. & probatur insti. de lega. in prin. Prædicta tamen continuatio duplici ratione non satisfacit. Prima, nam rubrica duas partes ęque principales complectitur, de pręben. & dignitatibus. Illud ergo, quod consideratur, & dicitur quòd clerici honeste viuere non possunt, nisi habeant præbendas, ista ratio respicit tantum primam partem rubricæ de præben. ad alteram vero partem principalē de dignitatibus non adaptatur, quia clerici bene honeste viuere possunt sine dignitate. Secunda, quia nō videt̃ verum ꝙ cōstituatur præbenda, ne clerici cogantur mendicare. Nam attenta hac ratione clericis abundantibus ex patrimonio, nō deberētur, quod falsum est, cum omnibus clericis indistincte ea ratione cōferantur, 4 †quia qui altari seruit, de altari viuere debet. in c. cũ s̃m. j. eo. xij. q. j. c. ex his. & videbimus in c. episcopus. j. eo. Et istis rationibus non vr̃ procedere alia cōtinuatio, quã ipse Imo. hic tradit. vnde magis placet illud, quod vltimo loco ponit. Istam cōtinuationem posuit Host. in summa huius tituli, vt dicamus. Supra visum fuit de his, quæ respiciunt personam clericorũ, in tit. de vi. & ho. cle. cum alijs titulis sequentibus, nunc tractãdum occurrit de pertinentibus ad res, & bona ipsorum clericorum. Et ideo ponitur hic rubrica de præbē. & digni. & pro ista cōtinuatione est tex. insti. de re. diui. in prin. iuncto tex. §. fi. de iu. na. gen. & ciui. ¶ Vltimo prætermissis aliquibus quæ tradunt Mod. late in cap. cum M. de consti. vbi videndum est, quę hic applicari possint. ¶ Not. ꝙ in rub. prius dicitur de præbē. quã de digni. ad denotandum ordinē promotionis, s̃m Imol. hic, qui est 5 † vt fiat de minori ad maius, vt no. in c. legimus. xciij. dist. in fi. vbi qui prouehitur, à minori ad maius prouehitur. 6 ¶†Ex quo infero ꝙ non semper ex priori nominatione[b] dignitas arguitur, iuxta glo. in c. bene quidem. xcvj. dist. in ver. Mediolanensi. & in c. quorundam. eo. ti. in vj. quod seruit ad ea, quę dicam in c. auaritię. j. eo.

ADDITIONES

a ¶Continuationis. Adde ꝙ continuatio proprie non fit, nec cadit de rubrica ad rubricam, nec de lege ad legem, nec de vno titulo ad alium titulum, quia continua non dicuntur, nisi vbi eorum extrema sunt idem & continua dicuntur simul se tenentia, & continuare idē est quod simul se tenere, vt probat Io. Bad. de Plot. in l. si quando. nu. 5. ver. continuatur. & nu. 6. ver. nunc quæro. & nu. 7. versi. ego autem dico. C. vnde vi.

b ¶Nominatione. Vide eundem Dec. j. eo. in c. auaritiæ. & s. de appel. in c. Nicolao. in rub. ff. si cer. pe. nu. 13. Facit quod dicit Ias. in l. j. in prin. & ibi Fran. Ripa. ff. de verb. obl. quibus in locis arguunt pro priore nominato, sed non concludit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Successio iure consanguinitatis non datur in bonis ecclesiæ.
2 Populus,& clerus an sint diuersa.
3 Populi appellatione non veniunt clerici,& quando.
4 Copula ponitur inter diuersa.
5 Interdicto clero,populus non interdicitur.
6 Laici,& clerici sunt species oppositæ.
7 Monachorum appellatione Abbas includitur.
8 Genus non influit in speciem expressam.
9 Genus ponitur pro specie.
10 Episcopatus est dignitas,seu culmen dignitatis.
11 Episcopi nõ includũtur sub dispositione,quæ de habentibus dignitatem simpliciter loquitur.
12 Indefinita non æquipollet vniuersali,quando diuersa ratio reperitur.
13 Verba accipiuntur secundum quid , non simmpliciter , vt intentioni deseruiant.
14 Intelligitur,hoc verbum,sonat improprietatem.
15 Etiam,implicat casum magis dubitabilem.
16 Populi appellatione veniunt aduenæ,& forenses.
17 Districtualium appellatione veniunt clerici.
18 Officialium populi appellatione.veniunt episcopus,& eius vicarius.
19 Priuilegium à sede apostolica emanatum competit tantum clericis , & quando.
20 Priuilegium contra ius commune solet strictè inter pretrari.
21 Poduli appellatione de proprietate venit clericus.
Et in materiam competenti solum clericis , illi tantum continentur numero.22.
Et in competenti tantum laicis,clerici non veniunt,nu.23.
In materia indifferenti veniunt laici,& clerici.nu.24.
25 Bona ecclesiæ ex vinculo consanguinitatis non competunt,nec etiam iure alicuius successionis.
26 Eligi prohibentur plures de eadem domo in eadem dignitate , successiue.
27 Consanguinei largo modo accipiuntur , & qui sint propriè consanguinei , remissiue.

1 VT nullus. †In bonis ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.hoc dicit ¶†Primo not.ibi,in clerico,siue populo , quòd populus,& clerus ponuntur vt diuersa.Et ideo secun 2 dum Anto.de But.Imol.& Abb. post † alios bene 3 colligitur quòd appellatione populi[a] non veniunt clerici.Et hoc modo simpliciter probatur in c.ex parte.el.primo ibi,clerum,& populum.infra de priui.in cap.in nomine domini. xxiij.distinct.& in cap.qui in aliquo.lj.dist.ad idem tex.in ca.vbi periculum.§.super his.de elect.in sexto & in c.primo de censi.e. lib.& in clem.ne plerisque.de elect.& bonus tex.in c.nullus episcopi.xlij.distinct.facit text.setima distin.in cap.nulla ratio. Cum. 4 enim in iuribus præallegatis inter clerum † & populum copula interponatur,colligitur quòd tanquam diuersa se habent , iuxta not.per gloss.in rubr.ff.de iur.& fac.igno.Et ideo bene infertur quòd appellatione populi clerus non contineatur.Et ne proprijs laboribus quis fraudet̃,prædicta iura allegãt Mod. in c.ecclesia sanctæ Mariæ in secunda Card.in quarta colum.supra de const. Addo tex.in c.quod sicut.de elect.in c.fi.de ferijs.& lxiij.dist.in c. nosse.xciij.dis.in c.miratus.& in cle.j.de reli.& vene.sanc.ibi,tam clerici,quàm populi. Ex quibus omnibus comprobari videtur quod dicit Card.in d.clem.in plerisque,in princ.quòd nunquam sub nomine populi venit clerus,nec contra,& si contrarium reperitur,in aliquo casu speciali procedit illud.Secundo hoc idem probatur xij.quæst.prima in cap.duo sunt vbi dicitur quòd duo sunt genera Christianorum,clerici & laici.Si ergo habent se vt duo genera,non videtur quòd appellatione vnius generis,& sic 5 appellatione populi,veniant clerici qui de alio genere sunt.†Tertio adducitur text.vbi hæc opi.efficaciter comprobari videtur,in cap.si sententia.de sen.excommu.libr.sexto,vbi si sententia inter dicti proferatur in clerum , populus interdictus non intelligitur, nec econtra,& vno ipsorum interdicto , alius licite admittitur ad diuina.ergo datur intelligi quòd applone populi clerus non includatur.Et per supradicta hæc opini. negatiua approbatur in materia stricta , & odiosa, vt hic concludunt Pet. de Ancha.& Imo.ad finem.sequitur d.Abb.dum se remittit ad not.in cap.dilecti.supra de foro competen.vbi expresse hoc dicit,& idem Abb. in cap.primo supra de vita & honest. cleri.cum concor.vt late congerunt Moder.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.Et ista communis opin.duobus modis confirmatur.Primo per text.in dicto ca. duo sunt genera.xii.quæst.prima dum inquit quòd laos Grece, 6 latine dicitur populus.†Ergo videtur quòd laicus & populus idem sunt. Sed appellatione laicorum clarum est quòd nullo modo veniunt clerici,quia tanq̃ species opposite apponũtur, vt in c.j.§.de uita & hone.cleri.Ergo ita videtur dicendũ q̃ appellatione populi non veniunt clerici.& ita ponderant Mod.illũ tex. in d.c.ecclesia S.Mariæ.sed prius ad hoc illũ tex.no.Alber.in suo dictiona.versi.laici.Secundo inducerem tex.in d.c.si sententia. ibi,econuerso.nam tex.videtur equiparare ista q̃ sicut applone populi ñ dẽt clerus cõueniri,ita.ecõuerso appellatione cleri populus nõ intelligitur,vt procedat argumentum æquiparationis quod ibi text.facere intendit.quãuis vt supra communis opinio Doct.sit,quam minime in iudicando prætermitere licet. Prædictis tamen non obst.vt vobis occasio disputandi tribuatur, dico q̃ contrarium probabiliter attentari potest.Dico q̃ appellatione populi de proprietate sermonis,generaliter clerici comprehendantur,per ea,quæ pro ista parte affirmatiua infra referentur.Et primo respondendo ad istum text.cum similibus supra allegat. considerandum est quòd licet appellatione populi clerus ptineatur,non tamen dicuntur clerici de populo simpliciter, sed vltra qualitatem popularem,alia conditio in ipsis clericis reperitur,cũ sint electi sorte,& diuino officio mancipati.vt dicitur in d.ca.duo sunt.xij.q.j.xxj.distin.c.electos.& in c cum sim.j.eo.Et pp talem qualitatẽ,iura faciunt mentionem de clero & populo,non q̃ diuersa sint,sed potius tanq̃ genus,& species se habent,vt dicit in rubrica de serui.& aqua.& in Euangelio legitur,discipulis& Petro,fit enim specialis ista mentio ad maiorem declarationẽ . Nã forte videbatur quòd sub nomine populi nõ conprehenderent̃ populares qualificati,vt clerici sunt,ideo ad remouendam hanc dubitationem,iura sepænumero specialr̃ de clericis loquuntur ad hoc bonus text.in l.quæsitum.§.pen.ff.de fun.instru.facit text. lxij.distin.in c.nulla,ibi,episcopi,& clerici.& lxiij.distin.in cap.fi. in prin.dum dicit non liceat sacerdotes,vel clericos.cum similib[9] in quibus fit mentio specialis,de eo,quod in expresso genere potuisset comprehendi.ad idẽ tex.in c.j.in prin.de dilat.ibi, dilecti 7 filij, abbas, & monachi.† & tamen appellatione monachorũ abbas includitur,in c.fi.de simo.& tex.in cap.prælatis, vel clericis.de homi.in sext.Nam licet in casibus,prout etiam in tex. hoc species cum genere exprimatur,illa species eximatur à genere, 8 †quia genus non influit, nec infertur ad speciem expressam, vt in l.doli clausula.ff.de verbo.oblig.l.sanctio legum.ff.de penis. tamen per hoc non tollitur, quin aliàs si absolute proferatur genus , species omnes in genere complectantur , vt patet ex prædictis , & ita respondetur ad omnia iura,supra allegata , in quibus de populo,vel clero specifica mentio habetur .¶ Secundo responderi potest, Aduertendum est quòd omnia iura. supra allegata,semper in ordine literæ nominant prius clerum , deinde populum , vt hic, clero , siue populo , & in d.cap.ex parte.in clerum,& populum.cum omnibus supra allegatis.Clarum est enim quòd appellatione clerici non venit populus , vnde præmissa nominatione cleri necessaria fuit expressio populi , ex quo materia erat communis,& non solum clericis,sed omnibus alijs competebat. Argumentum , quod sit,debet procedere , quando iura primo populum , & postea clerum nominarent: nam tunc nominatio cleri post populum non videretur necessaria,si sub nomine populi contineretur.Sed prædicta iura semper de clero prius loquunt̃,quod non fuit sine ministerio,exquo ita vniformiter semper reperitur, & primo nominato clero, cum materia sit omnibus communis, opus fuit populum exprimere. Prima tamen responsio est magis generalis, & plus in ea resideo & ita primũ fundamentum sit sublatum Secũdo non obstat text.in cap.duo sunt.xij.quæst.prima prout primo in ducitur, & dicit duo esse genera Christianorum,clerici, & laici, quia dicto modo quòd vnicũ genus tantum est Christianorum. Nam pariter suntomnes Christiani vel clerici,& laici,& appellatione Christianorũ ita laici veniunt vt clerici.vt ibi colligitur.& 9 in l.prima.C. de sum. Trinita. & fide catholi.† vnde verbum, genera,ibi ponitur pro speciebus, quasi dicat,duæ sunt species. Sic iurisconsultus loquitur in l.iij.§.genera.ff.de acquir.possessi. Vere enim sunt eiusdem generis respectu fidei Christianæ. Secundo respondetur quòd tex.loquitur de clericis,& laicis q̃ sunt tanquam species oppositæ,vt in c.j.de vi.& ho.cle.quæstio nostra loquitur de populo,& clero,qui se habent vt genus , & species,vt.supra dixi.¶ Ad secundum argumentum de ca.si sententia.in quo omnes faciunt præcipuum fundamentum , respondetur,& dico,quòd licet ibi,interdicto populo non includat̃ clerus, hoc non prouenit ex eo q̃ de vi sermonis non veniat clerus

ADDITIO.

a ¶Populi.vide Deci.s.de cõstitut.in c.ecclesia.nu.8 Oldr.q.xxxij.Alex. de Imol.in consil.xlj.nu.4.in vij.vol

rus appellatione populi, quia immo venit, vt infra probabitur. Sed hoc ibi specialiter disponitur contra propriam naturam verborum, quia in clericis agitur de maiori præiudicio quòd ipsi interdicti sint, ad quos rerum diuinarum administratio pertinet. & ideo licet verba conueniant, non videtur de intentione proferētis sententiam interdicti in populum, vt clericus comprehendatur, & ita à proprietate verborum receditur, vt deseruiamus intentioni cap. intelligentia dictorum. de verb. signi. †Hoc patet, & videmus in simili, nam episcopatus est dignitas, & quidem culmen dignitatis, vt in cap. venerabilis. infra eo. not. glo. in c. ij. eod. ti. in vj. † & tamen dispositio, quæ de habentibus dignitatem simpliciter loquitur, non includit episcopos, vt in cap. dilectus. de cōcess. præben. in cap. inquisitores. de hære. in vj. in cap. quia periculosum. de senten. excom. lib. vj. Episcopi ergo non includuntur, non ex eo quod non habeant dignitatem, sed quòd non videtur eadem ratio, cum in eis agatur de graui præiudicio. vt dicit tex. in cap. quia periculosum. †nam indefinita non æquipollet vniuersali, quando diuersa ratio reperitur, vt no. Dyn. in rub. de reg. iur. lib. vj. bonus tex. in l. quæsitū. §. illud. ff. de leg. iij. & verba proferentis, †vt intentioni deseruiant simpliciter, non secundū quid accipiuntur, vt cap. statutum. iuncto cap. licet canon. de elec. lib. vj. l. hoc legatum, vbi Bart. ff. de leg. iij. Et his rationibus in d. cap. si sententia. non venit clerus, quia clerici simpliciter non sunt de populo, & in eis illo casu alia ratio videtur, q̄ in alijs popularibus non per hoc tamē tollitur, quin de proprietate sermonis appellatione populi, clerici comprehendantur, sicut species sub genere continetur, vt in §. plebiscitum. insti. de iu. natu. gen. & ciui. & infra dicam. Secundo, respondetur, & dici potest quòd hoc ibi pro extensione de nouo inducatur, quia proprie declarando intentionem eius, vlterius procedit, arg. tex. not. in l. j. ibi, quòd ita late patere volumus. & quod ibi Bald. in pulchra quæstione voluit per illum tex. C. si rector prouin. Confirmatur hoc, quia tex. in d. cap. si sententia. †vtitur verbo, intelligitur. quod de sui natura improprietatem designat l. j. in princi. C. de rei vxo. act. quasi tex. concedat quòd de vi sermonis clerus includatur. Quarto, nō obst. tex. in c. duo sunt. dum aliter inducitur ponderando illa verba, laos, latine populus, vt supra, quia hoc prima facie vrgere videtur, respondendum est, & dico q̄ laici apud Græcos ponuntur pro qualitate hominum laicorum clericis cōtraria, seu opposita, vt in cap. j. de vi. & hone. cle. Si latine hoc volumus exprimere, nō habemus vocabulum, quod hoc præcise exprimat, si tamen aliquo modo hoc latine dicendum sit, vtimur vocabulo generis, & dicimus populum, & ita non præcise laos & populus idem significant. sed pœnitus vt species, & genus se habent, & q̄ hoc ita sit, deducitur ex eo quod dicitur in d. cap. duo sunt cleros. Græce, & sors Latine. idem non sonant, cum verbum, sors, sit lōge generalius. Vnde patet q̄ pro vocabulo speciei apud Græcos non vtimur vocabulo generis, cum maior sit apud nos terminorum penuria. Et ad argumentum, laos Græcę, & Latine populus, verum est quòd ita dicimus, quia ad hoc non habemus præcipuum nomen, non tamē sequitur, q̄ ista sint synonima, & horum præcise idem sit significatus, vt patet de sorte, vt dixi. Quod etiam suadetur, quia si proprie populus laicos designat iura vterētur verbis Latinis, & dicerēt populares, & nō laicos. Ex quo enim iura semper de laicis loquuntur, datur intelligi q̄ verbum, populus, hoc specialiter non demōstret. & ita, vt dixi, concludendum est q̄ sit nomē generis, in quo & clerici cōprehenduntur. Secundo respōdetur q̄ argumētum colligit affirmatiue, prout ibi colligitur, nā inquit, appellatione laicorum apud Græcos venit illud idem, qđ nomine populi apud Latinos cōtinetur, cum ibi fiat adequatio de verbo laos. ad populum, & ecōtra, argumētum nō valet, quia illud, quod cōtinet sub verbo, populus, transferat in verbū, laos, vel quòd significatum populi restringatur, quia inducta ad vnū finem, nō debēt cōtrarium operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. per l. princeps. ff. de leg. Vltimo nō ob. tex. in c. si sentētia. inducēdo vt s. vltimo loco dixi, q̄ illa parificatio restringat specialiter in illo casu prout loquitur. fit enim illa æquiparatio immediate, & non per modum cōis regulæ adducitur, ita q̄ cōditio nō est separata, & not. †Secūdo, rñdetur q̄ verbum, ēt, quod tollit arg. ibi inver. ēt ecōuerso, de cuius natura est implicare casus magis dubitabiles, vt no. in l. si putator. §. j. ibi, quod. ff. ad leg. Aquil. Vnde primus casus reputatur clarus, q̄ interdicto clero, nō venit populus econuerso vero, populo interdicto, an clerus includatur, casus est magis dubitabilis, tñ illo casu cū implicatiua ēt idē cōcludit, & ita casum econtra habuit pro magis dubitabili, & sic argumētum econtra non pariter ꝓcederet. ¶Pro parte vero affirmatiua in materia fauorabili, q̄ appellatione populi veniant clerus. Primo, hoc probatur in §. plebiscitum. insti. de iure na. vbi dicitur q̄ populus est genus, & sub eius nomine varie conditiones hominum cōtinentur. ideo plebeij. senatores, patricij oēs includūtur. ergo idē dicendum est in clericis. Non ob. responsio Imo. hic, qui dicit q̄ clerici sunt diuersę professionis, quia dico q̄ immo sunt eiusdem professionis, ex quo oēs Christiani sunt c. duo sunt. xij. q. j. Licet enim eligantur sorte, & nouā qualitatem suscipiant, vt in d. c. j. & in c. cum sm. j. eo. non tñ eximūtur à populo, vt j. dicā. ¶Secūdo, videtur tex. per quē ad ita dicendū oēs Doctores concurrūt, in c. dilecti. s. de fo. compe. vbi priuilegium datū Anglicis, ēt clericis competit. & ita sub nomine Anglorum, siue Florentinorum, etiam veniūt clerici. ergo à fortiori idē dñt appellatione populi, cuius significatio gñalior vr. Facit ēt tex. in c. ad decorem. j. de insti. vbi sub vocabulo Venetorum, clerici, continet. ¶†Tertio comprobatur hoc per tex. not. in auct. de quæsto. in princ. vbi appellatione populi veniunt aduenę, & forenses, ibi dum inquit, ciuitas nostra populosa est turbis diuersorum hominum, & maxime agricolarum suas ciuitates, & culturas relinquentium. Ergo debent venire clerici, & vidētur ista genera omnino necessaria. Nam aduenę non venirent appellatione Florentinorum, & tamē veniūt appellatione populi, vt ibi. ergo dat intelligi quòd nomen populi generale sit, modo sic, clerici veniunt appellatione Florētinorum, vt supra proxime. ergo longe magis appellatione populi. ¶†Vltimo etiam facit, quia veniunt clerici sub nomine districtualium. & ita clerici dñr esse de districtu, vt not. Ioā. And. in c. fi. de offi. deleg. in nouel. & ibi Do. in versi. quæro pone. Et probatur hoc in c. accedens. el ij. s. vt lit. non contesta. ergo idē vr appellatione populi. Et sic ex omnibus prædictis rationibus, & similibus in materia fauorabili, cōis ꝯclo est, q̄ appellatione populi veniat clerus. Et ex his confirmatur quod voluit Petr. de Anch. in consi. cccxlij. viso themate. in j. dub. vbi per plura conclu dit, †q̄ appellatione officialium populi includatur episcopus, & vicarius eius, quod etiam tenuit Bald. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. cum concor. vt per Mod. in d. cap. ecclesia S. Mariæ. & isto casu verificatur quod lxv. dist. in cap. fi. dicitur, q̄ largo modo sub nomine populi veniunt ecclesiastici. ¶Si qui contrariam partem generaliter amplecti voluerint, ad ea, quæ pro parte affirmatiua inducuntur, de facili hoc modo responderi potest. & primo ad §. plebiscitum. clara videtur respōsio Imo. q̄ sit in hominibus eiusdem professionis, cum etiam si volūtas sit iudicibus secularibus se subijcere non possint, in c. si diligenti. de fo. compe. & c. significasti. eod. ti. Bene facit, quia ille tex. est Imperatoris. vnde non vr habuisse rationem ad clericos, cum in eis non habeat potestatē, & distincte sint iurisdictiones, in c. nouit supra de iudi. xcvj. dist. c. cum ad verum. ¶Secundo, non obst. tex. in c. dilecti. quia loquitur in alio nomine appellatiuo in ver. Anglicis. quod verbum videtur respicere naturam, & originem hominū. Nā verum est, vt videtur sine dubio, q̄ Florentinus clerus sit Florentinorum, designat enim originem, quæ immutabilis videtur, & ita respondet Card. in præalleg. cle. in plerisque. in prin. de elec. ¶Secundo, responderi potest, & dico q̄ ille tex. nihil facit, quia intelligi omnino debet, q̄ priuilegium de quo ibi, expresse datum fuit Anglicis clericis, non Anglicis simpliciter. †nam vt ibi expresse dicitur à sede apostolica emanauit illud priuilegium. Ergo clericis tantum concessum videtur, quia in alijs non habet potestatem, in c. nouit. s. de iudi. & in c. cum ad verum. xcvj. dist. Et ita ex persona concedentis in hoc colligitur, & sic non ob. tex. in c. ad decorem. quia ibi expresse de clericis Venetis dicit. Ad tex. in auct. de quęstore. dic q̄ ibi loquitur in ciuitate Constantinopolitana, quæ in locū ciuitatis Romanæ contructa fuit, & surrogata. & ideo cōis patria esse dr, sicut Roma. ff. ad muni. l. Rom. quia surrogatū &c. §. fuerat. insti. de ac. pro quo allego bo. tex. de surrogatione nominis, in l. filia. §. fi. ff. de condi. & demon. vbi eadem ancilla reputatur, ex quo idē nomen imponitur. Ergo in proposito ciuitas Cōstantinopolis, cui Roma nomē impositum est, eadem ciuitas reputatur. Ad quod vide singulariter quod in l. si vsusfructus ciuitati. ff. q. b. mo. vsufr. amit. Cū ergo sit cōis patria Romana ciuitas, nimirum si forenses dñr ibi esse de populo. Secus ergo vr esse in alio loco. Ita Bal. declarat illū tex. in rub. C. qui acc. col. fi. ver. allen tio. in fi. Secūdo posset ēt dici q̄ ille tex. intelligatur de illis forensibus, qui haberēt ibi domiciliū. Et ex hoc tollitur aliud fundamētum, qđ fit à fortiori, arguēdo q̄ nomen populi generalius sit, q̄ nomē Florentinorū, nam ex his oīa corruunt, quia clerici magis semoti sunt à populo q̄ forenses, cum ipsi nullo modo possint se subijcere iudicibus alienis, & maxime secularibus, vt s. dixi. Non ob. vltimo q̄ clerici dñr de districtu, q. a hoc verbū respicit territoriū. Et ita loquitur c. accedēs. ibi, de districtu dicti comitis. Licet ergo qualitas clericatus non eximat quē de territorio. vr tñ eximere de qualitate populari, q̄ respicit publicā, per s. dicta. Et sic ex omni-

